CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1237–1242.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE
FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PUBLISHED BY HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE.
To be purchased, either directly or through any Bookseller, from
WYMAN AND SONS, LTD., FETTER LANE, E.C. ; or
OLIVER AND BOYD, TWEEDDALE COURT, EDINBURGH ; or
E. PONSONBY, LTD., 116 GRAFTON STREET, DUBLIN.

PRINTED BY
THE HEREFORD TIMES LTD., MAYLORD STREET, HEREFORD
1911

CONTENTS.

PREFACE.

THE present volume continues the Edition of the Close Rolls of the reign of Henry III., of which the first volume (1227–1231) was published in 1902. The text has been prepared by several officers of this Department, working under the supervision of Mr. R. F. Isaacson, an Assistant Record-Keeper. The Index has been compiled by Mr. A. S. Maskelyne of this Department.

H. C. MAXWELL-LYTE.

Public Record Office,
12 *June*, 1911.

CLOSE ROLLS.

22 HENRY III.

1237.
[m. 23.] *Pro Magistro W. de Kilkenni, de quercubus datis.*—Mandatum est vicecomiti Staff' quod in foresta regis de Sullegh' faciat habere Magistro W. de Kilkenny xv. quercus ad edificium quoddam apud Wurfeld' construendum, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxviij. die Octobris, anno regni xxij. Per W. de Ral'.

Mandatum est justiciariis assignatis ad custodiam Judeorum quod per sacramentum etc. extendi faciant terram Willelmi Goldeburg' quantum valeant (*sic*) etc. et secundum valorem terre et quantitatem debiti in quo tenetur Benedicto Levesk', J. filio ejus et Maunsel de Bretegate, Judeis Eboraci, rationabilem finem et rationabiles terminos [ei] habere faciant. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Quia bene constat regi quod Ricardus Suhard infirmatur ita quod in crastino Animarum interesse non poterit loquele que est coram justiciariis in Banco inter ipsum et comitem Warewic' de custodia manerii de Cumpton', mandatum est eisdem justiciariis quod loquelam illam ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Martini. Teste rege apud Wud', xxx. die Octobris.

De roboribus datis.—Mandatum est J. de Nevill' quod habere faciat Alicie de Trublevill' v. robora ad focum suum in bosco suo de Livedon', de dono regis. Teste ut supra.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que summonita est coram eis inter abbatem de Kirkested' et Hawisiam de Quency ponat (*sic*) in respectum usque ad octabas Sancti Martini. Teste ut supra.

De plumbo tradendo ad custodiendum.—Mandatum est Ricardo Curteis quod xj. chareas et dimidiam plumbi, quas recepit de W, Talebot, quando idem W. liberavit castrum Bristoll' Hugoni de Vivon'. tradat Petro clerico de Bristoll' custodiendas donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod in bosco regis Furch' faciat habere Fratribus Predicatoribus Bristoll' vij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Wt. 27736. H.T. Ltd.—400. A

1237.

De venatoribus missis ad currendum.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Rogerum de Stopham, venatorem regis, quem rex mittit ad currendum ad vulpes in foresta Norhampt', recipiat et ad hoc ei sit auxilians. Teste rege apud Wudestok', ij. die Novembris.

De eodem.—Eodem modo scribitur Avicie de Columbariis de Willelmo May et Willelmo Luvel missis ad currendum ad vulpes in ballia sua, et quod commodet canes suos ad currendum cum canibus regis quousque ipsi fuerint abandati. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi domorum regis de Wudestok' quod in bosco de Pinesl' faciat habere persone de Wutton' x. quercus ad turrim ejusdem ecclesie construendam, de dono regis. Teste rege apud Wodestok', iij. die Novembris.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum apud Oxoniam quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere Magistro J. de Reygat' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De feodis reddendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Hugoni de Bueles, Gerardo de Lambrussard' et Willelmo de Fanencurt feoda sua secundum tenorem litterarum nostrarum vobis (*sic*) pro eis alias directarum. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De seisina terre forisfacte per feloniam.—Rex vicecomiti Buk' salutem. Quia per inquisitionem, quam a te fieri fecimus, accepimus quod terra que fuit Roberti de Bosco in Lesse suspensi pro felonia exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod idem Robertus illam tenuit de Roberto de Bursycot', tibi precipimus quod eidem Roberto sine dilatione plenam seisinam de predicta terra habere facias. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De mercato ammovendo de die uno in alterum.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Scias quod concessimus abbati Rading' quod mercatum, quod teneri solet apud manerium suum de Leministr' per diem Sabati et quod prohibuimus ibidem teneri eo quod fuit ad nocumentum mercati nostri de Hereford', de cetero teneatur per diem Veneris in eodem statu quo prius teneri consuevit per diem Sabati. Et ideo tibi precipimus quod mercatum predictum per totam bailliam tuam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste rege apud Walingeford', v. die Novembris.

Pro hospitalibus leprosorum et infirmorum.—Rex concessit communiter per totam terram suam Anglie quod omnes hospitales leprosorum et homines sui quieti sint de tricesima. Et mandatum est vicecomiti Lanc' et assessoribus et collectoribus tricesime quod in terris hospitalis leprosorum Lanc' vel hominum suorum nullam tricesimam assideant vel colligant, et si forsitan in terris dictorum leprosorum vel hominum suorum tricesimam assiderint (*sic*), nullam ibidem tricesimam colligant. Teste ut supra.

1237.

Pro Ricardo de Dun.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod, si Ricardus de Dun invenire possit salvos plegios qui manucapiant quod respondebunt de catallis que ipse Ricardus vendicat fuisse Hugonis Spurnestan de Dun, avunculi sui nuper occisi in navi de Drogheda in mari depredata, si contingat eadem catalla postea ab aliis vendicari, tunc ipsa catalla prefato Ricardo ita deliberari faciant ad opus uxoris et puerorum predicti Hugonis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Hugoni filio Radulfi, vicecomiti Noting', in foresta de Shirewud' x. damas et v. damos ad parcum suum de Elkedon' instaurandum. Teste rege apud Rading', vij. die Novembris.

De mercato removendo.—Mandatum est justiciariis de Banco quod abbas Rading' remisit regi mercatum suum quod teneri consuevit apud manerium suum de Liministr' per diem Sabbati, de quo contentio mota fuit inter cives Hereford', dicentes mercatum illud levatum fuisse ad nocumentum mercati sui Hereford', et eundem abbatem. Et nos, loco ejusdem mercati, quod teneri solet per diem Sabbati, concessimus eidem abbati quod habeat singulis septimanis unum mercatum per diem Veneris eodem modo quo illud prius habuit. Et hoc eis significatum est ne [ratione] occasionis predicte jam sopite contingeret ipsum abbatem coram eis in aliquo gravari. Teste rege apud Rading', viij. die Novembris, anno regni xxij.

De venatoribus missis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod recipiat Willelmum Lymer venatorem S. de Monte Forti ad tres bissas capiendas ad opus regis in Stawud'. Teste rege ix. die Novembris.

Pro Petro Pyct'.—Rex dedit per cartam suam Petro Pict' domum illam cum pertinentiis in Glouc', que fuit Elye, Judei Glouc', habendam et tenendam sibi et heredibus suis de uxore sua desponsata procreatis, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta domo cum pertinentiis plenam ei seisinam habere faciat. Teste Rege apud Windles', xj. die Novembris.

Pro Sibilla que fuit uxor Hugonis de Morewyk'.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo accedat ad terras que fuerunt Hugonis de Morwic' in ballia sua et facta extenta earundem terrarum quantum valeant, per sacramentum eorundem, assignari faciat Sibille que fuit uxor ipsius Hugonis rationabilem dotem suam de predictis terris accepta ab ea securitate quod non maritabit se sine licentia regis. Teste rege apud Windles,' xij. die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lanc', et Leic', hoc mutato quod cum vicecomes Northumbrie eis signaverit se securitatem predictam cepisse, assignari faciant etc.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Johanni filio Galfridi iiij. damas in foresta de Brehull' de dono regis. Teste ut supra.

1237.

De venatoribus missis ad currendum.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Rogerum de Stopham, venatorem regis, quem rex mittit ad currendum ad vulpes in foresta Norhampt', recipiat et ad hoc ei sit auxilians. Teste rege apud Wudestok', ij. die Novembris.

De eodem.—Eodem modo scribitur Avicie de Columbariis de Willelmo May et Willelmo Luvel missis ad currendum ad vulpes in ballia sua, et quod commodet canes suos ad currendum cum canibus regis quousque ipsi fuerint abandati. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi domorum regis de Wudestok' quod in bosco de Pinesl' faciat habere persone de Wutton' x. quercus ad turrim ejusdem ecclesie construendam, de dono regis. Teste rege apud Wodestok', iij. die Novembris.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum apud Oxoniam quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere Magistro J. de Reygat' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De feodis reddendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Hugoni de Bueles, Gerardo de Lambrussard' et Willelmo de Fanencurt feoda sua secundum tenorem litterarum nostrarum vobis (*sic*) pro eis alias directarum. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De seisina terre forisfacte per feloniam.—Rex vicecomiti Buk' salutem. Quia per inquisitionem, quam a te fieri fecimus, accepimus quod terra que fuit Roberti de Bosco in Lesse suspensi pro felonia exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod idem Robertus illam tenuit de Roberto de Bursycot', tibi precipimus quod eidem Roberto sine dilatione plenam seisinam de predicta terra habere facias. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Novembris.

De mercato ammovendo de die uno in alterum.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Scias quod concessimus abbati Rading' quod mercatum, quod teneri solet apud manerium suum de Leministr' per diem Sabati et quod prohibuimus ibidem teneri eo quod fuit ad nocumentum mercati nostri de Hereford', de cetero teneatur per diem Veneris in eodem statu quo prius teneri consuevit per diem Sabati. Et ideo tibi precipimus quod mercatum predictum per totam bailliam tuam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste rege apud Walingeford', v. die Novembris.

Pro hospitalibus leprosorum et infirmorum.—Rex concessit communiter per totam terram suam Anglie quod omnes hospitales leprosorum et homines sui quieti sint de tricesima. Et mandatum est vicecomiti Lanc' et assessoribus et collectoribus tricesime quod in terris hospitalis leprosorum Lanc' vel hominum suorum nullam tricesimam assideant vel colligant, et si forsitan in terris dictorum leprosorum vel hominum suorum tricesimam assiderint (*sic*), nullam ibidem tricesimam colligant. Teste ut supra.

1237.

Pro Ricardo de Dun.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod, si Ricardus de Dun invenire possit salvos plegios qui manucapiant quod respondebunt de catallis que ipse Ricardus vendicat fuisse Hugonis Spurnestan de Dun, avunculi sui nuper occisi in navi de Drogheda in mari depredata, si contingat eadem catalla postea ab aliis vendicari, tunc ipsa catalla prefato Ricardo ita deliberari faciant ad opus uxoris et puerorum predicti Hugonis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Hugoni filio Radulfi, vicecomiti Noting', in foresta de Shirewud' x. damas et v. damos ad parcum suum de Elkedon' instaurandum. Teste rege apud Rading', vij. die Novembris.

De mercato removendo.—Mandatum est justiciariis de Banco quod abbas Rading' remisit regi mercatum suum quod teneri consuevit apud manerium suum de Liministr' per diem Sabbati, de quo contentio mota fuit inter cives Hereford', dicentes mercatum illud levatum fuisse ad nocumentum mercati sui Hereford', et eundem abbatem. Et nos, loco ejusdem mercati, quod teneri solet per diem Sabbati, concessimus eidem abbati quod habeat singulis septimanis unum mercatum per diem Veneris eodem modo quo illud prius habuit. Et hoc eis significatum est ne [ratione] occasionis predicte jam sopite contingeret ipsum abbatem coram eis in aliquo gravari. Teste rege apud Rading', viij. die Novembris, anno regni xxij.

De venatoribus missis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod recipiat Willelmum Lymer venatorem S. de Monte Forti ad tres bissas capiendas ad opus regis in Stawud'. Teste rege ix. die Novembris.

Pro Petro Pyct'.—Rex dedit per cartam suam Petro Pict' domum illam cum pertinentiis in Glouc', que fuit Elye, Judei Glouc', habendam et tenendam sibi et heredibus suis de uxore sua desponsata procreatis, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta domo cum pertinentiis plenam ei seisinam habere faciat. Teste Rege apud Windles', xj. die Novembris.

Pro Sibilla que fuit uxor Hugonis de Morewyk'.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo accedat ad terras que fuerunt Hugonis de Morwic' in ballia sua et facta extenta earundem terrarum quantum valeant, per sacramentum eorundem, assignari faciat Sibille que fuit uxor ipsius Hugonis rationabilem dotem suam de predictis terris accepta ab ea securitate quod non maritabit se sine licentia regis. Teste rege apud Windles,' xij. die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lanc', et Leic', hoc mutato quod cum vicecomes Northumbrie eis signaverit se securitatem predictam cepisse, assignari faciant etc.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Johanni filio Galfridi iiij. damas in foresta de Brehull' de dono regis. Teste ut supra.

1237.

Breve de seisina, pro Galfrido de Batthon'.—Rex dedit per cartam suam Galfrido de Bath' quatuor virgatas terre cum pertinentiis in manerio de Odiham, habendas et tenendas de rege et heredibus suis eidem Galfrido et heredibus suis per liberum servicium x. solidorum per annum, sicut plenius continetur in carta ei inde confecta. Et mandatum est ballivo de Odiham quod eidem Galfrido de predictis iiij. virgatis terre cum pertinentiis secundum tenorem ejusdem carte plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis redditis pro mutuo.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis regis apud Suht' liberari faciat J. comiti Linc' unum dolium vini pro uno dolio quod rex recepit mutuo apud Pontem Fractum. Teste rege apud Kenyton,' xiij. die Novembris.

Pro Juetta que fuit uxor Walteri Muscegros.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod de manerio de Moninton' cum pertinentiis quod fuit Walteri de Muscegros', plenam seisinam faciat habere Juette que fuit uxor ejusdem Walteri in ballio nomine dotis ad sustentationem suam donec rex inquiri fecerit utrum de illo manerio dotata fuerit necne. Teste ut supra.

De tricesima, pro archiepiscopo Cantuariensi.—Mandatum est vicecomiti Eboraci, assessoribus et collectoribus tricesime regis in Northriding', quod non impediant E. Cantuariensem archiepiscopum quominus per manum suam et suorum assidere possit et colligere tricesimam regis in feodis suis in Nortriding sicut alibi concessit ei rex faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Novembris.

De eodem.—Eodem modo mandatum est eisdem et pro eodem archiepiscopo in feodis suis in Estrithing.' Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod distringant Judeos qui promiserunt auxilium Ricardo, comiti Cornubie, ad peregrinationem suam in Terram Sanctam faciendam, ad id ei reddendum, sicut distringunt eos pro debitis regis propriis, et ad districtionem illam faciendam assignent Aaron' et Leonem, Judeos Eboraci, et David, Judeum Oxonie. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Fenencurt.—Rex concessit Willelmo de Falencurt custodiam medietatis terre et primogenite [filie *erased*] sororis et heredis [Rogeri *erased*, Roberti *erased*] Mathei Mauntel, habendam usque ad legittimam etatem ipsius heredis una cum maritagio ejusdem. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de medietate omnium terrarum et servitiorum militum et liberorum hominum, de quibus idem Matheas fuit seisitus die quo obiit, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Novembris.

Et memorandum quod idem Willelmus remisit domino regi feodum suum quod percipere consuevit.

Et mandatum est vicecomiti Essex' quod predictam filiam que est in custodia sua, ei liberet.

1237.

Pro quodam probatore dimittendo.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod probatori, cui promisit vitam et membra pro attingendis quinque malefactoribus, quos idem probator appellavit de societate et latrocinio, et qui appellum suum sufficienter est prosecutus, secundum promissionem suam vitam et membra concedat. Ita tamen quod idem probator in deliberatione sua regnum Anglie abjuret. Teste rege ut supra.

Hybernia. Pro Stephano le Arcedecn'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod, si terra de Des et de Desmund que fuit Thome filii Antonini fuerit in manu regis et heredes predicti Thome nichil inde habuerint, tunc non distringatis (*sic*) Stephanum le Arcedekn' et Desideratam uxorem ejus, que est una de filiabus et heredibus predicti Thome, vel alios participes suos pro aliquibus debitis vel arreragiis que prefatus Thomas debuit regi, donec rex aliud inde preceperit. Teste apud Westmonasterium, xxi. die Novembris.

Pro Magistro Nicholao de Farnham.—Mandatum est constabulario de Wyndes' quod in foresta regis de Windes' faciat habere Magistro Nicholao de Farnham octo damas de dono regis, et quod juvet ipsum cum hominibus et canibus suis ad illas capiendas. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

De capreolis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Sottore faciat habere Johanni de Vallibus duos capreolos de dono regis, et quod permittat homines suos proprios illos capere. Teste ut supra.

Pro Agatha de Turevill'.—Rex concessit Agathe de Turvill' quod ipsa et homines sui de Wolverecheston', Merston' et de Bretford', in comitatu War', toto tempore ipsius Agathe sint quieti de sectis comitatus et hundredi. Et mandatum est vicecomiti War' quod ipsam Agatham et predictos homines suos predictam libertatem habere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Novembris.

De bissis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat homines Simonis de Monteforti capere cum canibus suis quatuor bissas in foresta de Shotovr' ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Novembris.

Pro Hugone de Gurlegh'.—Rex ad instantiam J. regine Scotie, concessit Hugoni de Gurl', vadleto ipsius regine, custodiam omnium terrarum que fuerunt Hugonis de Morwic' et quas tenuit de Henrico de Baillol' in comitatu Lanc', habendam usque ad etatem heredum ipsius Hugonis. Et mandatum est vicecomiti Lanc' quod de omnibus terris, quas idem Hugo tenuit de Henrico de Baillol' in ballia sua, eidem Hugoni de Gurl' plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

Idem Hugo habet inde literas patentes.

Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant omnes terras Gileberti de Lascy, quantum valeant per annum in dominicis redditibus et aliis proficuis et secundum

1237.

extentam inde factam de medietate valoris earundem terrarum faciat (*sic*) Ursellum Judeum Heref', et Bonenfaunt Judeum Glouc', quibus idem Gilebertus debita debet, esse contentos per annum, donec idem Gilebertus se acquietaverit versus ipsos Judeos de debitis predictis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Novembris. [*Cancelled.*] *Quia non habent illud.*

Pro Roberto de Quency et Elena uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod sine dilatione faciat habere Roberto de Quency et Elene uxori ejus, comitisse Cestr' et Huntindon', rationabilem partem ipsius Elene de terris et feodis que fuerunt Johannis, quondam comitis Cestr' et Huntind', quondam viri ipsius Elene, in ballia sua. Teste ut supra.

Consimile breve habet vicecomes Roteland' de feodis que fuerunt predicti J. comitis Cestr'.

Cant' et Hunt.' de terris et feodis ;
Leic', de feodis ;
Linc', de terris et feodis ;
Essex', de terris et feodis ;
Bed' et Buk', de feodis.

Pro electione de Micheln'. Rex electioni facte de fratre Waltero quondam priore de Micheln', in abbatem ipsius domus regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Willelmo de Peretot quod de abbatia predicta et omnibus ad eam pertinentibus ei plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Idem electus habet literas patentes directas militibus et liberis hominibus tenentibus de eadem abbatia etc.

Pro Milicia Templi.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus et per cartam nostram confirmavimus magistro et fratribus Milicie Templi Salamonis Jerusalem, penes quos concessimus corpus nostrum commendari sepulture postquam humanitus de nobis contigerit, manerium nostrum de Roelegh' cum advocatione ecclesie ejusdem manerii et omnibus aliis pertinentiis suis, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, sicut plenius continetur in carta nostra quam inde habent. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari et de demanda firme ejusdem manerii, quam facitis eisdem magistro et fratribus, ipsos quietos esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxv. die Novembris.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex concessit Johanni filio Philippi viij. dolia vini que rex fecit cariari in autumpno proximo preterito apud Dunholm' contra adventum regis. Et mandatum est eidem Johanni quod dolia ille capiat ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baylol et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de terris et feodis que fuerunt J. comitis Cestr' et Hunt', in ballia sua sine dilatione faciat habere Johanni de Baillol et Dovergoil uxori ejus, que est una heredum ipsius comitis, rationabilem partem suam ipsam hereditarie contingentem vel certo nuntio suo literas suas patentes deferenti. Teste ut supra.

1237.

Eodem modo scribitur vicecomiti Rotel' et aliis vicecomitibus ut supra de Roberto de Quency.

Pro Petro de Brus, de laiis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Pikering' faciat habere Petro de Brus duas laias, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Novembris.

De promisso quod Wigorniensis episcopus fecit regi.—W. Wigorniensis episcopus, promisit regi quod faciet kernelare murum suum juxta domos suas in Wigornia, quem predecessor suus incepit facere. Et mandatum est ballivis Wigornie quod, occasione precepti eis facti de villa sua claudenda et de consuetudinibus ea occasione in villa sua capiendis, nullas consuetudines capiat (*sic*) ab hominibus episcopi supradicti. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Novembris.

Pro P. Wyntoniensi episcopo.—Mandatum est servienti de Gillingham quod porcos P. Wintoniensis episcopi, quos cepit in bosco de Gillingham tempore prohibito propter venationem, eidem episcopo deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro emendis salmonibus.—Mandatum est ballivis Glouc' quod regi habere faciant xl. salmones ad denarios regis et eos venire faciant usque Wintoniam, ita quod rex habeat eos in vigilia Natalis Domini tempestive, et de pretio et cariagio eorundem satisfiet eis ibidem. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eosdem salmones recipiat ab eis et venire faciat usque Wintoniam, ita etc. ut supra.

De emendis gallinis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod habere faciat regi mille gallinas, et eas venire faciat usque Wintoniam, ita etc. ut supra et de pretio et cariagio.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de mille gallinis emendis et cariandis usque Wintoniam, ita etc. ut supra tam de cariagio quam de pretio. Teste ut supra.

De vinis liberandis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Suht' faciat habere ballivis Suht' lxxiiij. dolia vini carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est eidem quod de vinis etc. faciat habere Galfrido Dispn' unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Cant', clerico.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in parco regis in foresta de Windes' faciat habere Roberto de Cant' clerico quatuor fagos, sparsim et ad minus nocumentum illius parci, per loca diversa prope aquam, ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Sutthon', xxvj. die Novembris.

1237.

De querubus datis.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod in bosco Dunolm', qui vocatur Hava, faciat habere Magistro Willelmo de Dunelmo xx. quercus ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro P. Wyntoniensi episcopo.—Mandatum est Jacobo Hus' quod porcos episcopi Wyntoniensis, quos in foresta regis de Selewod' cepit et captos tenuit eo quod inventi fuerunt in predicta foresta tempore prohibito pro feonatione, eidem deliberet : et si quid ab eo ceperit occasione predicta id ei reddat. Teste apud R[offam] xxvij. die Novembris.

[m 22.] *Pro hospitalibus. Excipiuntur tamen hospitales Lincoln' et Ebor'.*—Mandatum est vicecomiti Buking', assessoribus et collectoribus tricesime ejusdem comitatus, quod, occasione mandati domini regis de tricesima assidenda et colligenda in comitatu predicto, nullam tricesimam assideant in terris hospitalium infirmorum leprosorum vel hominum suorum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

Eodem modo scribitur vicecomiti, assessoribus et collectoribus in comitatu Midd'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' et assessoribus et collectoribus tricesime in eodem comitatu.

Eodem etiam modo scribitur vicecomiti Suhampton' et assessoribus et collectoribus xxx$^{me.}$ in comitatu Suhampt'.

Eodem etiam modo scribitur vicecomiti, assessoribus et collectoribus in comitatu Kanc'. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

Pro Willelmo de Keu.—Mandatum est vicecomiti Contebrig' quod assignationem factam de dimidia hyda terre cum pertinentiis in Morton', pertinente ad terram illam quam Fulco de Mungumeri tunc tenuit de ballio nostro et quam rex postea reddidit Willelmo de Keu, stare faciat et teneri ; ita quod prefatus Willelmus et heredes vel assignati sui predictam dimidiam hidam habeant et teneant tanquam pertinentem ad aliam terram suam in eadem villa per easdem metas et bundas per quas primo assignata fuit prefato Fulconi, cum terram illam teneret. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod xij. dolia boni vini emant ad opus regis per pretium appositum per probos et legales homines, quod regi significent et rex illud reddi faciet ; et dolia illa liberari faciant vicecomiti Kanc' carianda quo eis (*sic*) precepit rex. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Sussex' et assessoribus et collectoribus xxx$^{e.}$ in comitatu predicto quod, cum rex concesserit abbati Cluniacensi quod, nisi tricesima regis per eos assisa fuerit de bonis et terris suis et prioratuum et hominum suorum in comitatu predicto, ipse per homines suos eandem tricesimam assideri et colligi faciat et, si per eosdem assessores assisa fuerit, eam per homines suos colligi faciat ad respondendum inde regi per manum

1237.

suam vel priorum suorum, ita quod eidem abbati habere faciant extracta rotulorum suorum de particulis et summis tricesime predicte juxta quas eam colliget, iidem vicecomes et assessores ita fieri permittant, sive tricesima illa assisa fuerit sive assidenda, et siquid inde ceperint id faciant eidem abbati reddi ut per manum suam possit inde respondre. Teste rege apud Faversham, xxix. die Novembris. [*Cancelled.*] *Quia aliter in presenti cedula.*

[*Schedule.*] Abbas Cluniacensis concessit regi ad petitionem suam tricesimam de bonis et terris suis et hominum suorum, ita quod per homines suos eam assideri et colligi faciat. Et mandatum est vicecomitibus, assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus Buk', Sussex' et aliis comitatibus suscriptis quod, si predicta tricesima per eos assisa fuerit, faciant eisdem abbati et prioribus habere extracta rotulorum suorum juxta que eam colligi faciat ad respondendum inde regi per manum suam, et, si per eos assisa non fuerit, per suos eam assideri et colligi permittant, et, si quid inde receperint, id prefatis abbati et prioribus reddi faciant ut per manum suam possint inde respondere. Teste apud (*sic*).

Eodem modo scribitur vicecomitibus, assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus Buking', Ebor', Bercsyr', Hertford', Kanc', Surr', Essex', Cornubie, Dorset', Sumers', Devon', Suthampt', Stafford', Salop', Wyr', Norf', Cantebrig', Hereford', Glouc', Notingam', Lincoln', Dereb', Leycestr', Norhampton', Roteland', Wyltysir', Lancastr'.

Pro Petro de Wakering'.—Rex dedit Petro de Wakering', clerico, custodiam terre et heredum Willelmi Pycot una cum maritagio eorundem heredum, ita tamen quod predicti heredes maritentur sine disparagatione. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Petro tam de terris que fuerunt predicti Willelmi in ballia sua, de quibus seisitus fuit die quo obit, quam de predictis heredibus plenam seysinam habere faciat. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet idem Petrus vicecomiti Cantebrig' de terris que fuerunt ipsius Willelmi in comitatu suo. Teste ut supra.

Idem Petrus habet litteras patentes.

Pro Martha conversa.—Mandatum est Magistro Waltero, custodi hospitalis Conversorum, et Joceo filio Petri quod Martham conversam de civitate Cant' recipiant et ei liberationem suam, sicut uni de conversis qui sunt apud London in eorum custodia, inveniant. Teste rege apud Cant', primo die Decembris.

De terminandis contentionibus inter regem et ex[e]*cutores R. Dunolmensis episcopi.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, una cum Wintoniensi et Carleolensi episcopis, quibus mandatum est quod eisdem baronibus ad hoc assistant, audiant sine dilatione contentiones ortas inter regem et executores testamenti R. quondam Dunelmensis episcopi, super debitis que idem episcopus debuit regi; et quod auditis et intellectis plenius contentionibus predictis eas sine mora terminent et, una cum prefatis episcopis, quod justum fuerit inde judicent. Teste ut supra.

1237.

De eodem.—Rex rogavit P. Wyntoniensem et W. Karleolensem episcopos quod quam cito poterint (*sic*) personaliter assistant predictis baronibus ad audiendas contentiones predictas et ad eas terminandas et ad judicandum inde quod justum fuerit. Teste ut supra.

Pro Johanne (sic) *de Sanford.*—Rex perdonavit Johanne de Sandford viginti marcas que restabant regi solvende de fine quadraginta marcarum quem fecit cum rege pro maritagio filiarum suarum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam Johannam inde quietam esse faciant. Teste ut supra. Per Symonem de Monte Forti.

De extenta, pro Stephano de Bocwoll'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Stephani de Bocwoll' in Botun' Alou et Westreham, que [sunt vadium Jacobi et Cresse, Judeorum Cant', Benedicti Crespin, Judei Lond' *erased*] est vadium Jacobi, Judei de Cant', Benedicti de Sancto Licio, Joc' filii Sampsonis, Judeorum ejusdem ville, et Jacobi Crespin, Judei de London', quantum valeant (*sic*) etc. et faciant eisdem valorem etc. Teste apud Faveresham ij. die Decembris. Per W. de Ral'.

De recipiendo comite Lincoln' ad damas capiendas.—Mandatum [est] Rogero Cokerel, custodi parci regis de Havering', quod J. comitem Lincoln' et constabularium Cestr', quem rex misit ad damas capiendas ad opus regis in parco predicto ad hoc admittat. Teste rege apud Roffam, iij. die Decembris.

De compoto fratris Galfridi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum fratris Galfridi, custodis warderobe regis, recipiant a tempore quo predictam custodiam recepit usque in diem compoti sui. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Decembris.

Pro Johanne de Gizors.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod occasione mandati quod ei facerat (*sic*) dominus rex de assignanda Roberto de Quency et Helene uxori ejus rationabili dote ipsius Helene de terris, que fuerunt J. quondam comitis Cestr', primi viri sui, non dissesietur Johannes de Gysorz de manerio de Badewe quin percipiat omnes exitus ejusdem manerii usque ad finem termini sui ad quem predictum (*sic*) comes manerium illud ei dimisit; set ita assignetur dos illa quod idem Johannes percipiat omnes predictos exitus usque ad terminum illum; et post terminum illum predicti Robertus et Helena libere possint partem sibi assignatam ingredi. Teste ut supra.

Pro executoribus Hugonis de Morewyc.—Mandatum est Rogero de Essex', escaetori regis, quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Hugonis de Morevill' (*sic*) de satisfaciendo regi de debitis in quibus idem Hugo ei tenebatur, si qua ei debuit, eosdem executores liberam administrationem habere permittant (*sic*) de catallis et bonis que fuerunt ipsius Hugonis. Teste apud Westmonasterium, vj. die Decembris. Per W. de Ral'.

1237.

Pro priorissa de Stratford'.—Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus Midd' et Cantebrig' quod, ex quo assederint tricesimam in terris et possessionibus priorisse de Stratford et hominum suorum, summam illius tricesime regi scire faciant, ita quod interim nullam tricesmam colligant in eisdem terris. Teste ut supra.

Pro Rogero Gernet.—Quia Rogerus Gernet, forestarius regis de feodo ostendit regi quod, licet ipse finem fecerit cum rege pro ballia sua, Robertus de Crepringe nichilominus posuit in ea duos forestarios equites et octo pedites, mandatum est eidem Roberto quod, si ita est, predictos forestarios penitus ammoveat, permittens ipsum Rogerum per se et forestarios suos illam custodire, sicut voluerit inde respondere regi. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Fenencurt.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de manerio de Thoppingeho, quod fuit Mathei Mantel et quod pertinet at Roesiam primogenitam filiam Roberti Mauntel, cujus custodiam et maritagium concessit rex Willelmo de Fenencurt, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste apud Westmonasterium, ix. die Decembris. Per J. comitem Lincoln', coram domino rege.

Pro rege, de venatione liberanda.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod totam venationem aprorum et layarum, quam venatores regis ceperunt in foresta de Den' et habet in custodia sua, liberari faciat hiis quos vicecomes Glouc' ad eum mittet pro venatione illa; ita quod ipse vicecomes eam cariari faciat usque Wintoniam contra instans Natale Domini sicut preceptum est ei. Teste ut supra.

Hybernia. De loquelis ponendis in respectum.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod, cum Walterus de Lascy pro sua infirmitate hac instanti hyeme commode transfretare non possit in Hyberniam, idem justiciarius ponat in respectum omnes loquelas et assisas que summonite sunt contra eum ad assisas Dublin', in octabis Sancti Hyllarii proximo futuri, usque ad primas assisas post Pascha anno regni regis (*sic*) xxij. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

Pro executoribus R. Dunelmensis episcopi.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo quod, cum executores testamenti R. quondam Dunelmensis episcopi, finem fecerint cum rege pro omnibus debitis que idem episcopus debuit regi tam de denariis quos recepit ab hominibus inter Usum et Derewent' pro deafforestatione partium illarum quam de aliis debitis quibuscumque, bona que fuerunt ipsius episcopi que sequest[r]ari fecit occasione deafforestationis predicte deliberari faciat, permittens eos inde liberam habere administrationem ad executionem ipsius testamenti faciendam. Teste ut supra.

Pro Simone de Monteforti.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod permittat venatores Simonis de Monteforti capere quatuor bissas quas rex ei dedit in foresta de Chetl'. Teste ut supra.

1237.

De extenta.—Walterus de Whytewell' habet breve de extenta et terris directum justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi, custodi terrarum que fuerunt Roberti filii Walteri, quod in parco de Wodeham faciat habere W. Karleolensi episcopo, sex damas de dono regis. Teste ut supra.

De tricesima colligenda in villa Sancti Albani.—Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Buk' quod, non obstante mandato regis de tricesima ejusdem comitatus colligenda in ipso comitatu et reponenda apud Wardon', eandem tricesimam colligant apud villam Sancti Albani et ipsam salvo reponant in abbatia ejusdem ville quousque rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Keninton' x. die Decembris.

De eodem.—Rex etiam rogavit abbatem Sancti Albani quod ipsos in prefata villa ad hoc admittat et prefatam tricesimam recipiat custodiendam in abbatia sua donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baylol.—Mandatum est Warnerio (*sic*) Engayn' quod de manerio' regis de Thorkes' cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat Johanni de Baylol et Derforguil uxori ejus, quod quidem manerium assignavit eis rex una cum maneriis Gernem' et Luddingelond' tenendum donec eis assignaverit rationabile escambium pro parte ipsius Derforguil que eam contingit de comitatu Cestrie, ita tamen quod si per mortem alicujus ceterorum heredum Johannis, quondam comitis Cestrie, descedentis (*sic*) sine herede de se, plus contingat accidere eidem Derforguil de hereditate que fuit predicti comitis infra predictum comitatum vel extra, rex similiter eisdem Johanni et Derforguil pro illo residuo quod eis acciderit rationabile escambium faciet, si illud in manu sua retinere voluerit. Teste ut supra.

Additum est postea quod si quid inde receperit a die Jovis proximo post festum Sancti Nicholai ut ad scriptionem harum litterarum, id eis reddat.

De eodem.—Eodem modo scribitur eidem Warnero (*sic*) pro eisdem Johanne et Derforguil de manerio de Luddingelond' et additur ut supra. Teste ut supra.

De abbate Westmonasterii, de pontibus.—Mandatum est vicecomit Surr' quod occasione mandati quod ei fecit rex de pontibus faciendis et reparandis circa riparias in comitatu suo, non distringat abbatem Westmonasterii ad predictos pontes faciendos seu reparandos donec rex aliud inde preceperit; et si averia sua ea occasione capta fuerint ea deliberari faciat. Teste ut supra.

De prestito faciendo ad cameram regine.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, quod de denariis de thesauro regis prestitum faciat fratri Johanni de Waverl' ad arreragia operationum

1237.

camere regine aquietanda, et ad oriolum ejusdem camere faciendum. Et cum rex summam illius prestiti sciverit faciet ei habere breve suum de liberate. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die. Decembris.

De emendis jocalibus.—Mandatum est eidem quod de consilio Magistri Willelmi de Kylkenn' et per visum ejusdem magistri et Willelmi Hardel emi faciat et aquietari quinquaginta marcatas jocalium deferendorum per prefatum magistrum quo rex ei injunxi; et rex in proximo adventu suo usque Lond' faciet ei habere breve suum de liberate. Teste rege apud Geldeford', xj. die Decembris.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod assisam ultime presentationis quam abbas de Hales arramiavit per preceptum regis versus Conventrensem et Litchesfeldensem episcopum de ecclesia de Horeburn' que spectat ad prebendam Magistri Willelmi de Kylkenn' qui profectus est in nuntium regis ad Curiam Romanam ponant in respectum usque ad octabas Sancte Trinitatis, anno regni nostri xxij. Teste ut supra.

De meyremio ad castrum Colecestr', in bosco de Kingeswod'.—Mandatum est Ricardo de Muntfychet quod in bosco regis de Kingeswod' faciat habere constabulario Colecestrie meremium ad palicium ejusdem castri, quod per tempestatem nuper ortam prost[r]atum fuit, reparandum. Teste ut supra.

De jocalibus emendis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull' quod, preter illas quinquaginta marcatas jocalium que per visum Magistri Willelmi de Kilkenn' emi et eidem liberari debent, sicut ei prius mandatum fuit, de consilio ejusdem Magistri et per visum Willelmi Hardel emi et aquietari faciat viginti marcatas jocalium deferendorum per ipsum Magistrum quo rex precepit. Et in proximo adventu regis apud Lond' breve de liberate tam de predictis quinquaginta quam de residuis viginti marcatis ei habere faciet. Teste rege apud Geldef', xij. die Decembris.

De compoto vicecomitis Suth' ponendo in respectum.—Mandatum est boronibus (*sic*) de Scaccario quod compotum vicecomitis Suth' ponat (*sic*) in respectum usque ad octabas Sancti Hyllarii anno regni nostri xxij. eo quod oporteat ipsum negotiis regis contra solempnitatem instantis festivitatis Natalis Domini in eodem comitatu intendere. Teste ut supra.

De piscatione.—Mandatum est Johanni de Ve[n]uz quod Willelmum piscatorem et Hurtardum servientem regis, quos rex mittit ad piscandum [in] mara regis de Wolvemar', ad hoc admittat et perquirat apud Waverl' et alibi ubi melius et commodius poterit batellos et retia et piscatores in subsidium eorundem piscatorum, et pisces quos ibi ceperint mittat usque Wintoniam ita quod ibi sint in vigilia Natalis Domini tempestive et custum cariagii significet domino regi ut illud ibi aquietari faciat. Teste rege apud Chauton, xiv. die Decembris.

1237.

De emendis tunicis ad opus pauperum.—Mandatum est fratri Galfrido quod venire faciat domino regi apud Clarend' in crastino Sancti Thome Apostoli ducentas tunicas et ducenta paria sotularium ad mandatum regis faciendum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Pabbeham.—Rex recepit homagium Johannis de Pabbeham filii et heredis Hugonis de Pabbeham de quinta parte feodi unius militis cum pertinentiis quam predictus Hugo de rege tenuit in capite in Carleton'.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Blakemor' faciat habere abbati de Bynendon quindecim quercus de dono regis ad meyremium. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro burgensibus Bristoll', de vinis.—Mandatum est majori et ballivis Bristoll' quod, retentis ad opus regis quadraginta doliis boni vini de vinis que nuper venerunt usque Bristoll', de residuis disponant ad presens prout sibi expedire viderint. Teste ut supra. Per regem.

De venatione danda.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod decem feras salitas quas habet in custodia sua, que sunt apud grangiam abbatis de Bynendon de Pulham, liberari faciat eidem abbati erogandas pauperibus in hospit' ad portam illius abbatie. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus de Novo Castro.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunolmensis, quod octies viginti planchias, quas Ricardus quondam Dunelmensis episcopus fieri fecit et quas idem Johannes habet in custodia sua, faciat habere Fratribus Minoribus de Novo Castro super Tynam ad dormitorium suum construendum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xxj. die Decembris. Per Johannem filium Philippi.

De faciendo habere meremium ad operationes in castro Wyntonie.—Mandatum est custodi foreste de Ber' quod vicecomiti Suthampt', cui rex precepit quod fieri faciat quandam aleam ab hostio camere regine in castro Wyntonie usque ad hostium capelle regine in eodem castro, meremium in eadem foresta ad hoc inveniat. Teste rege apud Wintoniam, xxv. die Decembris a (*sic*).

[*Schedule.*] Mandatum est Johanni Mansel quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Suhampt' liberari faciat ballivis Suhampt' sex dolia vini carianda quo rex preceperit. Teste rege apud Wintoniam, xxv. die Decembris.

Pro manerio de Bruge Walter'.—Quia rex wult (*sic*) quod manerium de Bruges Walteri tallientur (*sic*) inter dominica regis, cum rex fecerit ea talliari, mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Sumers' quod nullam tricesimam in eodem manerio assideri vel colligi faciant. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

1237.

De eligendo coronatore.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod in pleno comitatu et per assensum comitatus eligi faciat de discretioribus et fidelioribus militibus comitatus sui loco Roberti filii Willelmi, quondam coronatoris regis ejusdem comitatus, unum coronatorem, qui prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservet, una cum sociis suis coronatoribus ejusdem comitatus, ea que ad coronam pertinent in eodem comitatu ; et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen illius regi scire faciat. Teste rege ut supra.

De meremio ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est Henrico de Dun quod in foresta regis de Clarendon' per visum viridariorum regis ejusdem foreste faciat habere vicecomiti Wyltis' meremium ad quandam aleam et alias operationes regis apud Clarendon' faciendas. Teste ut supra.

Pro Willelmo de la Rye.—Mandatum est vicecomiti Suthampt' quod de una virgata terre quam Willelmus de la Strod' tenuit de rege in Strod' et de qua Galfridus de Batthon', cocus regis, ipsum Willelmum disseisivit occasione cujusdam terre quam rex dedit eidem Galfrido in Rya, ipsi Willelmo plenam seisinam habere faciat, salvo eidem Galfrido servitio de predicta virgata terre quod predictus Willelmus regi inde facere consuevit antequam rex prefato Galfrido predictam terram dederat. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo le Brun.—Rex assignavit Magistrum Willelmum le Brun ad residendum ad Scaccarium Judeorum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum ad hoc admittant. Teste rege apud Wherewell', xxvj. die Decembris.

Pro Galfrido de Fenencurt.—Rex concessit Galfrido de Fenencurt maritagium Lucye, alterius de filiabus et heredibus Roberti Mantel. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eandem Lucyam liberari faciat Willelmo fratri ipsi (*sic*) Galfridi custodiendam ad opus predicti Galfridi et quod de portione hereditatis ejusdem Roberti, que ipsam Lucyam contingit, plenam seisinam habere faciat eidem Willelmo ad opus ipsius Galfridi. Teste ut supra.

De eodem.—Mandatum est etiam Willelmo filio Ricardi, custodi terre que fuit Roberti filii Walteri, quod de portione hereditatis predicti Roberti, que predictam Lucyam contingit et que est in custodia ipsius Willelmi, plenam seisinam habere faciat Willelmo fratri predicti Galfridi ad opus ipsius Galfridi. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Stutevill' tradendo in ballium.—Quia rex per inquisitionem, quam inde fieri fecit, accepit quod Nicholaus de Stutevill' appellatus est de morte Inuin' filii Basil' odio etc. mandatum est vicecomiti Norf' quod si ipse Nicholaus invenerit xij. qui etc. tunc tradat ipsum in ballium predictis xij. Teste ut supra.

1237

De vino dato abbatisse de Wherewell'.—Mandatum est Johanni le Mansel quod de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Suthampton' faciat habere abbatisse de Wherewell' unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia per inquisitionem quam rex fieri fecit constat regi quod Johanna,que fuit uxor Radulfi de Apereshull', appellat Walterum Gundy, Willelmum filium Henrici et Robertum filium Ricardi Molendinarii de morte predicti Radulfi, viri sui, odio et atia et non etc. preceptum est vicecomiti Glouc' quod, si singuli eorum invenerint sex qui etc. tunc tradat eos predictis sex in ballium. Teste ut supra.

De eodem.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit quod Warinus le Provost et Matillis uxor ejus, Bartholomeus de Cove, Ricardus filius ejus et Cristina uxor ipsius Ricardi, capti et detenti apud Gypewyz pro incendio et pace regis infracta, unde Alicia de Hyndesher' eos appellat, appellati sunt odio et atya et non etc. mandatum est vicecomiti Suf' quod, si quilibet eorum inveniat sex qui etc. tunc tradat eos predictis sex in ballium. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Dun quod in foresta de Pancet faciat habere Magistro Egidio, archidiacono Berk', tres quercus ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Wyntoniensi.—Rex concessit episcopo Wyntoniensi quod tricesimam suam in terris et libertatibus suis et hominum suorum colligi faciat per manus ballivorum suorum, reddendam apud Turrim London' majori London' et clerico Hugonis de Pateshull' thesaurarii, quem ad hoc assignaverit ad eam ibidem recipiendam una cum predicto majore a die Sancti Hyllarii in quindecim dies per tallias et rotulos particulares et summam ejusdem tricesime continentes. Et mandatum est vicecomitibus, assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus Bercsyr', Buking', Suthampt', Wyltys', Surr', Oxon', Sumers', quod permittant predictum episcopum predictam tricesiman ita colligere et reddere ut predictum est, et quod nullam super hoc districtionem faciant. Teste ut supra.

De prisone custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod Johannem de Alrewych' captum pro transgressione foreste, quem Hugo de Loges cepit et ei liberabit custodiendum, recipiat et in prisona de Bruges salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste apud Chaut', xxviij. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Blakemor' faciat habere Willelmo Lungesp' quinque damas de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo quandam districtionem in respectum.—Mandatum est vicecomiti Wyltys' quod districtionem quam facit Willelmo de Ferr' per preceptum regis pro scutagio ad opus episcopi Batthoniensis, ponat in respectum usque a die Sancti Hyllarii in xv. dies, anno regni sui (*sic*) xxij. Teste ut supra.

1237.

De extenta.—Willelmus de Colevill' habet breve de extenta et rationabilibus terminis de debitis que debet Leoni, Judeo Eboraci, directum justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis. Teste apud Wherewell', ut supra.

[m. 20.] *Pro Roberto de Cant', clerico.*—Mandatum est Engellard' de Cyeon' quod non impediat Robertum de Cant' quin prosterni et cariari faciat quatuor fagos quas rex ei dedit in parco suo in foresta de Wynd' et que liberate sunt ei per W. de Burgo. Teste ut supra.

De faciendo habere Roberto de Crepring' seisinam de manerio [de] Whalegrave.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod de manerio de Whalegrave cum pertinentiis, quod homines de Scardeburg tenuerunt ad firmam, sine dilatione plenam seisinam habere faciat Roberto de Crepring', custodiendo quamdiu regi placuerit, et distringat homines de Scardeburg ad reddendum eidem Roberto omnes exitus ejusdem manerii a tempore quo capi fecimus in manum nostram dominica nostra. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta regis de Alsihet faciat habere Alicie que fuit uxor Willelmi Mauduit quatuor damas de dono regis. Teste ut supra.

1238.

De roboribus datis.—Mandatum est Henrico de Dun quod in foresta regis de Panchet faciat habere Waltero Eskeling egrotanti apud Sarrisburiam duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Geud', primo die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere Godefrido de Crawecumb' duas damas de dono regis. Teste rege apud Geldef', ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod in foresta regis de Wauberg' faciat habere Reginaldo de Pavely viginti quercus et in foresta regis de Sappel' alias xx. quercus ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra. Per fratrem G.

De tradendo in ballium.—Quia rex per inquisitionem, quam inde fieri fecit, accepit quod Robertus de Kenefar et Agnes uxor ejus, capti et detenti in prisona regis Glouc' pro morte Johannis de Kenefar, unde appellati sunt, appellati sunt odio etc. et non eo quod culpabiles inde sint; mandatum est vicecomiti Glouc' quod, si predicti Robertus et Agnes invenerint ei xij. etc. qui eos manucapiant etc. tunc tradat eos predictis xij. in ballium. Teste apud Westmonasterium, v. die Januarii.

De vino dato domino legato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis emptis ad opus regis, que idem Willelmus habet in custodia sua, liberari faciat unum dolium vini domino legato de dono regis. Teste apud Westmonasterium, vij. die Januarii.

1238.

Pro priorissa de Polslo.—Rex perdonavit priorisse de Polslo viginti solidos in quibus tenebatur regi de tricesima assessa in comitatu Devonie. Et mandatum est assessoribus et collectoribus xxxme in eodem comitatu quod predictam priorissam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

De instauro emendo ad maneria regis.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod de instauro R. quondam Dunelmensis episcopi, quod rex emi fecit ad opus suum per predictum Johannem, liberari faciat Roberto de Crepring' ad maneria regis instaurenda septingentos et xxix. bovos (*sic*) et ducentas et liiij. vaccas cum clx. et xij. vitulis de sequela earundem vaccarum et quadringentas et xxxj. oves matrices cum clxxvj. agnis de sequela earundem ovium. Teste ut supra.

De damis ad opus regine Scotie.—Mandatum est Johanni filio Philippi (*sic*) quod in parco de Havering' vel extra, sicut melius viderit faciendum, capi faciat duas damas vel tres ad opus regine Scotie. Teste apud Westmonasterium, x. die Januarii.

Hybernia. Pro Willelmo Bluet.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod in Hybernia extra dominica regis, videlicet in escaetis vel terris Hybernicis, provideat xx. libratas terre ad opus Willelmi Bluet militis comitisse Pembrok', et, cum eas providerit, plenam seisinam inde habere faciat eidem Willelmo ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regi placuerit. Et scire faciat tempestive regi in quibus terris et locis predictam provisionem fecerit eidem Willelmo. Teste ut supra.

[*Marginal note.*]—Postea facte fuerunt patentes per eadem verba et de eadem data.

De vinis liberandis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberet vicecomitibus Lond' decem dolia vini carianda usque Windes' ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Baylol.—Rex perdonavit Henrico de Baylol et uxori ejus tertiam partem centum librarum per quas idem Henricus et Petrus de Maunle et David Cumyn, participes ipsius Henrici, finem fecerunt cum rege pro relevio suo et perdonavit eidem Henrico tertiam partem c. marcarum quas idem Henricus et participes sui promiserunt regi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et irrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone [*de Morevill'* corrected to] *Gurl' et pro Muriel* (sic) *uxore ejus.*—Rex concessit Hugoni [de Morevill' *corrected to*] Gurll' custodiam terre que fuit Hugonis de Morevill' in Fernton' usque ad legitimam etatem heredis ipsius Hugonis et mandatum est vicecomiti Lanc' quod eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat de terra predicta sicut predictum est. Teste ut supra.

1238.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie (*sic*) quod, si mulier (*sic*) que fuit uxor predicti Hugonis habeat dotem de terra que fuit ipsius Hugonis in Ferton', tunc faciat habere predicto Hugoni, cui rex custodiam illam concessit, de terris que fuerunt predicti Hugonis in comitatu predicto, que sunt in manu regis, ad valentiam predicte dotis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Gorges.—Mandatum est Thome de Cyrencest quod denarios, quos cepit de manerio de Bradepol postquam Thomas de Gorges habuit inde seisinam, eidem Thome sine dilatione reddat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Januarii.

Pro Willelmo de Fennes.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod statim ex quo facta fuerit inquisitio de feodis militum Willelmi de Fednes, quam rex eis demandavit faciendam, eidem Willelmo faciat (*sic*) habere rationabile judicium suum secundum considerationem Scaccarii regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Stanl'.—Rex perdonavit hac vice abbati de Stanl' dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii de catallis fugitivorum de ultimo itinere Roberti de Lexinton' et sociorum suorum in comitatu Wilt'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Januarii.

Pro Ricardo Urry.—Rex perdonavit Ricardo Urrici, fratri Alani Urrici, quaterviginti et decem libras de fine centum librarum, per quas predictus Alanus finem fecit cum rege pro habendis terris que fuerunt Urrici avunculi sui, pro quibus eidem Ricardo dedit rex et carta sua confirmavit per pacem inter regem et eum factam manerium de Wikeford cum pertinentiis et mariscum de Fineresheye infra manerium de Kanewedon' et homagia et servitia Johannis de Appelton', Johannis de Briencun, Simonis Perdric', Johannis filii Willelmi, Henrici Lamberti, Johannis Attewindhel', Johannis Saleman, cum omnibus pertinentiis suis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis quater xx. et x. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Januarii.

De vino dato regine Scotie.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat habere regine Scotie unum dolium vini Gallici de dono regis. Teste ut supra.

De vinis arrestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suhampt' quod de vinis, que proximo ventura sunt ibidem, arestari faciant xl. dolia vini et in celariis regis ibidem reponi donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De vino dato fratri G. elemosinario.—Mandatum est W. de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere fratri G. elemosinario unum dolium vini expendendum quamdiu reddet computum suum ad Scaccarium nostrum, de dono regis. Teste ut supra.

1238.

De carta de libertatibus legenda.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod cartam regis de libertatibus foreste publice et in pleno comitatu legi faciat et contentas in ea libertates teneri et, si aliqua contentio vel dubietas oriatur de articulis ejusdem carte, requiratur inde consilium regis et curie sue antequam aliquid inde fiat. Teste ut supra.

Pro Petro Saraceno.—Rex perdonavit Petro Saraceno et hominibus suis xxx. super eos assisam. Et mandatum est assessoribus et collectoribus in episcopatu Dunholmensi quod ad xxx. dandam ipsos non distringant set pacem habere permittant. Teste ut supra.

De quercubus datis Willelmo de Ral'.—Mandatum est Roberto de Aundely quod in ballia sua extra parcum de Gillingham faciat habere Willelmo de Ral' xx. quercus ad maeremium inde faciendum ad domos suas reparandas apud Werministr', de dono regis. Teste rege apud Kenet', xv. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Sampford' quod habere faciat Fulconi filio Warini iiij damas in foresta de Braden' de dono regis. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in foresta nostra de Cett' faciat habere Simoni de Monte Forti quatour bissas de dono nostro. Teste rege apud Windles', xv. die Januarii.

De vinis liberandis ad cariagium.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis, que habet in custodia sua, liberari faciat vicecomitibus London' sex dolia vini carianda usque Kenniton'. Teste apud Windnis', xvj. die Januarii.

Pro Gregorio (sic) *et Galfrido de Baggesat'.*—Mandatum est constabulario de Wyndles' quod non distringat Gregorium de la Dun' vel Galfridum de Baggeshat', forestarios regis de foresta de Wyndles', ad reddendum denarios vel gallinas donec constiterit regi quantum debeat eis allocari pro libertatibus concessis episcopo Wintoniensi et abbati de Westmonasterio per cartas regis. Teste ut supra.

Pro Rogero Wastel et Sabina uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante eo quod Jacobus Crespin et [Aaron filiaster ejus *erased*] Joceus filius Meidin' seisinam habent de terra que fuit Roberti de Columbariis in ballia sua tanquam de vadio suo, Rogero Wastel et Sabine uxori ejus, que fuit uxor predicti Roberti, habere faciat plenam seisinam de dote predicte Sabine que eam contingit de eadem terra. Teste ut supra.

De venatione carianda.—Mandatum est ballivo de Clive quod venationem regis, que remansit in custodia sua per preceptum suum, ea qua poterit festinatione ad regem usque Lond' cariari faciat et custum dicti cariagii predicti (*sic*) regi scire faciat et rex illud faciet acquietari. Teste rege apud Kenyton', xix. die Januarii.

1238.

Pro Willelmo de Kaeu.—Rex perdonavit Willelmo de Kaeu novem libras et sexdecim solidos qui ab eo exigebantur per summonitionem Scaccarii de veteribus scutagiis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant tam de temporibus predecessorum regis quam de tempore suo. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

De deliberandis quibusdam hominibus episcopi Conventrensis de Cestria.—Mandatum est justiciario Cestrie quod Johannem filium Ulketell' de Cestria, hominem A. Coventrensis et Lichefeldensis episcopi, et catalla Willelmi de Sancto Botulf', hominis ejusdem episcopi, quem hominem et que catalla idem justiciarius cepit occasione contentionis, que est inter homines regis de Cestria et homines predicti episcopi de eadem villa, sine dilatione deliberari faciat et ipsam contentionem ponant (*sic*) in respectum usque in octabas Sancte Trinitatis anno xxij. Teste ut supra.

De tricesima perdonata, pro Isabella de Turneham.—Rex perdonavit executoribus testamenti Isabelle de Turneham, quondam uxoris Petri de Malo Lacu, totam tricesiman provenientem de bladis et aliis exitibus maneriorum de Baynton' et de Clyf que quidem maneria assignata sunt ad executionem predicti testamenti. Et mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in Estrithing quod predictis executoribus pacem inde habere permittant.

Eodem modo scribitur pro eodem assessoribus et collectoribus tricesime in Westrithing'. Teste ut supra.

Pro abbate Cluniacensi.—Rex confirmavit abbati et monachis Cluniacensibus manerium de Ledecumbe cum pertinentiis, quod rex Stephanus eis dedit, cum omnibus libertatibus cum sicut rex Henricus, avus Henrici regis avi domini regis illud unquam melius et liberius tenuit in manu sua. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod predictam confirmationem in pleno comitatu legi faciat et teneri sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Johanni de Gray x. quercus in foresta de Savernak' ad se hospitandum apud Scaudeburn', de dono regis. Teste ut supra.

De sacculis et aliis ad recipiendam xxxme apud Turrim Lond'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod receptoribus xxx^e^ apud Turrim Lond' sacculos et balantias et alia minuta neccessaria ad eandem tricesimam recipiendam et numeratoribus ejusdem xxx^e^ ibidem liberationes suas habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Januarii.

De terris extendendis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum etc. faciant extendi terras Michaelis filii Petri, quantum valeant etc. et secundum valorem etc. et quantitatem debiti quod debet Elye Blundo, Leoni de Milcstrate et Cressant filio Mosse, Judeis Lond', rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

1238.

Pro Ricardo de Gray, de perdonatione.—Rex perdonavit Ricardo de Gray vij. libras, x. solidos et unum obolum qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de tempore quo fuit vicecomes Norhumbrie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Januarii.

Pro Roberto de Quency et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de maneriis de Fodringh', Nassinton' et Jarewell', que fuerunt Johannis, quondam comitis Cestrie et Hunt', sine dilatione plenam seisinam habere faciat heredibus ipsius comitis, qui quidem heredes per preceptum regis predicta maneria liberabunt W. comiti Albemarl', et idem comes de precepto regis ea liberabit Roberto de Quency et Elene, comitisse Cestrie et Hunt', uxori ejus, in tenantiam donec terre, que fuerunt predicti comitis Cestrie et Hunt,' et terre, quas predicta comitisa tenet de terris que fuerunt predicti comitis, fuerint extente ; ita quod ex quo extente earundem terrarum facte fuerint, si predicti Robertus et comitissa habeant sufficientem dotem de predictis terris, tunc id eis remaneat, et, si ipsi plus habeant de predictis terris quam ad eos pertinet, habendum nomine dotis ipsius comitisse, id amensuretur et ad predictos heredes revertatur quod inde superfuerit, et, si ipsi minus habeant de predictis terris quam habere debent nomine dotis, id quod eis defuerit per predictos heredes eis perficietur. Teste rege apud Westmonasterium, j die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus—

Bedef', de manerio de Kemeston' ;
Midd' de manerio de Totenham ;
Hunt', de maneriis de Brampton, Cunington et de Lymmynges ;
Essex'. de manerio de Badewe ;
Rotel'. de manerio de Exton'.

Pro Stephano de Seinges, de pace roberie.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod, si Stephanus de Seignes invenerit ei xij. salvos et securos plegios ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit de roberia et pace regis fracta unde rettatus est in comitatu Essex', tunc scire faciat vicecomiti Essex' per literas suas patentes nomina plegiorum ut ipsi Stephano pacem inde habere faciat usque ad primam assisam cum justiciarii in partes illas venerint, sicut rex ei precepit. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Essex' quod ex quo vicecomes Norf' etc. Teste ut supra. Per W. de Ral'.

[m. 19.] *De tradendis in ballium.*—Mandatum est vicecomiti Norf' quod singuli subscriptorum, Cle[me]ntis de Stamford', Rogeri le Lingedraper, Roberti de Hahill', Simonis Shipman, Ricardi coci, Willelmi Nothe, Willelmi Sharpe, Willelmi de Beauton', Edmundi le Cordewaner, Willelmi de Lakeham', Rogeri clerici, duorum servientum Radulfi de Banigham, Walteri le Seignur, Roberti Godwine, Rogeri Houteman, Willelm Fis, Galfridi Mutun, Hereman Crede, Alani le Taillur, Walteri le Cuver, Gerini scriptoris, Alani le Geliner, Widonis le Geliner, Juliane

1238.

Waukel, Johannis Fox, Johannis Sabin clerici, Claricie Chiken, Henrici de Wangeford', Galfridi Galun et Willelmi Gukemund, capti et detenti in prisona regis apud Norwic' pro fractione domorum Judeorum Norwic' et depredatione eorundem Judeorum, de qua fractione et depredatione eorundem Judeorum ipsi culpabiles non sint, [ut] rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum, [si] invenerint eidem vicecomiti sex probos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto si quis etc. ; tunc singulos ipsorum tradat in ballium ipsis sex probis et legalibus hominibus sicut predictum est. Et habeat etc. Teste rege apud Westmonasterium', j. die Februarii.

De tradendis in baillium.—J. comes Linc. manucepit Eustachium de Pavilly, Reginaldum de Pavilly, Johannem de Clere, Egidium de Manquency, Thomam de Binetr', Thomam de Anteny, Radulfum de Condon', Johannem le Taillur, Willelmum Frage et Galfridum de Burghall habendos coram justiciariis etc. ad primam assisam etc. ad standum recto de appello quod Egidius de Patesl' facit versus eos de morte Bertrami de Happesburg'. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod eos per manucaptionem ejusdem comitis pacem inde habere permittat ; et habeat ibi hoc breve. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod, si Henricus Russel', Galfridus de Budevill', Tholy de Norwod', Gobelin le Messeger, Ricardus Faceben, Ricardus Beuchamp, Ricardus Carpenter, Johannes Burdun et Philippus de Nortwold', qui appellati sunt in comitatu suo de morte Bertram de Happesburg', invenerint ei xij. etc. qui eos manucapiant habere coram justiciariis etc. ad standum inde recto, tunc illos tradat in ballium ipsis xij. etc.

Pro Hectore de Arraz mercatore.—Mandatum est P. Wyntoniensi episcopo quod catalla Hectoris de Araz mercatoris inventa apud Suht' et [que] sunt in manu sua ibidem, de catallis que a quodam homine ipsius Hectoris transeunte per partes Aulton' ablata fuerunt, ut dicit, si idem Hector probare poterit catalla illa sua esse, tunc ea ipsi Hectori reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Februarii.

Pro Thoma de Alta Villa et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod de terra que fuit Randulfi de Hurle in Stapelford' in ballia sua et quam cepit in manum regis occasione terre quam idem Randulfus tenuit de ballio regis in Norton in comitatu Sumers', Thome de Alta [Ripa *erased*] Villa et Margarete uxori ejus, filie et heredi predicti Randulfi, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De scindulis ad domos regis cooperiendas.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Waltero de Burgo maeremium in ballia sua ad scindulas faciendas ad domos regis de Clive, Brikestok', Geitinton' et Selveston' cooperiendas. Teste ut supra.

1238.

De latronibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod duos latrones quos Willelmus Brito, serviens Engelardi de Cygony de Duresl', ei liberabit recipiat et de eis fieri faciat quod secundum legem terre fieri debeat. Teste rege apud Kenynton, vj. die Februarii.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Willelmi le Chamberleng in comitatu Glouc' et extentam scire faciant regi et interim cessent usure. Teste apud Keninton', vij. die Februarii. Per fratrem G. elemosinarium.

De ballia Radulfi de Aundevill' in foresta de Feckeham.—Mandatum est baillivo de Fekeham quod bailliam foreste de Fekeham, quam Radulfus de Aundevill' habuit, capiat in manum regis et eam bene custodiat donec dominus rex aliud inde preceperit; et si ipsum Radulfum vel aliquos de suis inveneris (*sic*) itinerantes in foresta illa occasione illius baillie tunc corpora illorum arestari faciat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est forestariis, viridariis et aliis de eadem baillia quod eidem baillivo, tanquam custodi ejusdem baillie, intendentes sint et respondentes in omnibus que ad forestam illam pertinent. Teste ut supra.

Pro Roberto de Gouiz.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, non obstante eo quod Robertus de Gouiz non servavit terminos suos de x. marcis regi reddendis per annum de debito Judeorum quod regi debet, permittant ipsum Robertum reddere v. marcas ad eosdem terminos ad quos predictos x. marcas prius reddere solebat, sicut rex ei concessit per alias litteras suas ipsis baronibus directas quas penes se habent. Teste rege apud Kenynton, viij. die Februarii.

De quercu data ad pontem de Stanes reparandum.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Radulfo, custodi pontis de Stanes, quandam quercum in foresta de Windlesor' ad reparationem ejusdem pontis, de dono regis. Teste rege apud Windles', ix. die Februarii, anno xxij.

De quibus[dam] operibus faciendis apud Westmonasterium.—Mandatum est H. de Path', thesaurario, quod de marmore, quem (*sic*) habet penes se et qui (*sic*) debuit retineri ad opus Thome de Muleton', fieri faciat decentes gradus ante altare in capella Sancti Stephani apud Westmonasterium et de residuo ejusdem marmoris fieri faciat gradus ante altare in capella regine apud Westmonasterium ex quo perfecta fuerit; et si marmor ille (*sic*) non sufficiat ad utrumque opus tunc de tegula picta gradus illos fieri faciat; parvam etiam capellam apud Westmonasterium tegula picta decenter paveari faciatis (*sic*) et a tergo ultra sedem regis in eadem capella faciat depingi historiam Joseph; cameram etiam regine et garderobam subtus cameram illam faciat bene lambruschari et ornari et in fenestra barrata ferro que est in ultima camera ejusdem garderobe fieri et poni faciat quandam fenestram vitream albam, ita quod camera illa non sit ita ventosa

1238. sicut esse consuevit; et dominus rex custum quod [*sic*] ad hoc posuerit ei allocari faciet. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Februarii.

De robore dato.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Thome Baldewini hospiti Petri de Malo Lacu [duo robora *erased*] unum robur in baillia sua ad focum [predicti Petri *erased*] suum de dono regis. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod faciat habere Drogoni de Barentin et Nicholao de Bolevill' duas damas in predicta foresta, de dono regis. Teste rege apud Windl', xj. die Februarii.

De catallis quorundam oppressorum apud Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnia catalla et bona, que fuerunt Stephani de Hereford' et Matildis uxoris ejus, oppressorum in villa Glouc' una cum quibusdam aliis per ruinam cujusdam muri, in cujuscumque manu inventa fuerint, sine dilatione habere faciat liberis ipsorum Stephani et Matildis, si qui superstites fuerint, per visum Walteri de Glouc', clerici et aliorum propinquiorum parentum eorundem liberorum; et si forte superstites non fuerint, tunc omnia catalla et bona predicta habere faciat propinquioribus parentibus ipsorum oppressorum ad erogandum pro animabus predictorum Stephani et Matildis et liberorum suorum secundum quod melius viderint expedire; et si quid de catallis et bonis predictis quocumque modo amotum fuerit vel distractum, id sine dilatione faciat revocari et predictis liberis et oppressorum parentibus liberari ad disponendum inde sicut predictum est. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnia catalla et bona, que fuerunt Cristiane quondam uxoris Ricardi filii Katerine oppressa (*sic*) in villa Glouc' per ruinam muri predicti, sine dilatione faciat habere propinquioribus parentibus ipsius Cristiane ad disponendum inde et distribuendum inter eos et alios parentes ejusdem per visum proborum et legalium hominum ejusdem ville secundum quod melius viderint expedire; et si quid inde amotum fuerit id eisdem faciat deliberari. Teste rege ut supra.

Pro constabulario Divisarum.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod permittat J. de Pless', constabularium Divisarum, capere rationabile estoverium ad opus suum et suorum commorantium cum ipso in predicto castro in predicta foresta ad focum suum per visum forestariorum et viridariorum. Teste ut supra.

De lampredis perquirendis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad denarios suos omnes quos poterit lampredas perquirat, et custum ad hoc appositum rex ei allocari faciet. Teste ut supra.

Pro Philippo Pedefer.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod si Philippus Pedefer, mercator de Cadamo probare possit duos saccos lane suos esse, quos emit, ut dicit, de Willelmo Den, homine Andree Bukerel, qui postea arestati fuerunt per Walterum le Flemeng et

1238.

eadem occasione sunt penes vos detenti et quod pro lana illa pacaverit secundum quod inter eos inde convenit, tunc duos saccos lane predicto mercatori liberari faciat. Teste rege apud Windl', xiij. die Februarii.

Pro Henrico de Lingiure.—Mandatum est vicecomiti Oxonie, quia rex cepit homagium Henrici de Lyngiuere, filii et heredis Roberti de Lyngiuere, de feodo unius militis cum pertinentiis in Adburgbury, quod predictus Robertus tenuit de rege in capite, quod predicto Henrico eandem seisinam de predicto feodo habere faciat qualem predictus Robertus pater ejus inde habuit die quo obiit, quia rex perdonavit ei relevium suum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Henrico de Longo Campo duas quercus in bosco de Brikestok' extra parcum ad maeremium faciendum. Teste ut supra.

Pro Rogero de Helpeston'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Rogeri de Helpeston' in comitatu Norhamt', que est vadium quorundam Judeorum de Stamford', extendi faciant et, secundum quantitatem debiti et valorem predicte terre, predicto Rogero rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciatis (*sic*) ad predictum debitum predictis Judeis reddendum. Teste rege apud Kenynton, xvj. die Februarii.

De tradendo in baïllio.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Hamo de Dele, captus et detentus in prisona regis Cantuarie pro morte Ricardi de Buniton', unde rettatus est, inde rettatus est odio et athia etc. mandatum est vicecomiti Kancie quod, si idem Hamo invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant habere etc. tunc tradat etc. Teste ut supra.

Consimiles literas habet Walterus de Sancto Milione, captus et detentus in prisona apud Bray pro morte Willelmi (*sic*) de Scorchevill' unde appellatus est ; et diriguntur litere vicecomiti Berk' etc. Teste ut supra.

De maeremio habendo.—Mandatum est Hugoni de Vyvon' quod in bosco regis de Furch' faciat habere ballivis regis Bristoll' merem[i]um necessarium ad sustentationem molendinorum regis Bristoll', ita quod de quercubus, quas eis ad hoc habere faciet, habeat penes se unam talliam et predicti ballivi contratailliam. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Februarii.

De extenta facienda.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciatis terram Willelmi le Chamberleng in comitatu Glouc', quantum valeat per annum in dominicis etc. et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti quod predictus Willelmus debet Aaron Blundo, Aaron filio Abrahe, Elye le prestre, Isaac filio Jocei, de Lond', Bonefey, de Bristoll' et Lioon', de Wintonia, rationabilem finem et rationabiles terminos predicto Willelmo habere faciatis ad reddendum dictis Judeis predictum debitum. Teste rege ut supra. Per G. elemosinarium.

1238.

De respectu.—Rex custodi episcopatus Dunholmensis, salutem. Precipimus tibi quod loquelas que sunt in hundredo de Sedbern' inter Robertum filium Meandr' et Johannem de Bailloll' et homines suos et inter abbatem de Ryvall' et eundem Johannem et homines suos de Alowent' et de Middlinton' de molendinis et aliis contentionibus poni facias in respectum usque ad octabas Clausi Pasch', ita quod loquele ille tunc sint in eodem statu quo nunc sunt, quia ipsum Johannem in servitio nostro nobiscum retinuimus. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Februarii.

Pro Hugone Paynel.—Mandatum est constabulario de Corf' quod permittat Hugonem Paynel in presenti seisona currere ad vulpem in warenna de Corf. Teste ut supra.

Pro Johanne de Grey.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Johanni de Grey unum postem et duas virgas ad quoddam molendinum suum ad ventum de dono regis. Teste ut supra.

De nuntio comitis Flandr' deliberando.—Mandatum est ballivis Dovr' quod Egidium le Brun, nuntium comitis Flandr', quem arestaverunt, deliberari faciant et sine impedimento permittant abire quo voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Februarii. Per Amauricum de Sancto Amando.

De maeremio habendo.—Mandatum est Roberto de Everingeham' quod in bosco de Mamefeld' habere faciat constabulario Noting' maeremium ad reparandum pontem turneicium castri Noting' et coquinam in eodem castro. Teste ut supra.

De perdonatione xxx^e.—Rex assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Cantebrigie, salutem. Sciatis quod perdonavimus priorisse de Strafford' xliij. solidos et iij. quadrantes de xxx^a. sua et hominum suorum in comitatu predicto ; et ideo vobis mandamus quod de predicta xxx^a. predictam priorissam quietam esse permittatis et, si xxx^am. ipsam receperitis, eam sine dilatione eidem priorisse reddi faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Februarii.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus xxx^e. in comitatu Middlesex' pro eadem priorissa.

De vivario de Wudestok' frangendo.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Mandamus vobis quod per visum quatuor legalium hominum de baillia vestra extra Wudestock frangi faciatis vivarium nostrum de Wudestok' prope domos nostras ibidem in competentiori loco ubi frangi poterit et grossum piscem quem ibi inveneritis tam de lusceis quam de aliis salvo custodiri faciatis ad opus nostrum in aliquo loco ubi compententius possit custodiri donec eum habere velimus et minutum piscem, quem ibidem inveneritis, exponatis venditioni facientes inde commodum nostrum sicut melius videritis expedire per visum predictorum iiij. hominum. Teste ut supra.

1238.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod, si Willelmus Seman et Margareta uxor ejus, appellati de combustione, invenerint ei xij. probos et legales homines qui manucapiant eum (*sic*) habere coram justiciariis itinerantibus, tunc eos tradat in baillio. Teste rege apud Westmonasterium, xxij die Februarii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Petro de Russell' viij. libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de tempore quo fuit vicecomes Devon. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Turrim Lond', xxiiij. die Februarii.

Mandatum est ballivis de Shorham quod de navi que nuper applicuit ibi faciant arestari ad opus regis fraellos ficuum ad pondus ccc. librarum et de uvis passis l. cofinos et iiij. milia dactilorum (*sic*) et unum mille cere. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Henrico de Trublevill' lxxiij. libras que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito; perdonavit etiam eidem Henrico xxxvij. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de xviij. feodis et dimidio de honore de Breyles pro auxilio sorore regis imperatoris (*sic*) Alemannorum. Teste apud Turrim Lond', xxv. die Februarii. Per ipsum regem coram electo Valentino.

De saisina.—Quia rex accepit per inquisitionem, quam fieri fecit per vicecomitem Buk', quod tres acre, quas Herbertus Sheittbit, qui utlagatus fuit, tenuit in Dagenhall, exstiterunt in manu regis per unum annum et unum diem et quod tenuit eas in capite de Isabella Muschet', mandatum est eidem vicecomiti quod predicte Isabelle de predictis tribus acris cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste apud Turrim Lond', xxviij. die Februarii.

[m. 18.] *De tradendo in baillio.*—Quia rex accepit per inquisitionem quod Agnes de Hanl' appellavit Walterum de Sancto Milione de morte Roberti (*sic*) Scorcheveill' odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Berk' quod, si predictus Walterus invenerit ei xij. probos et legales homines ad standum inde recto, tunc ipsum tradat in baillio. Teste ut supra.

Hybernia.—Dominus rex concessit Ade de Keusac quod habeat unum mercatum per diem Jovis singulis septimanis apud Kyllen nisi mercatum illud sit etc. Et mandatum est M. filio Geroldi quod mercatum illud clamari [faciat] et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est Johanni Mansel quod de vinis que sunt in custodia sua apud Suthampton' faciat habere Emerico de Sacy unum dolium vini Wasconie, de dono regis. Teste apud Turrim Lond', ij. die Martii.

1238.

Pro episcopo Wigorniensi.—Mandatum est constabulario castri de Kenilleworth' quod in vivario regis de Kenilleworth' faciat habere Wygorniensi episcopo quinquaginta breimias, de dono regis. Teste apud Westmonasterium, iiij. die Martii.

Rex concessit W. Wygorniensi episcopo custodiam terrarum que fuerunt Henrici de Longo Campo qui de rege tenuit in capite. Et mandatum est vicecomiti Lincoln' quod eidem episcopo de terris que fuerunt ejusdem Henrici in ballia sua plenam seisinam habere faciat. Catalla etiam, que fuerunt ipsius Henrici et que Gillebertus de Gant recepit post aliud mandatum quod rex fecit eidem vicecomiti de seisina eidem episcopo facienda de predictis terris, eidem episcopo [tanquam executori predicti Henrici *erased*] faciat habere. Et, si idem Gillebertus de Gaunt reddere noluerit eidem episcopo catalla illa, tunc ipsum Gillebertum distringat ad solutionem predictorum catallorum eidem episcopo faciendam. Teste ut supra.

Rex Waltero de Burgo, salutem. Precipimus tibi quod facias habere dilecto et fideli nostro Waltero de Godarvill' in foresta nostra de Chipenham' duo robora ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in bosco regis de Hertl' extra parcum faciat habere Nicholao de Millers viginti quercus ad meremium de dono regis. Teste ut supra.

De Judeis deliberandis.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod, si Lumbard' et Isaac, Judei Bristoll', capti et detenti in prisona Bristoll', detenti eo quod fugere volebant a terra regis, fecerint eum securum quod moram facient in terra regis et quod reddent in Media Quadragesima, anno etc. xxij. id quod ad eos pertinet de taillagio regis, tunc eos ita deliberet a prisona. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Martii.

De vinis acquietandis.—Mandatum est Willelmo Hardel quod xv. libras, quas penes se habet de [c. libris *erased*] denariis, quas Amauricus de Sancto Amando et ipse receperunt ad Scaccarium anno xxj. ad acquietanda feoda militum, scilicet x. libras quas ad opus Hugonis de Mortuo Mari retinuit et c. solidos quos ad opus Wrennok' Walensis retinuit, liberet Willelmo de Haverhull' ponendos in parte solutionis vinorum que emit per preceptum regis. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod ad opus regis capiat v. dolia vini Franc' et ea liberet pincernis regis reponenda in celario Turris Lond'. Teste ut supra.

Suhamt'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod, cum rex preceperit inquiri si Willelmus Briwer' tempore suo habere consuevit coperonos maeremii quod rex fecit prosterni ad operationes suas in foresta de Bera, Johanne que fuit uxor Henrici de Ferlinton', interim pacem habere permittat de demanda quam ei facit de pretio hujusmodi coperonorum in eadem foresta. Teste ut supra.

1238.

De terra replegianda.—Mandatum est Rogero de Essex' quod, quia rex mandavit vicecomiti Ebor' quod distringat Aliciam de Stavel' ad faciendum regi homagium etc. de terris quas Rannulfus filius Henrici, quondam vir suus, de rege tenuit in capite de hereditate ipsius Alicie, replegiari faciat Henrico filio Andree terras suas que capte fuerunt in manum regis occasione dicti homagii nondum facti. Teste ut supra.

Pro Johanne Byset.—Rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis Johanni Biset quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant liberam warennam in dominicis terris suis de Kideministr' ita quod nullus warennam illam intrare possit ad fugandum in ea sine licentia ipsius et heredum suorum; et quod ipsi imperpetuum habeant singulis annis unam feriam ad prefatum manerium suum de Kideministr' duraturam per duos dies, videlicet in vigilia et in die Sancti Bartholomei, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod warennam illam et feriam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Keniton', vj. die Marcii.

De duobus prisonibus deliberandis.—Rex, pro salute anime J., quondam regine Scotie, que defuncta est, Robertum le Carbonel et Robertum filium Matildis, captos et detentos in prisona Oxonie pro transgressione foreste, penitus inde quietos clamavit. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos a prisona deliberet et sine impedimento abire permittat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Nafford'.—Mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod, si Henricus de Natford' invenerit ei xij. tam etc., qui manucapiant eundem Henricum super corpora et terras et catalla sua habendi (*sic*) coram justiciariis apud Westmonasterium a die Pasche in v. septimanas ad standum recto una cum hominibus suis super appello quod Alanus de Morcot' et Th. Sleg. faciunt versus eundem Henricum et homines suos de pace regis fracta, tunc habere faciat eidem Henrico plenam seisinam de terris et catallis suis que capta fuerunt in manum nostram occasione plurium defaltorum quas (*sic*) idem Henricus fecit coram eisdem justiciariis nostris super eodem appello. Et habeat ibi nomina predictorum xij. et breve. Et interim ponat in respectum utlagariam quam rex in ipsum promulgari precepit. Et ex quo idem vicecomes ceperit predictos plegios id scire faciat vicecomitibus Warr', Leic', Cantebrigie, quibus etc. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mandatum est ballivis Suthampt' quod de vinis que venerunt apud Suht' capiant ad opus regis c. dolia per visum Johannis Maunsel. Teste rege apud Kenyton', viij. die Marcii.

Et mandatum est eidem Johanni quod de vinis illis liberari faciat ballivis Suht' xxvj. dolia vini carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

De electione Colecestr'.—Rex adhibuit assensum regium electioni facte de fratre Willelmo de Waude, monacho Colecestr', in abbatem

1238.

ejusdem loci. Et mandatum est Simoni de Norwico custodi ejusdem abbatie, quod de eadem abbatia et omnibus ad eam pertinentibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Idem electus habet literas patentes directas militibus etc. tenentibus de eadem abbatia.

De vinis liberandis.—Mandatum est Johanni Mansel quod liberari faciat ballivis Bristoll' quadraginta dolia vini carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

Mandatum est etiam ballivis Bristoll' quod auxiliantes sint Johanni Mansel ad capienda quadraginta dolia vini ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel quod de exitibus cambii, quod est in manu sua, vel quocunque alio modo poterit, perquirat ad opus regis ducentas libras et eas cum festinatione per Willelmum de Burgo, clericum regis, fratri G. elemosinario regis, mittat; et rex eas ei allocari faciet. Teste rege apud Keniton, viij. die Marcii. [Cancelled.] *Cancellatur quia nichil inde actum est.*

De extenta.—Ricardus le Ostricer habet breve de extenta et terminis de terra sua in Kenestan que est vadium Amioti filii David, Judei Noting', directum justiciariis ad custodiam Judeorum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere R. Cicestrensi episcopo, cancellario suo (*sic*), vj. quercus in La Rugge de dono regis ad quandam cameram faciendam apud Eton'. Teste rege apud Windles', x die. Marcii.

Postea mandatum fuit Waltero de Burgo quod eas ei habere faciat.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum suorum (*sic*) Suhamt' quod faciant habere Engelardo de Cygoyny unum dolium vini Wascon', de dono regis. Teste ut supra.

De viridariis constituendis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod loco Philippi de Hauul' et Willelmi de Rutherwic', quondam viridariorum de foresta de Windles', eligi faciat alios qui possint esse viridarii de eadem foresta, etc. Teste ut supra.

De quodam replegiando.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod Robertum de Cristecherch', hominem abbatis de Bello Loco captum et detentum in prisona Wintonie, inventum cum arcu et sagittis in Nova Foresta, replegiari faciat usque ad adventum justiciariorum de foresta, nisi captus fuerit cum venatione. Teste ut supra.

De scutellis et salsariis faciendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod xij. scutellas argenteas, ponderis xvij. librarum, vj. solidorum et viij. denariorum, et xij. salsaria argentea, ponderis lxxv. solidorum et v. denariorum, que per Willelmum Hardel, custodem cambii nostri Lond', fieri precepimus ad opus domini legati de dono nostro et que idem legatus recipere noluit et etiam que Simon de

1238.

Monte Forti nobis liberavit custodienda, liberetis (*sic*) venerabili parti W. electo Valentino, de dono nostro. Teste rege apud Windles,' xj. die Marcii.

De vinis capiendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que venient apud Lond' capiat sexties viginti dolia vini et de eis liberari faciat centum dolia vini custodibus celarii regis apud Westmonasterium et xx. dolia vini liberet vicecomitibus Lond' de quibus cariari facient xij. dolia usque Windles' et viij. dolia usque Kenynton'. Teste ut supra.

De quodam dolio dato.—Mandatum est eidem quod de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere Engelardo de Cygony unum dolium vini de Wasconia, de dono regis. Teste apud Windes', xiiij. die Marcii.

De quodam dolio dato.—Mandatum est Johanni Mansel quod de vinis regis, que sunt in custodia sua apud Suth', faciat habere Emerico de Sacy duo dolia vini Wasconie de dono regis, nisi idem Emericus prius habuit unum dolium vini quod per vos eidem per aliud breve rex liberari precepit. Teste ut supra.

Pro monachis de Coggeshal'.—Rex Willelmo filio Ricardi, salutem. Accedentes ad nos monachi de Coggeshal' supplicaverunt nobis quod nos terram quam Willelmus Faucylun aliquando de nobis tenuit in capite in Tarlinges, quam quidem terram prefati monachi emerunt postea de Thoma de Achwy, eis confirmaremus. Quia vero petitionem eorum non duximus exaudiendam, eo quod terra predicta de nobis teneri debet in capite per servitium militare, concessimus eisdem quod ipsi terram illam cui voluerint viro, videlicet seculari, qui eam de nobis teneat in capite, faciendo inde nobis debitum servitium, ad restaurationem peccunie (*sic*) quam ipsi pro predicta terra dederunt, vendant; ita tamen quod venditio illa sine dilatione fiat. Teste ut supra.

De maeremio habendo.—Mandatum est Ingelardo de Cygoneye quod in foresta regis de Wyndes' habere faciat Waltero de Burgo maeremium ad domos regis in castro de Wyndes' reparandas. Teste me ipso apud—(*sic*), xv. die Marcii.

De uno denario dato.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod Willelmo le Engleis, nuntio regis, faciat habere unum denarium per diem, quem Gilebertus Scute habuit de elemosina regis constituta, de dono regis. Teste rege ut supra. Per electum Valentinum.

De bremiis datis.—Mandatum est baillivo de Roell' quod faciat habere Willelmo de Cantilupo juniori xx. matrices bremias in vivario de Rowell' de dono regis. Teste rege apud Rading', xvj. die Marcii.

De catallis Briani de Insula.—Henricus Dei gratia etc. baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod contenti sumus ad presens de solutione quam executores Briani de Insula nobis modo fecerunt

1238.

ad Scaccarium nostrum de debitis in quibus idem Brianus nobis tenebatur ; ita tamen quod, si decetero aliquod debitum inveniatur quod predictus Brianus nobis debebat, de quo predicti executores non responderunt, heredes ipsius Briani nobis inde respondeant. Et ideo vobis mandamus quod de catallis, que fuerunt ipsius Briani, prefatis executoribus plenam administrationem habere faciatis ad faciendum inde executionem testamenti predicti defuncti. Teste rege ut supra. Per W. de Ral'.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Johanni de Lexinton' vj. quercus in haya [*corrected from* parco *and* bosco] de Henl' et vj. quercus in bosco de Haselberegh', de dono regis. Teste ut supra.

De j. quercu data.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Henrico [*corrected from* Radulfo] de Trublevill' unam quercum ad maeremium inde faciendum de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in parco de Bruges faciat habere Hereberto filio Mathei iiij. damas et duos brokettos vivos ad quen'am parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

[*Schedule.*] Henricus dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitannie et comes Andegavie, dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Meminimus nos pro venerabili patre W., Ossoriensi episcopo, vobis dedisse in mandatis quod, cum dilectus et fidelis noster G. Marscallus, comes Pembr', ipsum in curia nostra apud Dubblin' per breve nostrum implacitasset super manerio ipsius episcopi de Deruach et idem episcopus exciperet contra ipsum comitem quod non tenebatur ei respondere eo quod protulit cartam W. Mar[s]calli, quondam comitis Pembr', patris sui, cujus heres ipse est, continentem quod ipse comes pro se et heredibus suis remisit in perpetuum H. quondam Ossoriensi episcopo, et successoribus suis et ecclesie sue, omnes querelas quas erga ipsos habere potuit de terris et tenementis, que quidem carta in eadem curia dedicta non fuit, ut idem episcopus asserebat, et justiciarii nostri nichilominus in placito illo processissent, vos, si ita esset, consilium apponeretis quod eidem episcopo in prefata curia nostra non injuriaretur nec permitteretis quod in loquela illa procederetur quousque a nobis aliud reciperetis mandatum. Quia vero ex relatione prefati comitis accepimus quod prefatus episcopus talem cartam in curia nostra nequaquam exhibuit, vobis mandamus quod, si episcopus memoratus cartam illam exhibere voluerit in curia nostra, illam audiatis et, non obstante predicto mandato nostro, secundum propositum et tenorem ejusdem carte et responsionem predicti predicti (*sic*) comitis vel atornati sui fieri faciatis quod secundum consuetudinem terre nostre Hybernie fuerit faciendum. Alioquin in loquela principali secundum tenorem brevis nostri, quod idem comes versus eundem episcopum primo tulit, procedi faciatis. Teste me ipso apud Merleburgh', xxj. die Marcii, anno regni nostri xxij.

1238.
[m. 17.] *Pro Waltero de Burgo.*—Rex dedit per cartam suam Waltero de Burgo, pro homagio et servitio suo, post mortem Alberti ingeniatoris totam terram cum pertinentiis suis quam idem Albertus tenet in Thorp, Sutthon' et Beckingeham et viginti solidatas redditus cum pertinentiis quas tenet in Ledenham et Fulebec de ballio regis, et que fuerunt Galfridi Baard, Normanni, habendas et tenendas de rege et heredibus suis eidem Waltero et heredibus suis, reddendo inde regi et heredibus suis ad Scaccarium suum unum unum (*sic*) capellum de feutro, lineatum de cendallo, et unum par calcarium deauratorum singulis annis ad Pascha pro omni servitio, consuetudine et demanda, donec rex vel heredes sui eas reddiderint rectis heredibus, per voluntatem suam vel per pacem ; ita quod, si rex vel heredes sui predictam terram et predictum redditum reddiderint rectis heredibus sicut predictum est, non disseisient predictum Walterum vel heredes suos antequam eis rationabile escambium fecerint in escaeta regis ad valentiam predicte terre et predicti redditus. Et mandatum est vicecomiti Lincoln' quod eidem Waltero sine dilatione plenam seysinam habere faciat de predicta terra et predicto redditu, habendis et tenendis sibi et heredibus suis de rege et heredibus suis post mortem predicti Alberti ingeniatoris sicut predictum est. Teste rege apud Merlebergh', xviij. die Marcii.

De vinis liberandis.—Rex J. Mainsel, salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in celario nostro Glouc' liberari faciatis baillivis Glouc' xij. dolia carianda cum summa festinatione usque Theok'. Teste rege ut supra.

De girefalcone misso domino legato.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod girefalconem quem rex ei misit mutandum, sive sanus sit vel infirmus, per aliquem ex suis domino legato mittat de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xx. die Marcii.

De aceto liberando.—Mandatum est custodibus vinorum Wintonie quod de aceto nostro, quod est in custodia vestra, liberari faciatis Magistro Ade salsario regis [*corrected from* nostro] iiij. sextercia deferenda ad regem [*corrected from* nos] ; et baillivis [nostris *erased*] Wintonie liberari faciant xiv. sextercia carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Merleberg', xxj. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chyppeham quod in foresta de Chypeham faciat habere priorisse de Kynton' vij. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De catallis replegiandis.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod, si Walterus de la Porte de Shaftesbir' probare possit quod catalla, que arestari fecit, sua sint, tunc ea ei replegiari faciat. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Roberti de Ardern', que est vadium Jacobi Crespin et aliorum Judeorum, et secundum

1238.

valorem et quantitatem debiti rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Marcii.

De scutellis et salsariis faciendis.—Mandatum est Willelmo Hardel quod preter illas xvj. scutellas et xvj. salsaria argentea, que ad opus [suum] rex fieri precepit, fieri faciat iiij. scutellas et iiij. salsaria ita quod per totum fiant xx. scutelle et xx. salsaria ad opus regis, et ea mittat usque Glouc' ita quod sint ibi in vigilia Pasche ; et si predictas xvj. scutellas et et (*sic*) xvj. salsaria versus regem miserit ante susceptionem litterarum domini regis, nichilominus fieri faciat predictas iiij. scutellas et predicta iiij. salsaria et ea mittat usque Glouc' ; et rex id ei allocari faciet. Teste ut supra.

De tricesima non assidenda.—Mandatum est assessoribus et collectoribus xxx^e. in comitatu Dors' quod nullam tricesimam assideant in manerio de Shaftesbir' quod est dominicum regis et si quam tricesimam receperint eam reddi faciant.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod cum Gilebertus Brun, qui appellatus est de morte Radulfi le Bret in comitatu suo, utlagatus fuerit secundum consuetudinem Anglie et Johannes Anglicus, Johannes le Clerc, Ricardus le Flent', Martinus le Gaoler, Robertus le Hurt, et Johannes de Stocfordmersse, qui appellati sunt de vi invenerint ei salvos et securos plegios ad standum inde recto coram justiciariis itinerantibus, tunc ipsos inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est Johanni Maunsel quod faciat habere Johanni de Plesset' unum dolium vini de dono (*sic*) de vinis suis que sunt apud Suthampton' [*corrected from* Bristoll']. Teste ut supra.

De j. dama data.—Mandatum est custodi foreste de Cypeham quod in foresta nostra de Cypeham faciat habere Johanne, uxori Drogonis de Barantin, unam damam de dono nostro. Teste apud Merleberg', xxvj. die Marcii.

De capreolis capiendis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod Willelmum Luvel venatorem quem rex mittit ad capiendum in ballia sua sex capreolos ad hoc admittat et ei ad hoc sit auxilians. Teste ut supra.

De cera, amigdalis et datibus capiendis.—Mandatum est ballivis Suthampton' quod Nicholaum de Barbefl', quem rex mittit ad capiendum ad opus regis ceram, amigdalas, dates et ficus per visum et testimonium eorundem ballivorum sicut rex ei plenius precepit et secundum forum quod inde viderit, ad hoc admittant et quantum ibi inde ceperit per litteras suas regem certificent, facientes mercatorem, a quo ea ceperit, ad regem venire et ipse denarios suos ei habere faciet ; et ea ad regem cariari faciant et rex cariagium, cum ad ipsum venerint, acquietari faciet. Teste ut supra.

1238.

Wasconia. De equis emendis.—Mandatum est H. Huse, senescallo Wasconie, quod emant (*sic*) duos pulcros equos qui sint delicati, supplices et boni ad manum et eos ad regem mittant (*sic*) et pretium eorum ei significet quorum pretium rex ei habere faciet. Teste rege apud Theok', xxviij. die Marcii.

De quercu data.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta regis de Sancto Briavello faciat habere mulieri custodienti passagium de Nywenham unam quercum ad quendam batellum inde faciendum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Geitinton' faciat habere Ricardo de Clara xxx. quercus ubi commodius capi poterunt, ad opus ipsius Ricardi, extra parcum ad se hospitandum apud Navesb', de dono regis. Teste rege apud Theok', xxviij. die Marcii. Per Amauricum de Sancto Amando.

Wasconia.—Rex senescallo suo Wasconie, salutem. Monstravit nobis P. de Vullury quod terra, que fuit Elye de Murnac in insula de Olerun et quam nuper reddi precepimus Roberto de Sabloyl quia fuit de feodo suo, ut dicebat, ad ipsum P. jure hereditario pertinere, et terra de Orz debet etiam ad ipsum spectare ratione dotis uxoris sue. Et ideo vobis mandamus quod, si predictus P. exstiterit in servitio nostro et non contra nos, tunc secundum consuetudinem partium illarum eidem P. de predictis terris plenam justitiam exhiberi faciatis. Teste ut supra. Per electum Valentinum.

De venatoribus admittendis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod admittat Reginaldum Ruffum et alios venatores regis ad capiendum duodecim capreolos in foresta de Sancto Briavello et sit ei ad hoc auxilians. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Gutland'.—Rex baillivis suis Hertford', salutem. Sciatis quod concessimus per cartam nostram omnibus mercatoribus de Gutland' venientibus in Angliam ad negotiandum ibidem quod quieti sint de omni theloneo et consuetudine ad mercatores pertinente tam de rebus et mercandisis suis, quas ducunt de partibus suis in Angliam, quam de rebus et mercandisis quas emerint in Anglia ducendis ad partes suas. Et ideo vobis mandamus quod ab eis nullum theloneum vel consuetudinem capiatis vel exigatis sicut predictum est. Has quidem libertates eisdem mercatoribus concessimus eo quod sunt in longinquis partibus ita quod de facili in Angliam absque impedimento et magno gravamine non poterunt venire. Teste rege apud Glouc', iij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco regis de Derleg' faciat habere constabulario castri de Rokingeham sex quercus ad cindulas inde faciendas ad domos regis ejusdem castri reparandas. Teste apud Teuk', vj. die Aprilis. Per W. de Ral'.

Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Gautriz faciat habere Fratribus Minoribus Eboraci in loco aliquo propinquo,

1238.

ubi melius et commodius fieri poterit, ad opus eorundem fratrum decem quercus cum omnibus escaetis earundem, ad meremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de [Everyngeham *erased*] Ros quod in foresta regis de Shyrwod,' ubi ad minus dampnum ejusdem foreste fieri poterit, faciat habere Willelmo Bardolf xx. quercus, ad cheverones inde faciendos, de dono regis. Teste ut supra. Per episcopum Karleolensem.

De maeremio habendo.—Mandatum est custodi foreste de Hurtl' quod faciat habere vicecomiti Sumers' maeremium per visum viridariorum et forestariorum in eadem foresta ad quatuor turellos baillii castri de Shyreburn' et de Corf' et pontem ejusdem castri de Corf' reparandos. Teste rege apud Theok', vij. die Aprilis.

De iij. doliis vini de prestito.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Glouc' quod faciant habere R. comiti Pictavie iij. dolia vini de vinis illis de prestito. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod in parco Theok' faciat habere Radulfo de Haya iiij. damas et unum damum ad parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

De perdonatione.—Rex perdonavit priori de Pyon' duas marcas quas regi debeit (*sic*) de auxilio regi concesso ad sororem suam maritandam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro hominibus de Lugwurthyn.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Lugwurthyn quod operationes suas, quas facere consueverunt, in tantum extendi fecistis, quod de extenta illa adeo sunt gravati quod non possunt terram tenere et malunt facere operationes consuetas quam reddere extentam illam. Et ideo vobis mandamus quod homines ipsos operationes consuetas facere et de extente illa quietos esse permittatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro hominibus de Mawurthyn.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Hereberto filio Mathei c. solidos quos ab eo exigit pro quodam tasso fabarum qui fuit Johannis Everardi, suspensi pro felonia, et mandatum est vicecomiti Sumers' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Episcopus Coventrensis habet respectum [*entry unfinished and erased*].

De utensilibus comitisse Sarrisburie.—Mandatum est Waltero de Burgo quod karrucas et karectas et alia utensilia, que fuerunt E. quandam comitisse Sarrisburie et que inventa fuerunt in curia et in domibus regis de Melkesham quando idem W. seisivit manerium de Melkesham in manus regis, reddi faciat priorisse de Lacok ad opus monialium de Lacok, quibus prefata E., jam monialis ejusdem domus, ea concessit. Teste ut supra.

1238.

De maeremio habendo.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirewud' et alibi ubi melius et commodius fieri poterit per visum viridariorum et forestariorum faciat habere vicecomiti Noting' maeremium ad domos et pontes castri de Noting' construendos et alias operationes quas rex ei injunxit faciendas. Teste ut supra.

De custodia abbatie Rading'.—Rex vicecomiti Berk', salutem. Scias quod concessimus monachis Rading' custodiam abbatie Rading' que vacans est. Et ideo tibi precipimus quod eis custodiam illam cum omnibus ad eam pertinentibus in pace habere permittas et si quid inde ceperis id ei (*sic*) sine dilatione reddi facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Bedef' et Buk', Heref', Kant', Suhamt', Warewic'.

[m. 16.] *De coronatoribus constituendis.*—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod loco Willelmi de Wasseburn' et Stephani de Ambrugg', qui mortui sunt, eligi faciat duos coronatores qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod habere faciat Anketillo Malore vj. quercus in foresta de Gauteris tali loco a quo commodius duci possint usque ad domos predicti Anketilli de Mulethorp, ad postes et pannas faciendas, de dono regis. Teste ut supra. Per G. Dispens'.

Mandatum est Thome de Muleton' quod habere faciat Martino de Sancta Cruce in foresta de Karleolo vj. quercus ad se hospitandum apud Saleshil', de dono (*sic*).

De die prefigendo.—Mandatum est Olivero de Vallibus, Willelmo Rusteng, Waltero de Ingeham et Thome Burdet quod, ex quo ceperint assisam nove dissaisine quam Gilebertus de Wauton' aramiavit versus Rogerum de Clare et Aliciam uxorem ejus de tenemento in Trumeshal', non procedant ad judicium inde reddendum set partibus diem prefigant coram rege a die Clausi Pasche in tres septimanus ad audiendum inde judicium suum. Teste ut supra. Per W. de Ralegh'.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod[si] Radulfus filius Aveline de Thorp' captus et detentus in prisona regis apud Guldeford' pro morte Reginaldi le Taillur unde appellatus est invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapiant eum habere coram justiciariis itinerantibus tunc ille tradat ipsum in baillio, quia dominius rex accepit per inquisitionem inde factam quod appellatus est odio et atya. Teste rege apud Theok', x. die Aprilis.

De bosco essartando.—Mandatum est Roberto de Ros quod permittat Robertum de Creppinges essartare angulum bosci de Esingwaud quem rex per ipsum alias essartari precepit ad commodum et proficuum regis. Teste ut supra.

1238.

Pro episcopo Wigorniensi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod terram que fuit Henrici de Longo Campo in baillia sua capiat in manum regis, et quam Gilebertus de Gaunt cepit in manum suam per defaltam ipsius vicecomitis, et statim eam liberari faciat episcopo Wigorniensi vel certo nuntio suo litteras suas ei deferenti et distringat ipsum Gilebertum et alios quod omnes exitus quos inde ceperunt post primum preceptum inde ei directum eidem episcopo reddant. Teste ut supra.

Wasconia.—Rex Huberto Hus', senescallo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quod Reginaldo de Drunar' et Espaynol de Bruyl, quos Henricus de Trublevill' ad partes Wasconie transmittit ad perquirendum balistarios in partibus illis et eos quo idem Henricus eis injunxit ducendos, consulentes ad hoc sitis et auxiliantes et eisdem super hiis, que vobis de predicto negotio exponent, fidem adhibeatis' prospicientes quod ipsi eosdem balistarios habeant pro rationabili pretio sicut melius fieri poterit in partibus illis ad commodum et utilitatem ejusdem Henrici ; et terras et possessiones balistariorum illorum, quos ipsi secum duxerint, protegatis et defendatis, non permittentes quod eis injuria vel molestia inferatur quamdiu fuerint in servitio predicto. Teste rege apud Theok', x. die Aprilis.

De fustis datis.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod faciat habere E. quondam comitisse Sarrisburie, v. fusta in foresta de Melkesham et v. fusta in Peusham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis sunt in custodia sua apud Suhamton' faciat habere Sibille uxori Willelmi de Gardino unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico le Corf.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Henrici le Corf in villa de Eur' et secundum extentam illam rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex justiciario Hybernie, salutem. Cum G. de Marisc' finem fecerit nobiscum de quo debuisset respondisse nobis ad Scaccarium nostrum in Anglia et idem G. de fine illo nichil nobis solverit nec habeat terras in Anglia per quas possit distringi, vobis mandamus quod ipsum G. per terras suas in Hybernia distringatis ad satisfaciendum nobis de fine predicto ad Scaccarium nostrum Dublin'. Teste ut supra.

Pro Gerardo Gask'.—Rex [baronibus suis de Scaccario *erased*] thesaurario et camerariis suis, salutem. Sciatis quod concessimus Gerardo Gask' duos denarios singulis diebus tota vita sua precipiendos ad Scaccarium nostrum donec aliqua liberatio duorum denariorum vacaverit in qua eidem providere possimus. Et ideo vobis mandamus quod ei predictos duos denarios liberari faciatis, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per Thomam de Newerc'.

1238.

De eschapio latronum perdonato.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Glouc', salutem. Sciatis quod perdonavimus Thurstano Dispensatori, vicecomiti Glouc', eschapium quinque latronum qui evaserunt de gaiola nostra Glouc' die Martis in septimana Pasche anno regni nostri xxij. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Thurstanum de predicto eschapio quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per W. de Ralegh'.

Pro Margareta que fuit uxor Rogeri filii Pagani.—Rex vicecomiti Sumers' et Dors', salutem. Scias quod centum marcas, quas Margareta, que fuit uxor Rogeri filii Pagani, nobis debet per annum de fine quem fecit nobiscum pro habenda custodia terrarum que fuerunt predicti Rogeri quondam viri sui, assignavimus Roberto de Musters et sociis suis qui fuerunt de familia Thome de Gorges et ad opus Johanne que fuit uxor ejusdem Thome percipiendas per manus ejusdem Margarete ad se sustentandos in servitio nostro. Et ideo tibi precipimus quod ipsam Margaretam non distringas pro predictis c. marcis donec aliud a nobis receperis mandatum. Teste ut supra.

De maneriis domini regis in comitatu Cumberl'.—Rex vicecomiti Cumberl', salutem. Monstravit nobis Robertus de Creppinges custos maneriorum nostrorum quod, cum nos maneria nostra eidem commiserimus custodienda ad respondendum inde ad Scaccarium nostrum, tu eum impedis ingrediendo maneria nostra per quod idem Robertus inde respondere non potest sicut debet. Et ideo tibi precipimus quod de predictis maneriis nostris vel aliquibus rebus ad ipsa spectantibus in nullo te intromittas, salvis placitis corone nostre et placitis que vicecomites placitare debent. Teste rege apud Theok' xiij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur Ebor', Westmerl', Norhumbrie.

Pro abbate de Evesham.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Mandamus vobis quod, retento ad opus nostrum de blado nostro de Feckeham et Sloctres rationabili estoverio wainagii nostri et servientium nostrorum eorundem maneriorum una cum estoverio autumpni instantis, totum residuum predicti bladi dimittatis abbati de Evesham pro eodem pretio pro quo illud vendere possetis in eisdem partibus usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xxij., ad respondendum tunc nobis de predicto pretio per manum vestram. Teste rege apud Theok', xvj. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Kylpec quod faciat habere Waltero Fortasez, vatletto Engelardi de Cygoyny, vij. quercus in haya Hereford' ad maeremium inde faciendum. Teste rege apud Gutting', xvij. die Aprilis.

Rex Roberto de Creppinges, salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Driffeld' quod, cum ipsi cepissent manerium de Driffeld' ad firmam de dilecta sorore nostra J., quondam regina Scott', usque ad decem annos proximo sequentes et ipsi homines firmam suam penitus inde solvissent vivente sorore nostra predicta, tu ea occasione quod post mortem ejusdem sororis nostre manerium illud per

1238.

preceptum nostrum in manum nostram cepisti terras eorum et catalla in manum nostram cepisti non permittens ipsos habere liberam amministrationem catallorum suorum. Et ideo vobis mandamus quatinus, si predicti homines ceperint ad firmam manerium illud usque ad prefatum terminum et solverint inde firmam suam in vita ipsius regine de hoc anno usque ad festum Sancti Michaelis, tunc ipsos liberam amministrationem terrarum et catallorum suorum habere permittas usque ad prefatum terminum. Teste rege ut supra. [*Cancelled*] *Quia aliter proximo inferius.*

Pro hominibus de Driffeld'.—Rex Roberto de Crepping', salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Driffeud quod, cum ipsi manerium nostrum de Driffeud de dilecta sorore nostra J. quondam regina Scot', ad terminum x. annorum cepissent ad firmam et manerium illud nondum tenuerint amplius quam a Pascha anno regni nostri xxj. usque ad Pascha proximo sequens, tu occasione precepti nostri de manerio illo capiendo in manum nostram non permittis predictos homines firmam suam pacifice tenere. Quia vero prefati homines parati sunt, ut dicunt, firmam suam persolvere et terras jam seminaverint et inbladaverint et exitus ejusdem manerii convertendi sint in executionem testamenti predicte regime, tibi precipimus quod ipsos permittas liberam amministrationem habere de omnibus exitibus ejusdem manerii usque in crastinum Sancti Michaelis, proviso quod ipsi solvant firmam suam executoribus predicte regine cui concessimus omnes proventus prefati manerii usque ad terminum predictum ad executionem testamenti sui faciendam. Teste rege ut supra.

De aeriis falconum.—Mandatum est constabulario de Bruges quod aereas falconum que ad regem pertinent in baillia sua sine dilatione faciat habere [latori litterarum domini regis *erased*] Thome de Herlham ad opus regis. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur constabulariis de Corf', Noting', de Rupe, baillivis de Canoc, custodi foreste de Scardeburg', de Clarendon', Johanni de Nevill', de forestis de Wauberg' et Brikestok', et Johanni Gubaud.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Johanni de Bello Campo x. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de quodam plegiagio pro Johanne de Hercy. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Eynesham, xxj. die Aprilis.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod inspectis et auditis diligenter cartis libertatum quas venerabilis pater P., Wintoniensis episcopus, habet per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie, et nostras, eidem episcopo allocari faciatis libertates suas, sicut aliis episcopis, qui libertates habent per cartas predictorum predecessorum nostrorum, faciatis allocari. Teste rege apud ut supra (*sic*).

1238.

De vinitariis Oxonie.—Rex majori et probis hominibus suis Oxonie, salutem. Datum est nobis intelligi quod vinetarii ville vestre qui habent vina in celariis suis vendenda non vendunt ea ad brocham set in grosso. Et ideo vobis mandamus quod per totam villam vestram clamari faciatis quod omnes illi qui vina habent vendenda in celariis vendant ea ad brocam et nisi fecerint vos vina illa ad brocam vendi faciatis et denarios, quos inde ceperitis, ad opus nostrum salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Wudestok, xxij. die Aprilis.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco de Sotovr' faciat habere incluse de Iftel' iiij. robora ad focum suum, de dono regis.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Petro de Malo Lacu x. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto per manum fratris Galfridi elemosinarii nostri in warderoba. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

Rex Galfrido elemosinario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Petro de Malo Lacu x. marcas quas nobis debet de prestito ei facto in warderoba nostra per manum vestram. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Petro de Bruys v. marcas quas ab eo exigitis, per quas finem fecit cum rege pro habendo quodam precipe. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De brokettis capiendis.—Dominus rex mittit Johannem le Fol et Philippum de Candevre, venatores suos, ad forestam de Kanoc ad currendum ibidem cum canibus regis ad brokettos et ad canes regis abandandos. Et mandatum est Hugoni de Loges custodi ejusdem foreste quod eos ad hoc admittat. Teste rege apud Wudestok', xxij. die Aprilis.

Mandatum est predictis venatoribus quod illuc ad hoc accedant.

Mandatum est Ricardo de la Lad' quod Willelmum Luvel, Rogerum de Stopham et Willelmum May venatores regis, quos mittit ad currendum in foresta de Chetel ad damos, admittat. Teste ut supra.

Pro Simone de Monte Forti.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Simon de Monte Forti et Alienore, comitisse Penbr', uxori sue, lx. libras blancorum que exiguntur ab eis per summonitionem Scaccarii nostri de maneriis de Wexcumb' et Bedewind' de tempore predicte comitisse antequam ipsi Simoni esset desponsata. Et ideo vobis mandamus quod predictos Simonem et Alienoram quietos inde esse faciatis. Teste rege apud [Wudestock' *erased*] Abbendon, xxiij. die Aprilis, anno regni nostri xxij.

1238.

Pro abbate de Dereford'.—Mandatum est collectoribus et assessoribus tricesime in comitatu Noting' quod manum non apponant ad terras vel possessiones abbatis de Dereford' ordinis Premonstratensis vel hominum suorum donec rex aliud inde preceperit et si quid inde receperint id ei restitui faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewud' faciat habere Fratribus Minoribus de Oxon' decem robora ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Auda que fuit uxor Willelmi Blome.—Rex concessit Aude que fuit uxor Willelmi Blome manerium de Iddeswurth' cum pertinenciis ad se sustentandam quamdiu regi placuerit, quod quidem manerium predictus Willelmus tenuit de baillio regis. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod eidem Aude manerium predictum tenere permittat sicut predictum est. Teste rege apud Walingeford', xxv. die Aprilis.

Pro abbate de Coggeshal'.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod omnes exitus terre de Terlinges, quam magister Thomas Ayswy dedit abbati et monachis de Coggeshal' et quam in manum regis cepit, habere faciat abbati et monachis predictis a tempore quo terram illam in manum regis cepit. Teste rege ut supra.

De tricesima comitatus Norhumbrie.—Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Norhumbrie quod tricesimam nostram de terris et libertatibus Gileberti de Umfravill' in Redesdal', quam idem Gilebertus et baillivi sui [vobis *erased*] ei (*sic*) liberabunt, recipi et cum alia tricesima regis ejusdem comitatus salvo reponi faciant cum talliis summam et particulas continentibus donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Sibilla que fuit [*uxor*] *Hugonis de Morewic'.*—Rex vicecomiti Lanc', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione facias habere Sibille que fuit uxor Hugonis de Morewic' rationabilem dotem suam de terris que fuerunt ipsius Hugonis in villa de Ferenton', non obstante precepto nostro quod tibi fecimus de seisina Hugoni Gurl' facienda de terris que fuerunt ipsius Hugonis de Morwic' in predicta villa, quas quidem terras eidem Hugoni Gurl' concessimus usque ad legitimam etatem filii et heredis ipsius Hugonis de Morewic'. Teste ut supra.

De v. doliis vini datis.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que sunt in custodia sua apud Suhamt' faciat habere A. comitisse Penbr', sorori sue, quinque dolia vini, de dono regis. Teste ut supra. Per archiepiscopum Eboracensem.

De vinis cariandis.—Mandatum est eidem Johanni quod liberari faciat baillivis Suhamt' xxviij. dolia vini carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Rading', xxviij. die Aprilis.

1238.

Pro hospitali Sancti Johannis extra portam orientalem.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat fratres hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie habere equos suos itinerantes ad mortuum boscum ad focum suum in bosco de Sotovre quos rex ei (*sic*) concessit per cartam suam quam inde habent. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Bernewud' faciat habere Johanni de Gray quinque damas et tres damos ad quendam parcum suum instaurandum. Teste ut supra.

[m. 15.] *Pro canonicis de Lichefeld'.*—Mandatum est Hugoni de Loges quod permittat canonicos de Lichefeld fodere petram ad fabricam ecclesie sue de Lichefeld in quarera de Hopwth', ita tamen quod hoc fiat sine detrimento foreste nostre. Teste apud Rading' xxviij. die Aprilis.

Mandatum est fratri Hugoni de Stocton, majori Lond', et sociis suis ad tricesimam suam apud Turrim Lond' recipiendam assignatis quod omnes denarios quos habent in custodia sua de predicta tricesima liberari faciant Willelmo Hardel custodi cambii London' ad faciendum inde quod dominus rex ei precepit. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia aliter in rotulo patentium.*

De denariis triandis.—Mandatum est Willelmo Hardel quod denarios illos recipiat et denarios triare faciat ab obolis et obolos cambiare faciat ad denarios et summam denariorum quos inde habuerit regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Andegavo.—Mandatum est Rogero de Essex' quod, si abbas Andegavensis terras suas non tenuit de rege in capite nec de comite Britann', tunc ipsum abbatem de terris predictis resaisiri faciat quas in manum regis cepit occasione mortis abbatis Andegavensis eo quod credebat ipsum tenuisse terras suas de rege in capite vel de comite Britann'.

Pro Basilia que fuit uxor Osberti de la Grave.—Rex concessit Basilie que fuit uxor Osberti de la Grave quod ipsa pro molendino quod fuit predicti Osberti in Blockesham, pro quo idem Osbertus regi reddere consuevit xx. solidos per annum et quod Walterus de Burgo postea extendi fecit dum fuit in manibus predicte Basilie ad xl. solidos per annum, reddat regi singulis annis toto tempore vite sue xxx. solidos. Et mandatum est predicto Waltero quod eandem Basiliam permittat tenere molendinum predictum reddendo regi singulis annis tota vita sua xxx. solidos sicut predictum est. Teste ut supra.

De tricesima carianda.—Rex assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Ebor' in Estrithyng, salutem. Mandamus vobis quod omnes denarios quos habetis de predicta tricesima sine dilatione cariari faciatis usque Noting' liberandos illis quibus alias ipsos liberari precepimus; mandavimus autem vicecomiti Ebor' quod ad denarios illos cariandos vobis salvum conductum habere faciat. Teste ut supra.

1238.

Pro Magistro Willelmo de Dunelmo, de fustis datis.—Mandatum est Johanni filio Philippi, custodi episcopatus Dunelmensis, quod in bosco de Middewud' faciat habere Magistro Willelmo de Dunelmo xl. fusta ad cheverones inde faciendas ad se hospitandum apud Werem', de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Ralegh'.

Pro abbate de Periculo Maris.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod de terris in comitatu suo spectantibus ad abbatiam Sancti Michaelis de Periculo Maris, quas cepit in manum suam occasione mortis abbatis ejusdem domus nuper defuncti, fratri Ricardo de novo creato in abbatem domus ejusdem plenam saisinam habere faciat, quia creationi sue rex regium assensum adhibuit et favorem. Teste ut supra.

De clericis ponendis in fundo gaiole.—Rex Ricardo de Turri, salutem. Mandamus vobis quod, sicut nos et honorem nostrum diligitis, omnes clericos, quos apud Walingef' venire contigerit, qui capti fuerint pro transgressione nuper illata domino legato apud Oxoniam, poni faciatis in fundo gaiole, quicumque fuerint, sive nobiles sive alii, nulli deferentes. Teste ut supra.

De homagio Thome de Windl' capiendo.—Rex thesaurario et baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod cepimus homagium Thome de Windles', filii Johannes de Windles, de terris quas predictus Johannes de rege tenuit in capite et que ipsum hereditarie contingunt. Et ideo vobis mandamus quod eum ad officium quod predictus Johannes habuit ad Scaccarium nostrum et quod prefatum Thomam hereditarie contingit recipiatis et ei inde plenam saisinam habere faciatis. Teste ut supra. Per W. de Ralegh'.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est Johanni Maunsel quod de vinis que sunt in custodia sua apud Suhamt' faciat habere Magistro Simoni de Steyland' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Precipimus tibi quod tres quercus, quas dedimus Fratribus Minoribus de Rading' in baillia Engelardi de Cygoyny, prosterni, scapillari et cariari facias usque ad domum eorundem Fratrum apud Rading' et custum etc. Teste rege apud Rading', xxix. die Aprilis.
[*Cancelled*] *Quia in rotulo contrabrevium.*

De quercubus datis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod in baillia sua faciat habere Fratribus Minoribus Rading' ad stalla in choro suo facienda tres quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De licentia clericis Oxonie data.—Robertus, canonicus Suthwell', et Thomas de Stanford', clerici Eboracensis archiepiscopi, et Ricardus de Hadeston', serviens ejusdem archiepiscopi, habent licentiam per literas domini regis directas vicecomiti et baillivis Oxon' exeundi a villa Oxon' et veniendi ad predictum archiepiscopum. Teste rege apud Rading', j. die Maii. Per Robertum de Muscegros.

1238.

Pro heremita Dunelm'.—Mandatum est custodi episcopatus Du[n]holmensis quod, inspecta carta Thome, heremite Dunolm', quam habet, habere faciat eidem id quod ad ipsum pertinet habendum secundum tenorem ejusdem carte et secundum quod habere consuevit. Teste ut supra.

De regali abbatis de Periculo Maris.—Rex Henrico de Trublevill', salutem. Mandamus vobis quod regale quod captum fuit per vos et per baillivos vestros de abbatia Sancti Michaelis de Periculo Maris occasione mortis R. quondam abbatis ejusdem domus, qui nuper decessit, reddi faciatis hac vice abbati ejusdem domus vel attornato suo; et de cetero custodiantur res et possessiones pertinentes ad abbatiam illam quotiens ipsam vacare contigerit, secundum legem et consuetudinem terre illius. Teste rege apud Rading', ij. die Maii.

Pro abbatissa de Tarent'.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod, secundum extensionem quam fieri fecit per preceptum regis de viginti libratis terre ad opus abbatisse et sanctimonialium de Tarent', quas eis legavit J., quondam regina Scot', cum corpore suo in manerio de Staunton', concessit eisdem abbatisse et [conventui *erased*] sanctimonialibus centum et duodecim acras terre et dimidiam de dominico ejusdem manerii et novem virgatas terre de villenagio cum villanis illas novem virgatas terre tenentibus et eorum sequela, videlicet cum Willelmo ad pontem, Ricardo Sebern', Willelmo West, Thoma Dalket, Ricardo Prykes, Roberto Eleyne, Gilberto West, Rogero Dispensar', Gilberto Bridd', Ricardo Barun, Ricardo Selibern' et Martino de Staunton' et cum viginti et duobus crofmannis; concessit etiam eisdem quoddam pratum apud Hilton' et viginti et novem acras prati in marisco de Staunton' versus occidentem et quindecim acras prati in Hay versus occidentem; quod de predictis terris et pratis et omnibus aliis predictis cum pertinentiis suis, secundum extentam inde factam nomine viginti libratarum terre, quas predicta regina eis legavit ut predictum est, predictis abbatisse et sanctimonialibus plenam seisinam habere faciat, salvis executoribus predicte regine bladis, proventibus et aliis exitibus ejusdem terre usque ad crastinum Sancti Michaelis anno etc. xxij. Teste rege apud Windles', iij. die Maii.

De terris extendendis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terras Magistri Roberto (*sic*) de Sherdelawe et Hugonis fratris ejus in comitatibus Noting', Dereb', Leic' et Suff' extendi faciant et de debito quod debent Aaron de Eboraco, Aaron Blundo, Aaron filio Abrah' et Elye le Evesk' de Lond', Judeis, faciant eis habere rationabilem finem et rationabiles terminos secundum valorem predicte terre et quantitatem debiti. Teste rege apud Windl', iiij. die Maii. Per ipsum dominum regem.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere constabulario Merleberg' in foresta de Savernac maeremium ad duas fenestras faciendas in camera regine in castro Merleberg'. Teste ut supra. Per Robertum de Muscegros et Bartholomeum Peche.

1238.

Pro Thoma Locun.—Quia constat regi per inquisitionem factam quod iiij. acre terre quas Galfridus Cobbe, qui utlagatus est pro felonia, tenuit in Reydon', exstiterunt in manu regis per unum annum et unum diem et quod predictus Galfridus terram illam tenuit de Thoma Locun; mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Thome de predicta terra saisinam habere faciat. Teste rege apud Wyndles', v. die Maii.

Pro episcopo Clochornensi.—Mandatum est justiciario Hybernie quod per probos et legales et discretos homines de visneto de Tarmefihg', Kilchochair, Drunnyng, Drummeselin et Smirm' diligenter inquirat utrum Neemias, episcopus Clochornensis, fuit seisitus de predictis villis ut de libero tenements suo et jure ecclesie sue die quo idem justiciarius cepit villam de Tarmefihg' in manum regis post obitum archiepiscopi Armachani, an non; et, si constiterit per inquisitionem quod idem episcopus fuit seisitus de villis illis ut de libero tenemento suo et jure ecclesie sue die predicto, tunc ei plenam saisinam inde habere faciat. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex Roberto de Crepping', salutem. Precipimus tibi quod secundum legem et consuetudinem regni nostri facias habere Beatrici que fuit uxor Galfridi de Kylthorp', nuper defuncti, rationabilem dotem suam que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti Galfridi in Kylthorp' in custodia tua de concessione nostra. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

Pro Roberto de Crepping'.—Rex concessit Roberto de Crepping' custodiam terre cum pertinentiis que fuit Galfridi de Kinthorp, cum maritagio heredum ipsius ita quod non disparagentur, habendam usque ad legitimam etatem ipsorum heredum. Et mandatum est Roberto de Ros quod de tota terra, que fuit ipsius Galfridi, in custodia sua cum predictis heredibus ei plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Windl', vj. die Maii. Per W. de Ralegh'. Et habet inde litteras patentes.

De terris habendis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod rationabilem finem et rationabiles terminos faciant habere Willelmo de Givendal' de debito quod debet Leoni le Evesk', Judeo Eboraci. Teste ut supra.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex baillivis suis Wintonie, salutem. Sciatis quod concessimus venerabili patri P. Wintoniensi episcopo, et successoribus suis in perpetuum per cartam nostram quam ei fieri fecimus redditum iiij denariorum quem Henricus Prince nobis reddere consuevit de uno mesuagio cum pertinentiis quod de nobis tenuit extra portam occidentalem Wintonie in escambium placie illius in qua domus Fratrum Minorum Wintonie fundate sunt et que est de feodo predicti episcopi, ita quod predictus Henricus et quicunque mesuagium illud tenuerint in posterum illud teneant de cetero de predicto episcopo et successoribus suis in perpetuum et quod predictum mesuagium, cum pertinentiis suis, de eis teneatur cum eisdem libertatibus et quietanciis per omnia cum quibus placia

1238.

predicta, tenebatur de predicto episcopo antequam predictis fratribus collata esset et concessa, sicut plenius continetur in carta nostra predicta. Et ideo vobis precipimus quod predicto episcopo de redditu predicto quatuor denariorum plenam seisinam habere faciatis; ita quod decetero permittatis prefatum Henricum et alios, quicunque mesuagium illud decetero tenuerint, de redditu predicto eidem episcopo et successoribus suis intendere et respondere; et quod mesuagium illud teneatur de eodem episcopo et successoribus suis cum eisdem libertatibus et quietanciis cum quibus placia predicta tenebatur antequam predictis Fratribus Minoribus collata esset et concessa ut predictum est. Teste me ipso apud Wyndeles,' ut supra.

De quercubus datis. — Mandatum est Ricardo de Gray, constabulario de Kenyllewurth', quod faciat habere Magistro Simoni de Wauton' in haya de Kenyllewurth' iiij. quercus ad se hospitandum apud Cestreton', de dono regis. Teste ut supra.

[m. 14.] *Norf'. Pro Thoma le Bigod.*—Quia rex per inquisitionem quam fieri fecit accepit quod Alanus Guldenefout utlagatus tenuit viginti et quatuor acras terre et quatuor acras prati et duas acras marisci cum pertinentiis de Thoma le Bygod in capite et quod terra illa et pratum et mariscus exstiterunt in manu domini regis per unum annum et unum diem; preceptum est vicecomiti Norf' quod eidem Thome de predictis terra, prato et marisco, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Maii.

De coperonis habendis.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod permittat Laurentium Cokerel et Galfridum de Bagesat', forestarios de feodo de foresta de Wynd', habere coperonos de fustis prostratis in predicta foresta regis ad meremium tam ad opus regis quam ad opus aliorum sicut illos habere debent et habere consueverunt tempore preterito. Teste ut supra.

De coronatore constituendo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod in pleno comitatu per assensum comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Willelmi de Stanton coronatoris, qui mortuus est, qui, prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservet una cum sociis suis coronatoribus ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu; et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

De commodo regis faciendo de x. doliis vini.—Mandatum est constabulario Karleoli quod decem dolia de veteri vino, que sunt in custodia sua, liberet majori et quatuor probis hominibus de eadem villa ad faciendum inde commodum regis prout rex eis precepit. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis majori et quatuor hominibus quod ea ab eo recipiant et per consilium ejus ea vendant et de denariis inde provenientibus nova vina emant ponenda in garnesturam in castro predicto ad opus regis. Teste ut supra.

1238.

Pro Hugone Wac.—Mandatum est ballivis insularum de Gernes' quod permittant libere et absque impedimento Hugonem Wak' facere abduci bladum suum quod habet in predictis insulis quo voluerit ad faciendum inde commodum suum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi, custodi terrarum que fuerunt Roberti filii Walteri, quod in parco de Wudeham faciat habere Ricardo Renger, majori Lond', sex damos, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Eborac', salutem. Quia per inquisitionem, quam a te fieri fecimus, accepimus quod Thomas de Suinthorp' feoffatus fuit de una carucata terre cum pertinentiis in Brigtham, que est in manu nostra, et unde Simon de Hall' eum ejecit per voluntatem suam tempore quo fuit vicecomes noster Eborac', et quod eam adeo libere tenuit quod potuit inde dotare Emmam de Bilton' quondam uxorem ejus; tibi precipimus quod eidem Emme rationabilem dotem suam, que eam contingit de predicta terra, assignari et ei inde sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in Nova Foresta regis faciat habere Nicholao de Molis tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum etc. extenti (*sic*) faciant terram Ricardi filii Marciani et Huberti filii ejusdem Ricardi, que est vadium Aaron le Ner, Judei Lond', Isaac de Warewyc', Ham' filii Benedicti et Ham' filii Samuel', Judeorum Colecestr,' quantum valeant (*sic*) in dominicis redditibus, homagio, servitio et aliis exitibus terre, et, facta extenta illa, rationabilem finem et rationabiles terminos eis habere faciant de debitis in quibus tenetur predictis Judeis, secundum quantitatem debiti et valorem terre predicte. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Gilleberto de Bryant' quadraginta solidos ad quos ammerciatus fuit coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste pro transgressione facta in waranna regis de Cantebrigia et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gillebertum quietum inde esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Pokel' faciat habere episcopo Wigorniensi quinquaginta quercus ad meremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod prisones, quos Robertus de Ros et ballivi sui ceperunt pro transgressione foreste regis et quos capient et eidem liberabunt, recipiat et in prisona regis custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per W. de Ral'

1238.

*De denariis xxx*ᵉ. *liberandis.*—Mandatum est constabulario Bristoll' quod omnes denarios quos recepit et quos habet in custodia sua de tricesima diversorum comitatuum liberent (*sic*) Johanni de Plesseto et fratri Roberto Templario et Hospitalario socio suo quos rex ad eum mittit pro denariis illis cariandis usque Novum Templum Lond', sicut rex eis injunxit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco regis de Salceto faciat habere Symoni de Norwyc' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Mandatum est Ricardo de Muntfychet quod in foresta regis de Haveryng', extra parcum, faciat habere Petro de Wakering' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Fekeham quod in ballia sua faciat habere A. comitisse Pembr', sorori regis, decem damos, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Petrus de Akle, captus et detentus in prisona de Gypewiz pro morte Willelmi Pynnoc, unde appellatus est, appellatur de morte illa odio et atya et non eo quod etc. et quod [per] infortunium submersus fuit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod si predictus Petrus inveniat xij. qui etc. tunc illum tradat in ballium illis duodecim et habeat coram justiciariis nomina illorum xij. Teste ut supra.

De terris Radulfi le Moyne capiendis in manu[m] regis.—Mandatum est vicecomitibus Glouc', Sumers', Dors', Essex', Suhamt' quod, nisi escaetores regis ceperint in manum regis terras que fuerunt Radulfi le Moyn' in eorum balliis, tunc eas in manum regis capiant et salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste me ipso, xiiij. die Maii.

De vinis emendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod in nundinis Sancti Botolph' emat quaterviginti dolia vini ad opus regis, quorum undecim dolia vicecomiti Norf', duo dolia vicecomiti Cantebrig', triginta et septem dolia vicecomiti Norhampt' et triginta dolia vicecomiti Noting' liberari faciat, quibus rex precepit quod ea ab ipso recipiant et cariari faciant quo rex eis precepit. Teste ut supra.

Pro uxore Radulfi le Moyne.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Matillidi que fuit uxor Radulfi le Moyn' faciat habere tertiam partem omnium terrarum que fuerunt predicti Radulfi in ballia sua, de quibus idem Radulfus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, in tenentiam donec rex filio et heredi ipsius Radulfi reddiderit terram suam qui ipsi Matillidi secundum legem et consuetudinem regni nostri dotem faciat rationabilem cum terras illas habuerit. Teste ut supra.

Consimili modo scribitur vicecomitibus Glouc', Suth', Sumers' et Dors'.

1238.

De terris Rogeri la Zuch'.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod per sacramentum etc. inquirat quantum terre Rogerus de la Zusch' tenuit de rege in capite in predicto comitatu et per quod servitium et quantum valeat et quis propinquior heres ejus sit; et inquisitionem mittat et ad catalla que fuerunt ejusdem Rogeri manum non mittat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devon'.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que sunt apud Lond' capiat ad opus regis quinquaginta dolia vini et de eis liberari faciat custodibus cellarii regis de Westmonasterio quadraginta dolia vini ponenda in eodem cellario et decem dolia vini liberari faciat vicecomitibus Lond' carianda apud Windlesor'. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

De inquisitione quam Henricus de Trublevill' apud Oxoniam fecit.—Mandatum est majori et baillivis Oxonie quod clamari faciant per totam villam Oxonie quod inquisitio, quam Henricus de Trublevill' fecit apud Oxoniam una cum baillivis predictis per sacramentum clericorum, de clericis qui transgressionem fecerunt domino legato et suis apud Osen' nulla sit, quia nec per nos nec per consilium nostrum facta fuit. Teste ut supra.

De Magistro Odone de Kylkenny et aliis clericis liberandis Londoniensi et Lincolniensi episcopis.—Rex constabulario Turris Lond', salutem. Precipimus tibi quod, retentis in prisona nostra omnibus laicis qui nuper capti fuerunt cum clericis captis pro transgressione facta domino legato et suis apud Osen' et qui sunt in custodia tua per preceptum nostrum, venerabilibus patribus R. Londoniensi et R. Lincolniensi episcopis liberari facias clericos subscriptos, si clerici sint, cum eos petierint, videlicet Magistrum Odonem de Kylkenny, Magistrum Simonem de Craneford', Johannem de Lewes, Willelmum de Stures, Gregorium de Fercekeyroth, Thomam de Lichefeld', Robertum de Leic', Johannem de Brideport, Willelmum Blundum, Ricardum Grossetest', Petrum de Oxonia et Adam de Oxonia, si omnes clerici fuerint, cum equis suis et toto hernesio suo, quod recepisti quando tibi traditi fuerunt custodiendi, quia ipsi episcopi manuceperunt clericos ipsos ad parendum mandatis domini legati de transgressione predicta; postquam vero liberaveris clericos ipsos predictis episcopis, si ipsi episcopi rogaverint quod prisona nostra eis comodetur ad predictos clericos custodiendos, tunc eis prisonam nostram comodes et clericos ipsos per manus eorum recipias et in prisona predicta custodias nomine eorundem; et quia de Johanne de Aqua qui captus fuit cum prefato Magistro Odone, nec per inquisitionem nec alio modo, aliqua sinistra habetur suspicio de transgressione predicta, si prefati episcopi ipsum per plevinam tradere voluerint ad standum mandatis domini legati id eos facere permittas. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Karleoli.—Rex majori et probis hominibus Karl', salutem. Sciatis quod concessimus dilectis nobis in Christo Fratribus ordinis Predicatorum Karleoli quod possint facere duci aque

1238.

conductum subtus murum civitatis vestre vel perforando murum ipsum usque ad domum suam. Et ideo vobis mandamus quod predictos fratres sine impedimento hoc facere permittatis. Teste ut supra.

De quodam rogo faciendo.—Mandatum est Engelardo de Cygoyn' quod in foresta regis de Windes' ubi melius et commodius fieri poterit, ad opus regis et ad minus nocumentum ejusdem foreste, faciat habere custodibus operationum regis in castro de Wynd' buscam ad quendam rogum faciendum, proviso quod in predicta foresta dampnum non fiat vel aliqui de busca ejusdem foreste aliquid distrahant occasione predicta. Teste rege apud Mortelak', xx. die Maii. Per W. de Ral'.

De quodam dolio vini.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud London' quod de vinis regis, que sunt in custodia sua, faciant habere Magistro Milicie Templi in Anglia unum dolium vini ad opus fratrum Milicie Templi convenientium ad capitulum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per archiepiscopum Eboracensem.

Rex thesaurario et camerariis, salutem. Mandamus vobis quod de ducentis libris, quas Judei qui capti sunt nobis reddere debent instanti die Veneris proxima ante instantem Pentecostem anno regni nostri xxij., faciatis habere dilecto et fideli nostro Magistro Radulfo de Neketon' centum libras de prestito secundum formam brevis nostri de Liberate quod alias pro eo vobis inde misimus, et alias centum libras nobis mittatis ad expensas nostras. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

Sexaginta vero marcas, quas Aaron de Eboraco, Judeus, eadem die vobis habere faciet, faciatis habere Johanni filio Galfridi ad faciendum inde preceptum nostrum. Teste rege apud Mortelak' xx. die Maii.

Pro Johanne Maunsel.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod concessimus Johanni Mansel custodiam terre quam Ada[m] filius Willelmi tenuit de Roberto filio Walteri, que quidem custodia ad regem pertinet ratione custodie terre et heredum predicti Roberti existentis in manu regis, habendam eidem Johanni vel cui assignare voluerit usque ad legitimam etatem heredum ejusdem Ade una cum maritagio eorundem heredum [quod eidem Johanni concessit ad opus cujusdam sororis sue *erased.*] Et concessit (*sic*) eidem Johanni custodiam terre et heredum Roberti de Tillebery, quam idem Ada[m] habuit de concessione regis, habendam eidem Johanni vel cui assignare voluerit usque ad legitimam etatem eorundem heredum, una cum maritagio eorundum heredum nisi maritati fuerint tempore predicti Ade vel nisi maritagium illud ad alium pertineat ex dono vel venditione ejusdem Ade. Et ideo tibi precipimus quod eidem Johanni vel certo nuntio suo has litteras deferenti plenam seisinam de predictis terris quas idem Ada[m] tenuit de Roberto filio Walteri et de predictis terris de Tyllebury quas idem Adam habuit in custodia de concessione regis, una cum predictis heredibus sine dilatione habere facias, nisi heredes predicti Roberti maritati sint vel nisi maritagium illud ad alium pertineat ex dono vel venditione ejusdem Ade. Teste ut supra.

1238.

Idem mandatum est Ricardo filio Willelmi, custodi terrarum Walteri filii Roberti. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suhampt' quod capiant ad opus regis quadraginta dolia vini Wascon' et ea salvo reponi et custodiri faciant in celario regis apud Suhampt' et scire faciant domino regi quot dolia vini Johannes Mansel dimisit in predicto celario, videlicet quot de prisa, quot de empto. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando et Johannem Mansel.

[m. 13.] *Hybernia.*—Mandatum est M. filio Geroldi justiciario Hybernie, quod arreragia viginti librarum quas Walterus de Lascy percipere debuit per annum ad Scaccarium regis Dubblin' pro castro de Droched' et similiter arreragia xx. marcarum quas idem Walterus percipere debuit per annum ad idem Scaccarium pro castro de Blethoh' allocari faciat eidem W. in magno debito quod debet regi ad idem Scaccarium. Teste apud Westmonasterium, xxij. die Maii. Per W. de Ral'.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Bernewod' faciat habere Hugoni de Pateshull' quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Rex accepit per inquisitionem quod Symon de Grettingham, captus et detentus in prisona regis de Melton', unde appellatus est, appellatus est de predicta morte odio et atya et non eo etc. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod, si invenerit xij. etc. tunc tradat eum predictis xij. Teste ut supra.

De hernesio Magistri Odonis de Kylkenny.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod equos et totum hernesium Magistri Odonis de Kylkenn' et suorum et omnes res suas que remanserunt in custodia sua tradi faciat sine dilatione Magistro Willelmo de Kylkenn' vel ejus certo nuntio. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum [est] Roberto de Ros quod in foresta de Gautris faciat habere Ruffino, nepoti legati, quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis recipiendis.—Mandatum est Willelmo Hardel' quod omnes obolos et denarios veteres quos Magister Milicie Templi vobis (*sic*) liberabit ab eo recipiat et pro obolis ipsis et denariis veteribus denarios integros et novos ei habere faciat ad negotium regis in partibus transmarinis expediendum. Teste ut supra.

Pro Stephano de Segrave.—Mandatum est Johanni Biset quod permittat Stephanum de Segrave tenere in pace assarta sua de Alkemundeby que fecit de concessione regis, sicut ea tenuit tempore Hugonis de Nevill' quondam forestarii regis. Teste apud Wautham, xxiiij. die Maii.

De quadam domo extendenda.—Mandatum [est] justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant domum que fuit Henrici Sarp' in Lond', que est vadium Elye Blundi, Judei London,' quantum

1238.

valeat etc. et, facta extenta, rationabilem finem et rationabiles terminos faciant habere Agn' que fuit uxor predicti Henrici, et Ricardo, filio suo, ad reddendum debitum illud secundum valorem et quantitatem etc. Teste ut supra.

De perdonatione eschapii.—Mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis quod fieri faciant inquisitionem si Johannes filius presbiteri, qui captus fuit et detentus in prisona Exonie pro morte hominis et qui postea de prisona illa evasit, per assensum, voluntatem aut consilium Radulfi Balistar' custodis ejusdem prisone evaserit; et si invenerint quod de eschapio illo culpabilis non fuerit tunc ipsum inde quietum esse faciant, quia rex escapium illud ei perdonavit nisi per assensum aut consilium ipsius evenerit. Teste rege apud Writel', xxvj. die Maii.

De terminis rationabilibus habendis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant Henrico de Dychinton ad reddendum debitum quod debet Aaron et Leoni, Judeis Eboraci, secundum valorem terre, quam extendi fecerint per preceptum regis, et quantitatem debiti predicti quam quidem extentam rex eis misit. Teste rege apud Reynes, xxvj. die Maii.

De bremiis datis.—Mandatum est baillivo de Feckeham quod faciat habere Magistro Milicie Templi in Anglia xxiiij. bremias et ducentas rochias vivas in vivario de Feckeham ad quoddam vivarium suum in eadem villa instaurandum, de dono nostro. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex constabulario suo de Sancto Briavello, salutem. Precipimus tibi quod facias habere vicecomiti Glouc' xv. quercus in foresta nostra de Den' ad suppremum stagium turris nostre Glouc' gistandum. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Hertford', quod, si Lucia de Bradeweya, capta et detenta in prisona abbatis de Sancto Albano pro morte Johannis Attemer', invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapiant eam habere coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc eam tradat in baillio illis xij. Teste ut supra.

Quod nichil capiatur de mercatoribus extraneis vel aliis.—Rex baillivis nundinarum Sancti Botulfi, salutem. Sciatis quod provisum est coram nobis et consilio nostro quod in feriis et portubus nichil capiatur de aliquibus mercatoribus, extraneis vel aliis, nisi per breve nostrum et per visum legalium hominum et quod occasione illius captionis non arestentur mercandise neque impediantur mercatores ad vendendum vel emendum, et si quid fiat contra, secure et libere veniant mercatores ad conquerendum. Et ideo vobis mandamus quod in predictis nundinis id sine dilatione clamari et teneri faciatis sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex Willelmo Hardel, salutem. Mittimus vobis [*entry unfinished*].

1238.

De quodam camino faciendo.—Rex constabulario castri Glouc', salutem. Precipimus tibi quod de quater xx. marcis, quas tibi liberari precepimus ad quasdam operationes nostras in predicto castro faciendas, fieri facias unum caminum in camera illa turris Glouc' in qua consanguinea nostra stare solebat in muro versus aulam predicte turris; reparari etiam facias et bene gistari turellam illam retro cameram privatam camere nostre et in turella illa gaiolam nostram habeas ad prisones nostros, cum necesse fuerit, in ea custodiendos. Teste rege ut supra.

De venatoribus regis missis ad venationem capiendam.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod Willelmum May et Willelmum Luvel, quos rex mittit ad currendum in foresta de Roking', et Willelmum filium Walkelini, quem mittit ad currendum in foresta de Stawud', Cauda Alicie et Shottovr' ad cervos capiendos, recipiat et venationem quam capient saliri faciat et custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Computate Johanni Mansel et Thome de Nortlegh' in exitibus episcopatus Wigorniensis, de tempore quo habuerunt custodiam ejusdem episcopatus vacantis et in manu nostra existentis per xl. dies, vj. libras, scilicet utrique eorum xviij. denarios in die pro expensis suis. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De maeremio habendo.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere constabulario de Noting' grossum maeremium in haya de Wyllegh' ad operationes castri nostri Noting' faciendas et aliud minutum maeremium in foresta de Shirewud' ad operationes alias in eodem castro faciendas prout necesse habuerit. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendant terram Petri de Wyun, in Wyun que est vadium Judeorum, et secundum extentam illam et valorem terre et quantitatem debiti rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

De perdonatione equorum.—Rex perdonavit Willelmo de Fenacurt et Galfrido fratri ejus, qui habent custodiam terre et heredum Roberti Mauntel cum maritagio eorundem heredum, duos bonos equos quos vicecomes Essex' ab eis exigit pro seisina quam fecit per preceptum ipsius regis de terra predictos heredes contingente. Et mandatum est vicecomiti quod de demanda illa pacem eis habere permittat. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xxviij. die Maii.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod, si Willelmus Toppeheved, captus et detentus in prisona pro morte Willelmi filii Thome unde Robertus filius Thome ipsum appellat, invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, tunc ipsum tradat in baillio illis xij. Teste rege ut supra.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Casingeham quod in baillia de Mereden' faciat habere Thome, capellano regis, v. quercus, de dono nostro. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xxxj. die Maii. Per dominum cancellarium.

Pro comite Pictavie et Cornubie, de rotulis itineris justiciariorum in comitatu Cornubie habendis.—Rex Willelmo de Eboraco, Jordano Oliver' et Willelmo de Sancto Edm', justiciariis itinerantibus in comitatu Cornubie, salutem. Mandamus vobis quod, expedito itinere vestro in comitatu predicto, faciatis habere R. comiti Cornubie et Pictavie, cui concessimus amerciamenta itineris predicti, rotulos vestros de itinere predicto. Teste rege apud Wymundeham, ij. die Junii.

De terra Johannis de Nereford' extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Johannis de Nereford', que est vadium Ysaac de [Norwic' *erased*] Warewic' et Deulecress' de Norwic', et secundum extentam et valorem ejusdem terre rationabilem finem et rationabiles terminos eidem Johanni habere faciant de debitis predictis ita quod interim penitus cessent usure. Teste rege apud Bromholm', v. die Junii.

De respectu compoti Willelmi Hardel.—Willelmus Hardel habet respectum usque ad octabas Sancti Hyllarii de compoto suo reddendo.

De duobus doliis vini retinendis.—Mandatum est baillivis Cantebrig' quod de vinis venalibus inventis ibidem retineant ad opus regis duo dolia vini de melioribus vinis illis. Teste rege apud Walsingeham, vj. die Junii.

De quodam dolio vine liberando Jeremie de Caxton.—Rex constabulario suo de Norwico, salutem. Precipimus tibi quod de vinis nostris que sunt in custodia tua facias habere Jeremie de Caxton, custodi episcopatus Norwicensis, unum dolium vini ad faciendum inde preceptum nostrum. Teste rege apud Thefford, x. die Junii.

De respectu compoti.—H. filius Radulfi, vicecomes Noting', habet respectum de compoto suo reddendo usque in unum mensem a die Sancti Michaelis propter opera castri Noting' quibus oportet ipsum intendere. Teste rege apud Chippeham, x. die Junii.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod loco Thome Burd' et Hugonis Burd' eligi faciat alios coronatores qui prestito sacramento etc. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod loco Willelmi de Amblya eligi faciat alium coronatorem qui etc. Teste ut supra.

De respectu compoti.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod visum compoti vicecomitis Norf' et Suff' ponat (*sic*) in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis eo quod oportet ipsum morari in partibus suis ad malefactores in partibus suis capiendos. Teste ut supra.

1238.
[m. 12.] Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod faciat habere Johanne, que fuit uxor Radulfi filii Bernardi, rationabilem dotem suam que eam contingit de omnibus terris, que fuerunt predicti Radulfi, quondam viri sui et sunt in custodia sua et de quibus idem idem (*sic*) Radulfus fuit saisitus ut de feodo die quo obiit. Teste rege apud Chippeham, x. die Junii.

Eodem modo scribitur Ricardo de la Lad' pro eadem Johanna [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod in parco de Hunedon' faciat habere Hyllarie Trussebut iij. damos, de dono regis. Teste rege apud Ely, x. die Junii.

De una marca auri de obolis de Musch' emenda.—Mandatum est Hugoni de Patesh' quod emi faciat ad opus regis unam marcam auri de obolis de Musc' et eam regi mittat per Robertum de Cant' clericum suum. Teste ut supra.

Pro abbate de Villa Nova.—Mandatum est custodi nundinarum Sancti Botulfi quod faciat habere abbati de Villa Nova per manum fratris Gileberti, monachi, x. libras de exitibus earundem nundinarum sicut eas percipere consuevit tempore quo nundine predicte fuerunt in manu nostra et tempore quo fuerunt in manu comitis Britannie; dum tamen tibi constiterit quod idem frater Gilebertus monachus sit domus prefate ad hoc missus. Teste rege ut supra.

De prisonibus liberandis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod omnes illos quos cepit pro transgressione foreste et quos tradidit in baillium pro defectu prisone venire faciat coram [rege *erased*] eo et eos retineat et liberari faciat constabulario Colecestr' cui rex precepit quod eos recipiat et in prisona regis salvo custodiat.

Pro Ysabella de Bruys, de escambio habendo pro parte sua Cestresir'.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Sciatis quod concessimus pro nobis et heredibus nostris Ysabelle de Bruys quod pro rationabili parte sua que eam contingit de hereditate, que fuit Johannis, quondam comitis Cestr', fratris sui, in Cestresir' faciemus ei rationabile escambium ad valentiam predicte partis ipsam Ysabellam contingentis de predicto comitatu Cestresyr'; et ad majorem securitatem commisimus ei maneria nostra de Wrytel' et Hathfeld' cum eorum pertinentiis in tenantiam tenenda eidem Ysabelle et heredibus suis quousque predicta pars eam contingens de predicta hereditate extenta fuerit et rationabile escambium in predictis terris vel aliis ei assignaverimus. Et ideo vobis mandamus quod de predictis maneriis cum waretto et feno anni presentis et aliis pertinentiis suis tenendis sicut predictum est plenam saisinam eidem Ysabelle habere faciatis, salvis nobis carrucis nostris et instauro nostro et blado instantis autumpni et aliis catallis nostris in eisdem maneriis. Teste rege apud Ditton', xij. die Junii.

1238.

Pro Henrico de Hasting' et Ada uxore ejus, de escambio habendo pro parte sua Cestresir'.—Rex concessit pro se et heredibus suis Henrico de Hasting' et Ade, uxori ejus, quod, pro rationabili parte que ipsam Adam contingit de hereditate que fuit Johannis, comitis Cestrie, fratris sui, in Cestreshir', faciat eis rationabile escambium ad valentiam predicte partis ipsam Adam contingentis; et ad majorem securitatem commisit rex eisdem Henrico et Ade maneria de Whirefeld', de Stretton' et Cunedover' cum eorum pertinentiis, in comitatu Salopie, et maneria de Wigynton' et Wulfrenhampton', in comitatu Staff', et manerium de Bremesgrave cum pertinentiis, in comitatu Wigornie, in tenentiam, habenda eisdem Henrico et Ade et heredibus ipsius Ade quousque predicta pars eos contingens extenta fuerit et rex eisdem rationabile escambium in predictis terris vel aliis assignaverit. Et mandatum est Waltero de Burgo quod eisdem Henrico et Ade de predictis maneriis cum wareto et feno anni presentis et aliis pertinentiis suis tenendis sicut predictum est, plenam seisinam habere faciat, salvis regi carucis suis et instauro suo et blado autumpni instantis et aliis catallis suis in eisdem maneriis. Teste rege apud Ditton', xiij. die Junii.

Quia vero idem Walterus de Burgo non habuit in manu sua maneria de Wyrefeld', Stretton', Conedovr', Wiginton', Wulvrenehampton', mandatum fuit vicecomiti Staff' et Salopie quod de ipsis maneriis plenam eis saisinam habere faciat.

Consimiles litteras habent predicti Henricus et Ada directas Warnero Engayne pro habenda seisina de maneriis de Mammesfeld' cum soka et cum pertinentiis et de Oswaldebech' que quidem maneria sunt in comitatu Notingh'. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Blakedon'.—Mandatum est justiciariis de Banco quod, si Nicholaus de Blakedon', qui arestatus est apud London' eo quod fuit in societate Galfridi de Burghersse et sociorum suorum eo die quo capti fuerunt apud Lond', ut dicitur, invenerit eis salvos plegios ad standum recto si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum dimittant per plevinam in forma predicta. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De Johanne de Hamslap' deliberando.—Rex vicecomiti Norhamt', salutem. Precipimus tibi quod Johannem de Hamslap', quem cepisti et tenes in prisona nostra apud Norhamt' per preceptum nostrum pro redesseisina quam fecit Johanni filio Johannis de Couesgrave de tribus pedibus terre in Couesgrave unde saisinam versus eum recuperaverat coram justiciariis nostris itinerantibus apud Norhamt', a prisona predicta deliberari facias, satisfacto tamen prius prefato Johanni filio Johannis a prefato Johanne de Hamslap' super dampnis que incurrit pro redesseisina illa et accepta securitate a predicto Johanne de Hamslap' quod predictum Johannem filium Johannis iterum inde non disseisiet. Teste ut supra.

De comite Marescallo distringendo pro cc. libris reddendis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, nisi comes Marescallus

1238.

solverit domino regi cc. libras ad Scaccarium a die Sancte Trinitatis in xv. dies, quas cc. libras rex solvit A. comitisse Penbr', de dote sua in Hybernia, pro predicto comite, tunc eum distringi faciant per omnes terras et catalla sua in singulis comitatibus in quibus terras habet ad satisfaciendum regi sine dilatione de debito predicto. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shyrwud', extra dominicas hayas regis, faciat habere Fratribus Predicatoribus Linc', in loco ubi commodius fieri poterit ad opus eorum, xxx. fusta ad maeremium inde faciendum, de dono regis; et permittat quod predicti fratres parari faciant maeremium predictum infra forestam illam ad illud facilius cariandum sicut sibi melius viderint expedire. Teste rege apud Ditton', xiij. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wytlewud' faciat habere Roberto Passelewe duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De xx. doliis vini emendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod in nundinis Sancti Botulfi emi faciat xx. dolia vini ad opus regis et ea liberet vicecomiti Lincoln' carianda usque Cestriam. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Fratribus Predicatoribus de Cantebrugia tres quercus ad edificationem capelle sue, de dono regis. Teste rege apud Ditton', xiiij. die Junii. Per Willelmum de Cantilupo.

Pro Johanna que fuit uxor Radulfi filii Bernardi.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Precipimus tibi quod facias habere Johanne que fuit uxor Radulfi filii Bernardi rationabilem dotem suam que eam contingit de omnibus terris que fuerunt predicti Radulfi in baillia tua, de quibus idem Radulfus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit. Teste rege apud Crucem Roesie, xv. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk'.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Matheo de Cantilupo in bosco de Sappel' duo robora ad focum suum de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus Cantebrugie.—Rex baillivis suis de Cantebrugia, salutem. Sciatis quod concessimus Fratribus Minoribus de Cantebrugia domum illam cum pertinentiis in Cantebrugia, que fuit Magistri Benjamin, Judei, et quam prius vobis concesseramus ad gayolam nostram inde faciendam, ad clausum domorum predictorum fratrum dilatandum, salvis domino feodi servitiis et redditibus ei inde debitis. Et ideo vobis precipimus quod eisdem fratribus de domo predicta plenam saisinam habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Alano filio Rogeri la Zuch'.—Rex cepit homagium Alani filii et heredis Rogeri la Zuch' de terris quas tenuit in capite de rege in comitatu Devon' et de terris et feodis que tenuit in capite de rege in

1238.

comitatu Salopie et relevium suum ei inde perdonavit. Et mandatum est predictis vicecomitibus (*sic*) quod de predictis terris ei plenam saisinam habere faciant in bailliis suis et si quid inde ceperit (*sic*) plene ei restituat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere H. Elyensi episcopo, xxx. quercus et in Sappel' xx. quercus ad reedificandum domos suas de Wyvelingeham nuper combustas; faciat etiam habere eidem episcopo vij. damos in eadem foresta de Wauberg', de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de la Sauceya faciat habere Fratribus Minoribus Bedeford' x. robora ad focum suum, de dono regis.

Pro executoribus testamenti episcopi Wintoniensis.—Mandatum est vicecomiti Warrewic' quod de maneriis de Thamewurth', Middelton' et castro de Tamewurth', que cepit in manum regis occasione mortis P. quondam Wintoniensis episcopi, plenam saisinam habere faciat executoribus testamenti predicti episcopi cum omnibus catallis in eisdem maneriis inventis ad executionem ejusdem testamenti faciendam et si quid inde ceperis (*sic*) id reddi faciat executoribus predictis.

Eodem modo scribitur escaetoribus suis in comitatu Linc' pro manerio de Scrivelby; et vicecomiti Surr' de terra quam habuit in Esserr'.

Rex Paulino Peyvre et Thome de Newerc, salutem. Sciatis quod concessimus executoribus testamenti P. quondam Wintoniensis episcopi, quod liberam habeant amministrationem omnium bladorum que fuerunt ejusdem episcopi et sunt in grangiis, et aliorum catallorum similiter et debitorum que exigi poterunt de tempore ejusdem episcopi usque ad diem obitus sui, exceptis instauris que reliquit episcopatui Wintoniensi de testamento suo; ita quidem quod predicti executores nobis respondeant de debitis nostris, siqua nobis debeantur a predicto episcopo. Concessimus etiam eisdem executoribus quod de operationibus maneriorum serclari faciant blada in terris existentia et quod servientes maneriorum qui fuerunt cum predicto episcopo remaneant ad custodiendum eadem maneria et nobis serviant usque ad festum Sancti Michaelis anno xxij. et illis sint auxiliantes ad bona que fuerunt predicti episcopi salvo custodienda; ita quidem quod videri faciatis quantum operationes predicte, quas habuerunt ad blada predicta serclanda, valeant singulis diebus et valorem nobis scire faciatis et quod predicti executores percipient in onere sustentandi servientes predictos usque ad terminum predictum secundum quod eis servierint plus vel minus. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus bladis in grangiis et aliis catallis que fuerunt predicti episcopi, exceptis instauris illis que reliquit episcopatui, ut predictum est, ipsis executoribus seisinam habere faciatis ad testamentum suum exequendum, permittentes blada que sunt in terris de operationibus maneriorum serclari ut predictum est et servientes eorundem maneriorum ibidem morari usque ad terminum predictum in forma predicta; si quid autem de bladis et catallis predictis cepistis vel rebus aliis, vel prius captum fuerit a vicecomitibus nostris, id predictis executoribus reddi faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Junii.

1238.

Eodem modo scribitur Petro de Wakering de manerio de Taunton'.

Mandatum est Waltero de Burgo quod faciat habere Magistro Waltero de Lench', clerico regis, xiij. quercus in foresta de Chyppeham, de dono regis, ad se hospitandum apud Rudes. Teste ut supra.

De cereis faciendis.—Mandatum est Hugoni de Path' quod tot cereos quot fieri fecit ponendos circa pheretrum Sancti Edwardi apud Westmonasterium in festo ipsius, per preceptum [suum *erased*] regis fieri faciat ponendos circa pheretrum predictum in festo Apostolorum Petri et Pauli et duos baudekinos bonos emi faciat pro rege et regina sua offerendos ibidem in eodem festo et similiter octo obolos de musc' pro rege et regina sua secretius offerendos eadem die ibidem et summam denariorum vobis rex allocari faciet in denariis liberatis ad faciendum preceptum regis. Teste rege apud Ditton', xj. die Junii.

Pro Johanne Cor de Boef.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Monstravit nobis Johannes Corsdebof quod, cum ipse teneatur solvere Isaac, Judeo de Warewyc, quadraginta et duas marcas infra unum annum completum a vigilia Sancti Johannis Baptiste anno regni nostri xxij., idem Johannes propter paupertatem suam ad debitum illud non sufficit solvendum citra terminum predictum; unde eidem Johanni concessimus quod ipse prefato Judeo satisfaciat de predicto debito infra tres annos proximo sequentes. Et ideo vobis mandamus quod, si predictus Johannes non sufficit ad predictum debitum reddendum infra unum annum, sicut predictum est, tunc ei terminos predictos habere faciatis ad predictum debitum eidem Judeo infra tres annos predictos solvendum. Teste me ipso apud Westmonasterium xvij. die Junii.

Pro Simone de Hal.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod omnes terras Simonis de Hal' in comitatu Linc,' que sunt vadium Aaron et Leonis et Joscei de Kanc', Judeorum de Eboraco, Leonis Peitevin' et Peitevin' filii Elye, Helysei filii Magistri et Mossi filii Jacobi, Judeorum de Linc', Benedicti Crespin' et Jacobi fratris ejus, Judeorum de Lond', super debitis que eis debet, per probos et legales homines, presentibus Judeis prefatis, fideliter extendi faciatis et tali extenta quam coram nobis pro fideli voluerint warantizare super forisfacturam regis, facta autem taliter extenta predicta secundum valorem terrarum et quantitatem debitorum prefato Simoni rationabiles terminos habere faciatis ad debita predicta Judeis memoratis reddenda, penitus interim cessantibus usuris. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Wakering' quod faciat habere Hereberto filio Mathei duos damos in parco de Taunton', de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Cantilupo.

De cervis datis.—Rex Ricardo de Wrotham, salutem. Mandamus vobis quod in parco de Pereton' faciatis habere Hereberto filio Mathei duos cervos, de dono nostro. Teste ut supra.

1238.

De manerio de Hertford'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si inquirere poterint (*sic*) per rotulos Scaccarii quod manerium de Hertford' tailliatum fuit quando rex dominica sua tailliari precepit, tunc hominibus ejusdem manerii pacem habere faciant de tricesima que ab eis exigitur per summonitionem Scaccarii. Teste ut supra.

De quodam dolio vini cariando.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod habere faciant ballivis regis Oxonie unum dolium vini de vinis que habent in custodia sua cariandum quo rex precepit. Teste apud Sanctum Albanum.

Pro Roberto de Muscegros.—Rex concessit Roberto de Muscegros custodiam terre quam Nicholaus de Fiscamnis eidem Roberto dimisit ad terminum qui nondum preteriit in Kenemarton', et que ad manum regis devenit ratione custodie terre et heredis ipsius Nicholai que ad regem pertinet, habendam usque ad legitimam etatem heredis ejusdem Nicholai. Et mandatum est Ricardo de la Lad' quod ei de predicta terra saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Sanctum Albanum, xviij. die Junii.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Fratribus Minoribus de Norhamt' xx. fusta in foresta de Salceto ad capellam suam construendam, de dono regis. Teste ut supra.

De terra Radulfi de Wytton' extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendant terram Radulfi de Wytton' in Wytton', que est vadium Jacobi Crespyn, videlicet quantum valeat in terris dominicis, redditibus et aliis, et secundum valorem terre et quantitatem debiti rationabiles terminos ei habere faciant de debito quod predicto Judeo debet. Teste rege apud Messenden', xix. die Junii.

[m. 11.] *De cervis capiendis.*—Mandatum est Hugoni de Loges quod permittat venatores S. de Monte Forti capere viij. cervos in foresta de Canoc ad opus A. comitisse de Penbr', sororis sue. Teste rege apud Brehull', xx. die Junii.

De leporariis deliberandis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod, si v. leporarii Henrici Theutonici, [qui] capti per forestarium in foresta de Windles' et ei liberati sunt, capti fuerint cum malefacto, tunc eos replegiari faciat et, si capti non fuerint cum malefacto, tunc eos ei faciat deliberari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Brehull' faciat habere Waltero de Burgo xiij. quercus ad quandam warderobam faciendam ex parte boreali aule nostre de Brehull'. Teste ut supra.

De curia de Brehull' claudenda.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in eadem foresta faciat habere eidem Waltero palum et clausturam ad curiam nostram de Brehull' claudendam et palum ad fossatum et ambitum camere et capelle regis ibidem claudenda cum palo. Teste rege apud Brehull', xxij, die Junii.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere W. Wigorniensi episcopo, xx. quercus ad domos castri de Wylton', quod est in manu sua, reparandas, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxij. die Junii. Per Amauricum de Sancto Amando.

Pro Willelmo filio Radulfi le Moyne.—Rex cepit homagium Willelmi, filii et heredis Radulfi le Moyne, de terris que fuerunt ipsius Radulfi et quas de rege tenuit in capite et relevium suum ei perdonavit. Et mandatum est vicecomitibus Dors', Glouc', Suhamt', Essex', Wilt', quod de omnibus terris predictis de quibus saisitus fuit ut de feodo die quo obiit prefato Willelmo plenam saisinam habere faciant et quod omnes exitus ejusdem terre post mortem prefati Radulfi ipsi Willelmo plene distribuant. Teste rege apud Wudestok', ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuiz quod habere faciat Petro de Ryvall' in foresta de Ausiesholt' iiij. damos, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxiij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in bosco suo de Wotton' qui est in foresta de Wichewud' faciat habere Ysabelle de Ludewoll' quattuor quercus, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Junii.

Pro hominibus de Heyles.—Rex baillivis suis Winchec', salutem. Quia per inquisitionem quam fieri precepimus [accepimus] quod homines de Heyles theloneum in prefato manerio nostro de Winchecumb' dare non consueverunt temporibus predecessorum nostrorum, regum Anglie, nec nostro, nisi esset mercator qui causa lucri negotiationes suas in predicto manerio exerceret, tibi precipimus quod eosdem homines in prefato manerio nostro quietos de theloneo esse permittas nisi fuerint mercatores negotiationes suas ibidem exercentes sicut predictum est. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Ad id quod nobis per litteras vestras nuper significastis quod vos Waleramo de Walleslegh' pro fideli servitio suo x. libras assignastis percipiendas ad Scaccarium nostrum Dublin' quamdiu fuerit in servitio nostro, vobis, duximus significandum quod assignationem illam tantum concedimus quamdiu ipse nobis fidelis exstiterit et in servitio nostro steterit. Et ideo vobis mandamus quod predictas x. libras eidem Waleramo singulis annis habere faciatis sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Ricardo de Gray iiij. quercus in foresta de Bernewud', de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem Johanni quod in bosco de Shotovr' faciat habere Fratribus Predicatoribus Oxon' x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Junii.

1238.

De damis datis.—Mandatum est eidem Johanni quod faciat habere Gerardo de Furnivall' iiij. damos in foresta Huntindon' extra dominicas hayas de Wauberg' et Sappel', de dono regis. Teste ut supra. Per Willelmum de Cantilupo.

De mercato habendo, pro Gerardo de Furnevall'.—Rex concessit Gerardo de Furnivall' quod tota vita sua habeat unum mercatum singulis septimanis per diem Lune apud Wardon', nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod mercatum illud clamari faciat et ibidem teneri sicut predictum est. Teste rege apud Brehull' xxij. die Junii, anno xxij.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terras Gregorii le Paumer de Cantuaria, que sunt vadium Angevin filii Ysaac, Mosse filii Joscei, Aaron filii Joscei, Aaron filii Sampsonis, Judeorum Cantuarie, et, facta extenta illa, rationabilem finem et rationabiles terminos ei inde habere faciant. Teste rege apud Wudestok', xxvj. die Junii.

Pro Hugone portario.—Rex concessit Hugoni portario suo annum suum et diem ad ipsum pertinentem de terris que fuerunt Willelmi filii Hervici, utlagati pro morte uxoris sue unde rettatus est, de quibus terris idem Willelmus seisitus fuit die quo feloniam illam fecit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Hugoni de predictis terris de quibus prefatus Willelmus fuit seisitus ut de feodo die quo feloniam illam fecit, tenendis per prefatum annum et diem, sicut predictum est plenam saisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco de Sottor' faciat habere Annore recluse de Iftel' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Lambresart.—Rex concessit Gerardo de Lambersart illam virgatam terre cum pertinentiis in Tysted' quam Alexander de Tysted, capellanus, aliquando tenuit de Ada de Retherefeld' cujus terram predictus Gerardus habet de baillio regis ut escaetam regis occasione felonie de qua idem Adam convictus fuit. Et mandatum est Waltero de Burgo quod de predicta virgata terre eidem Gerardo saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Pro abbate de Lucerna de quietancia xxx^e^.—Rex assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Sussex', salutem. Quia provisum est de consilio nostro quod canonici de ordine Premonstratensi et homines sui quieti sint de xxx^a^. nobis danda, vobis mandamus quod de xxx^a^. quam exigitis ab hominibus abbatis de Lucerna ejusdem ordinis in comitatu Sussex' pacem habere permittatis. Teste rege ut supra.

De respectu serjantye.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam fecerunt Radulfo le Moine in vita sua de servitio militari quod exigebant de terris quas de nobis tenuit in capite et quas ipse tenere clamavit de nobis per servitium serjancei,

1238.

ponant in respectum donec per inquisitionem, quam jam fieri precepimus, nobis constiterit utrum ipse Radulfus et predecessores sui de nobis et predecessoribus nostris terras suas tenuerunt per servitium militare vel per serjanciam et aliud mandatum a nobis inde receperint. Teste ut supra.

De quietancia xxx^{e}.—Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Essex' quod, quia provisum est quod canonici de ordine Premonstratensi et homines sui quieti sint de tricesima regi danda, mandatum est quod (*sic*) de tricesima quam exigunt ab hominibus abbatis de Lucerna ejusdem ordinis in comitatu Sussex' (*sic*) pacem habere permittant; et si quid ab eis ceperint id sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Adam (sic) *Pincerna.*—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod si Adam Pincerna, appellatus a Johanne de la Berg' probatore qui nuper suspensus fuit apud London' de societate ipsius Johannis et felonia, invenerit ei sufficientes plegios ad standum inde recto et de aliis malefactis unde rettatus est coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc ipsum Adam per predictam plevinam sicut predictum est dimittat usque ad adventum predictorum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Huberti deliberando a prisona.—Quia Hubertus de Reilly et Simon Talebot manuceperunt Ricardum filium Huberti, captum et detentum in prisona regis de Eylesbir' pro tesauro invento, unde rettatus fuit, habendum coram justiciariis regis ad primam assisam, cum in partes Bukingh' venerint, ad standum inde recto, mandatum est vicecomiti Bukingh', quod ipsum Ricardum a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro monachis de Begar'.—Mandatum est custodibus nundinarum Sancti Botulfi quod in nundinis Sancti Botolfi anno xxij. faciant habere monachis de Begar' elemosinam constitutam sicut eam habere consueverunt antequam predicte nundine pervenissent ad manus venerabilis patris W. electi Valentini, de baillio regis. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Paunshal' faciat habere custodi hospitalis Sancti Johannis, Oxonie, xx. quercus ad molendina sua que combusta fuerunt reedificanda, de dono regis.

Pro heredibus Roberti de Columbariis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod inquirant quantum Jacobus Crespin, Josceus filius Meydyn, Judei Lond', ceperunt secundum rationabilem valorem de terris que fuerunt Roberti de Columbariis, que quidem terre sunt vadium ipsorum, postquam ipsi saisinam habuerunt de predictis terris tamquam de vadio suo per preceptum regis et totum illud quod predicti Judei ceperunt sive de catallis in eisdem terris inventis sive de exitibus earundem terrarum allocari faciatis (*sic*) heredibus ipsius Roberti in debito quod eisdem Judeis debent

1238.

rationabiliter et per legalem computationem: faciant etiam extendi terras predictas quantum valeant per annum et secundum valorem earundem terrarum faciant habere eisdem heredibus rationabilem finem et rationabiles terminos de toto residuo ejusdem debiti secundum quantitatem ejusdem residui et de predictis terris plenam saisinam habere faciant heredibus predictis. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Radulfi filii Bernardi.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod una cum rationabili dote quam rex assignari precepit Johanne, que fuit uxor Radulfi filii Bernardi, in maneriis de Ilmer' et Eston' faciat assignari eidem Johanne unum de capitalibus mesuagiis eorundem maneriorum. Teste ut supra.

Pro Hugone de Huckerby.—Rex Leoni, Judeo Eboraci, salutem. Rogavit nos Hugo de Huckerby quod, cum ipse finem fecerit tecum per viij. libras per annum tibi reddendas pro debitis in quibus tibi tenetur et terre et tenementa sua non sufficiant ad se et suos sustentandos et ad predictas viij. libras tibi per annum reddendas, nos eidem de debitis predictis finem concederemus rationabiliorem; unde ipsius inclinati precibus concessimus quod de debitis predictis reddat tibi quatuor libras per annum donec predicta debita per predictas iiij. libras tibi fuerint persoluta. Et ideo tibi precipimus quod eidem Hugoni predictum finem iiij. librarum habere permittas et de predicto fine scripturam inter vos fieri facias. Teste ut supra.

Pro monachis de Bona Requie.—Rex Johanni de Gatesden', salutem. Precipimus tibi quod habere facias monachis de Bona Requie x. libras de exitibus manerii de Costes' de anno regni nostri xxij. sicut eas habuerunt de dono Alani, vicecomitis de Rohan, tempore quo manerium illud fuit in manu sua et postea in manu Petri, quondam comitis Britannie, antequam venerabilis pater W. electus Valentinus, habuit predictum manerium de Costes' de baillio nostro. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Pauncehal' faciat habere R. comiti Cornubie, xx. quercus ad quendam pontem in castro suo de Walingeford' faciendum, de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Cantilupo.

Pro Simone filio Hereberti de Pynn.—Rex W. de Eboraco et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Devonie, salutem. Quia didicimus quod Simon filius Hereberti de Pinn per infortunium et non per maliciam excogitatam interfecit Thomam, garcionem Johanne Briwer, perdonavimus eidem Simoni quantum ad nos pertinet de morte predicta; ita quod, si quis de morte illa versus ipsum loqui voluerit, stet inde recto. Et ideo vobis mandamus quod predictum Simonem de morte predicta quantum ad nos pertinet coram vobis quietum esse faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De fuga perdonata.—Rex majori et baillivis suis Wintonie, salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a vobis fieri precepimus quod Laurentius clericus de Herchesfunt' occidit Godefridum molendinarium per infortunium et non per maliciam excogitatam,

1238. ad instantiam domini legati perdonavimus eidem Laurentio quantum ad nos pertinet de morte predicta et fugam quam fecit pro eadem morte et eschapium similiter quod fecit a prisona nostra in qua detentus fuit occasione predicta; ita tamen quod stet recto si quis versus ipsum inde loqui voluerit. Et ideo vobis precipimus quod tam de morte predicta quam de fuga et eschapio eidem Laurentio pacem habere faciatis sicut predictum est. Teste ut supra.

De fide adhibenda.—Rex mittit ad dominum legatum Magistrum Simonem de Steylaund', rogans ut hiis que ei dixerit ex parte sua fidem adhibere velit. Teste ut supra.

De venatoribus mittendis.—Rex mittit Johannem le Fol et Philippum de Candevr' venatores suos ad capiendos sex cervos infra brullium de Odiham extra parcum. Et mandatum est constabulario de Windles' quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud. Abbend', xxx. die Junii.

Pro comitissa Augi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod assumptis secum justiciariis de Banco videant demandam quam faciunt Alicie, comitisse Augi, de servitio Willelmi de Chaurces et de scutagio de Kery et secundum legem et consuetudinem ejusdem Scaccarii predicte comitisse judicium suum inde habere faciant. Teste rege apud Walingeford, ij. die Julii.

De xx. obolis de musc' mittendis.—Mandatum est Hugoni de Patesh', thesaurario regis, quod emi faciat xx. obolos de musc' et eos domino regi mittat per aliquem de suis de quo confidat, nulli nisi persone regis secretius liberandos. Teste rege apud Rading', iij. die Julii.

Pro Waltero Fairmon, capto, ducendo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Walterum Fairmon, captum et detentum in prisona baillivorum de Farendon' pro morte Roberti Dibun qui ab eo in comitatu Glouc' interfectus fuit, liberare (*sic*) faciat Willelmo Crupet, Willelmo venatori, Willelmo Daunsel, Hugoni de Bricthampton', Ade de Benetham, Philippo de Quedesleigh', Amaurico de Bures, Thome de Mattresdon', Willelmo Gerold' et Willelmo Fuket ad ducendum usque Glouc' et liberandum vicecomiti Glouc'. Teste rege apud Rading', iij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Roberto de Lexinton' x. quercus in foresta de Savernac ad se hospitandum apud Sarrisburiam, de dono regis; et si qui habentes boscos in baillia tua (*sic*) de maeremio suo ei dare voluerint permittant (*sic*) maeremium illud cariari per bailliam suam sine impedimento. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Dun quod faciat habere eidem Roberto x. quercus in foresta de Graveling' ad domos suas reedificandas apud Sarrisburiam. Teste ut supra.

1238.
[m. 10.] *De inquisitione facienda de comitatu Wigornie.*—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod, inspectis diligenter rotulis de tempore domini Johannis regis, patris nostri, et de tempore nostro, inquiratis diligenter si predecessores dilecti et fidelis nostri Willelmi de Bello Campo, vicecomites nostri Wygornie, tenuerint comitatum illum in feodo reddendo pro proficuo ejusdem comitatus tresdecim libras tantum et non amplius, et, si inveneritis quod comitatum illum sic tenuerint, permittatis predictum Willelmum eodem modo comitatum illum tenere quo predicti predecessores sui ipsum tenuerunt nec amplius ab ipso pro proficuo ejusdem exigatis quam ipsi reddere consueverunt. Teste etc. apud Rading, v. die Julii.

Pro comite Ricardo, de amerciamentis.—Mandatum est Willelmo de Eboraco quod amerciamenta ville Exonie et de Kenton' et de hundredo de Lyfton' que provenerunt de itinere suo in predictis villis Exonie, Kenton' et predicto hundredo de Lyfton' cum rotulis amerciamentorum predictorum dilecto fratri regis Ricardo, comiti Pictavie et Cornubie, habere faciat. Teste etc. apud Rading', v. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod octo quercus quas Walterus de Burgo prosterni fecit in bosco de Hatfeld' ad operationem molendini regis de Neuport ipsum Walterum abducere permittat ad constructionem ejusdem molendini. Teste etc. apud Rading', v. die Julii.

Pro abbate Cyrenc'.—Mandatum est Waltero de Tywe quod sine impedimento permittat abbatem de Cyrenc' percipere omnes redditus et omnes exitus manerii de Bamton' quod habet de ballio bone memorie Philippi de Albiniaco usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xxij., salvis domino regi pratis et pasturis pertinentibus ad manerium predictum. Et si quid de redditibus vel exitibus predictis cepit id eidem abbati sine dilatione restitui faciat. Teste ut supra ibidem, vj. die Julii.

Mandatum est Waltero de Burgo quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquiri faciat quos redditus et quas libertates et consuetudines abbas de Cylec' (*sic*) habere consuevit in maneriis nostris de Cokh' et de Bray ut in boscis et pasturis et aliis, temporibus predecessorum nostrorum, regum Anglie, et nostro, tamquam pertinentes ad ecclesias suas predictorum maneriorum et tales redditus, libertates et consuetudines quales habere debet per inquisitionem predictam ipsum abbatem sine impedimento habere permittas (*sic*); et interim de eisdem redditibus libertatibus et consuetudinibus ipsum abbatem pacem habere permittas (*sic*) donec tibi constiterit per inquisitionem predictam quid in predictis boscis, pasturis et aliis habere debeat de jure. Teste ut supra.

De quodam probatore liberando.—Mandatum est abbati de Certes' quod probatorem quem nuper capi fecit liberari faciat constabulario de Berkhamested' ad faciendum de eo quod ei rex per litteras suas precepit. Teste ut supra.

1238.

Mandatum est constabulario de Berkhamested' quod probatorem quem abbas de Certes' sibi liberabit recipiat et diligentem per ipsum probatorem faciat inquisitionem de hiis qui interfuerunt roberie facte nuper in domo Matillidis de Eshrug'; et postquam inquisitionem illam fecerit ipsum probatorem mittat sub salvo conductu usque London' liberandum ibidem custodi gaiole regis de Neugat', cui rex mandavit quod ipsum recipiat et salvo custodiat donec aliud inde preceperit rex. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Idonee uxori Willelmi Lungespeye duos damos in foresta regis de Savernak, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem Galfrido quod preter decem quercus, quas nuper habere fecit Roberto de Lexinton' in foresta regis de Savernak per preceptum regis, faciat ei habere alias decem quercus in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra. Per Willelmum de Cantilupo.

De cervis datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni Extraneo duos cervos in baillia sua, de dono regis. Teste rege apud Rading', vij. die Julii.

De vinis liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum Suht' quod de vinis de prisa que sunt in custodia sua liberent presentium latori v. dolia carianda ad regem usque Rading' in carettis regis. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter in hac scedula.*

[*Schedule.*]—Mandatum est Benedicto Azoni et Ricardo de Prisa, custodibus vinorum Sudhampt', quod de vinis de prisa que sunt in custodia sua liberent carettariis domini regis quos ad eos mittit decem et novem dolia vini carianda per longas carettas suas usque Merewell' et quinque dolia vini carianda usque Rading' et quinque dolia vini carianda usque Wintoniam, sicut dominus rex eis injunxit. Teste rege apud Rading', vij. die Julii.

De venatore recipiendo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod recipiat Willelmum Walkelin', venatorem, ad capiendum quatuor cervos in foresta de Brehull' ad opus regis. Teste rege apud Rading', viij. die Julii.

De mercato habendo.—Rex concessit Willelmo Bardulf quod ipse et heredes sui habeant imperpetuum unum mercatum in manerio de Herthill' per diem Veneris. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod mercatum illud ei habere faciat. Teste ut supra.

De respectu contentionis inter cives Cestrie et homines Coventrensis episcopi.—Mandatum est justiciario Cestrie quod loquelam que est coram eo de contentionibus ortis inter cives Cestrie et homines A. Coventrensis episcopi, de Cestria ponat coram rege apud Cestriam in crastino Nativitatis Beate Marie. Teste ut supra.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod in bosco de Furches faciat habere baillivis Bristoll' xx. quercus ad turellos circa villam Bristoll' gistandos. Teste ut supra.

De damis et uno cervo datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Breawello quod in foresta regis de Dene faciat habere Radulfo de Toeny sex damos et unum cervum, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Apperl' liberando a prisona.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Quia venerabilis pater O. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano [diaconus cardinalis] et apostolice sedis legatus, nobis significavit quod Reginaldus (*sic*) de Apperl', quem ad mandatum venerabilis patris R. Herefordensis episcopi, a te capi et per corpus suum tamquam contempnentem claves ecclesie [j]usticiari precepimus, beneficium absolutionis impendit, tibi precipimus quod ipsum a prisona nostra qua detinetur liberari facias quietum. Teste rege apud Rading', viij. die Julii.

Pro Imberto Pugeys.—Rex vicecomiti Sumerset', salutem. Scias quod commisimus Imberto Pugeys, valletto de camera nostra, terram illam cum pertinentiis in Norton' quam Ranulfus de Hurl' tenuit de baillio nostro ad se sustentandum in servitio nostro quamdiu nobis placuerit eodem modo quo predictus Ranulfus eam tenuit. Et ideo tibi precipimus quod eidem de predicta terra plenam seisinam habere facias sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in foresta de Chypeham faciat habere Roberto de Lexinton' x. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis; et siquis ei maeremium dare voluerit illud abducere permittat sine impedimento.

Pro executoribus Hugonis de Gurnay.—Mandatum est Ricardo de Lad' quod de bladis extantibus in terra de maneriis Subir' et Elteham, que fuerunt in manu Hugonis de Gurnay de ballio regis de terris Ricardi de Clar', permittat executores testamenti ipsius Hugonis disponere pro voluntate sua ad testamentum suum exequendum. Teste ut supra.

De clericis Oxonie captis deliberandis episcopo Lincolniensi.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Precipimus tibi quod Radulfum de Aundely, Ranulfum de Wokendon', Hugonem de Aylebyr', Walterum de Aylesbyr', Robertum de Sondrich', Walterum de Burnardescot', Johannem de la Broch' et Gregorium de Oggermor, clericos, qui sunt in prisona nostra Oxonie eo quod interfuerunt insultui facto in dominum legatum, ut dicitur, a prisona deliberes et liberari facias venerabili patri R. Lincolniensi episcopo, vel certo nuncio suo has litteras nostras deferenti; prisonam etiam nostram eidem episcopo accomodes ad clericos predictos et alios custodiendos in eadem, cum necesse fuerit, captos vel capiendos occasione predicta. Teste ut supra.

Pro Henrico de Nafford.—Mandatum est justiciariis de Banco quod appellum, quod Alanus de Morcot' et Thomas Slech' faciunt versus Henricum de Napford' de pace regis fracta, ponant in respectum

1238.

usque ad octabas Sancti Michaelis et interim auxilium et consilium apponant quod inter ipsum Henricum et dictos adversarios suos pax reformetur sicut magis viderint expedire. Teste rege apud Rading', x. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Colecestrie quod in bosco de Kingeswud' faciat habere Eudoni fratri regis x. quercus, de dono. Teste ibidem, x. die Julii, anno xxij.

De respectu.—Rex dedit respectum Johanni de Bercl' de demanda quam vicecomes Glouc' facit ei de secta ad comitatum Glouc' facienda usque in unum annum a die Sancti Petri ad Vincula anno xxij. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod respectum illum ei inde habere faciat. Teste ibidem, x die Julii.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere R. comiti le Bigod, iiij. cervos in foresta de Gauteris. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis Judeorum quod extendi faciant terram Mauricii le Angevin in Holecumb', que est vadium Judeorum, et facta extensione rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

De prohibitione mercati de Wardon', pro episcopo Lincolniensi.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod cartam R. Lincolniensis episcopi, quam habet ne aliquod mercatum teneatur apud Wardon' eo quod esset ad nocumentum mercati sui de Bannebir' in pleno comitatu suo legi faciat; et, si per cartam illam ei possit constare quod mercatum quod aliquando concessum fuit Henrico de Braibroc tenendum apud Wardon' prohibitum fuit ne ibidem teneretur eo quod fuit ad nocumentum mercati de Bannebir', tunc mercatum, quod rex concessit Gerardo de Furnevall' tenendum apud Wardon', prosterni et ibidem amplius teneri non permittat. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Norhumbria faciat habere Hugoni de Bolebec iiij. cervos, de dono regis. Teste ibidem, xj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Biset' quod in foresta de Wytlewud' faciat habere comiti Arundell' iiij. damos. Teste ut supra.

Pro Gileberto filio Rogeri Normanno.—Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Sciatis quod licentiam dedimus Gileberto filio Rogeri de Assartis implacitandi Petrum de Marevill' de manerio de Polleya cum pertinentiis, quod quidem manerium idem Gilebertus clamat esse jus suum non obstante eo quod idem Gilebertus Normannus est; et hoc vobis presentibus significamus. Teste rege apud Rading', ut supra.

1238.

Ne aliqui placita teneant de namiis captis et vetitis contra vadium et plegium. Rex vicecomiti Berk', salutem. Precipimus tibi quod omnibus de baillia tua qui dominica hundreda nostra habent in custodia scire facias et firmiter inhibeas ex parte nostra ne aliquis ipsorum in hundredis predictis aliquod placitum teneat de namiis captis et vetitis contra vadium et plegium set omnia hujusmodi placita ad comitatum veniant et ibidem deducantur coram vicecomite et comitatu secundum legem terre. Teste rege apud Rading', xij. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie.

De quercubus datis. Rex constabulario castri sui Porcecestr' salutem. Precipimus tibi quod in foresta nostra de Porcecestr' facias habere abbati de Bello Loco xl. quercus ad operationes ecclesie sue, de dono nostro. Teste rege apud Rading', xij. die Julii.

Pro Warino filio Geroldi, de molendino de Merleberg'. Mandatum est constabulario de Merleberg' quod, loco xl. solidorum quos dominus rex annuatim debet Warino filio Geroldi pro molendino de Merleberg', ei assignari faciat xl. solidos annuos in redditu assiso apud Merleberg' et in certo loco per visum et testimonium legalium hominum de eadem villa donec ei aliter providerimus. Teste rege ut supra.

[m. 9.] *Pro abbate de Bello Loco.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam abbatis de Bello Loco quam Johannes rex abbatie de Bello Loco fieri fecit legi faciant et secundum tenorem ejusdem carte allocari faciant eidem abbati quietantiam quam habere debet de amerciamentis suis et hominum suorum de itinere justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu Berk'. Teste rege ibidem, xij. die Julii. [*Note in the margin*] *quia inferius.*

Pro Agnete de Amundevill'.—Rex Johanni Byset, justiciario de foresta, salutem. Si Agnes de Amudevill' vobis invenerit xij. bonos et legales plegios faciatis ei habere custodie (*sic*) bailie quam clamat tenere de nobis jure hereditario in foresta nostra de Fekeham, ita quod dictam bailliam nullo modo tradat alicui de filiis suis sine nostra licentia et speciali mandato nostro. Et si fecerit, ipsam bailliam statim in manum nostram capiatis nec eam dimittatis donec super hoc a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Rading', xij. die Julii.

Pro Emerico de Cancell'.—Rex perdonavit Emerico de Cancell' duodecim libras que, preter illas xx. libras de quibus reddit regi centum solidos per annum ad Scaccarium regis, exiguntur ab eodem per summonitionem predicti Scaccarii de tempore quo fuit vicecomes Sussex'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xij. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Windes', xij. die Julii.

Mandatum est etiam vicecomiti Suth' quod ei pacem inde habere permittat. Teste, xv. die Julii.

1238.

Pro Boydyno Maylard'.—Rex accepit per inquisitionem quod Henricus rex, avus regis, concessit Boydino patri Walteri Maylard' quatuor libras in feodo et hereditate percipiendas de tenemento quod Thomas de la Dun' modo tenet de rege in capite ita quod predicte quatuor libre hereditarie descenderent ad predictum Walterum. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Johanne que fuit uxor predicti Walteri de tertia parte predictarum quatuor librarum nomine dotis sue que eam contingit de predictis quatuor libris. Teste ut supra.

Pro justiciario Hybernie.—Rex justiciario suo Cestrie, salutem. Significavit nobis dilectus et fidelis noster M. filius Geroldi, justiciarius noster Hybernie quod de partibus Hybernie misit duo millia marcarum usque Cestriam ad opus nostrum. Et ideo vobis mandamus quod denarios illos recipiatis et illos salvo custodiatis donec aliud inde vobis mandaverimus. Teste rege ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum quod extendi faciant terras Willelmi de Marisc', vadletti Roberti de Creppinges, que sunt vadium Judeorum et secundum valorem terre et quantitatem debiti rationabiles terminos et rationabilem finem ei habere faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Paulino Peyvre x. quercus in foresta nostra de Poghel' ad domos suas apud Tudingdon' reparandas, de dono nostro.

De vinis retinendis apud Bristoll'.—Rex baillivis suis Bristoll', salutem. Precipimus vobis quod, si dolia vini, que retineri precipimus ad opus nostrum in villa vestra et cariari versus partes Glouc', nondum cariata sint, tunc non retineatis ad opus nostrum de vinis illis nisi tantummodo xxx. dolia vini que nusquam cariari faciatis donec a nobis aliud habueritis preceptum; et residua vina liberari faciatis mercatoribus a quibus ea recepistis si presentes fuerint et si presentes non sint ea vendi faciatis sicut melius poteritis et denarios inde provenientes salvo custodiatis ad opus nostrum donec aliud preceperimus. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Sanford' quod faciat habere Johanni de Monem' in foresta de Braden' x. damos, de dono regis. Teste rege apud Windl', xiiij. die Julii.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Gerardi de Huwell', quondam coronatoris regis in Keestevene, unum coronatorem qui prestito sacramento sicut fieri solet extunc faciat et conservet, una cum sociis suis coronatoribus regis de comitatu Linc', ea que ad coronam regis pertinent in Keesteven'; et talem eum eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

1238.

De hominibus Magistri Templi non distringendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non distringat homines Magistri Milicie Templi in baillia sua ad dandum denarios in auxilium sustentationis servientum assignatorum ad conservationem pacis in partibus illis desicut homines sui parati sunt sicut et alii ad conservandum pacem regis quantum ad eos pertinet. Teste rege apud Windles', xv. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Hugoni de Pateshull', thesaurario regis, sex damos in foresta regis de Rokingham, de dono regis. Teste rege apud [Basingestok' *erased*] Wintoniam, xvij. die Julii, per litteras sigillatas privato sigillo suo.

Pro hospitali de Ofsprung.—Mandatum est baillivo de Ofsprung quod faciat habere fratribus hospitalis de Ossprung' xiij. quarteria frumenti ad sustentationem suam, de dono regis. Teste ut supra per litteras etc.

[*Schedule.*]—Mandatum est vicecomiti Salop' et Staff' quod de maneriis que rex commisit Henrico de Hasting' et Ade uxori ejus in tenentiam donec eis rationabile escambium fecerit pro parte que ipsam Ade (*sic*) contingit de comitatu Cestrie et de quibus maneriis predictus vicecomes eisdem Henrico et Ade seisinam fecit per preceptum regis, faciat habere ipsis Henrico et Ade redditum de termino Sancti Johannis Baptiste proximo preteriti. Teste rege apud Wind', xv. die Julii.

De quercubus datis.—Rex Johanni de Nevill', salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Willelmo de Burgo iiij. bonas quercus in bosco nostro de Wauberg' ad maeremium inde faciendum, de dono nostro. Teste rege apud Chauton', xviij. die Julii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Suhamt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Paulino Peyvre et Thome de Newerc unum dolium vini, de dono regis. Faciant etiam habere majori Wintonie duo dolia vini, unum scilicet de primis et unum de ultimis, reddenda pro duobus doliis vini captis apud Wintoniam ad opus regis. Teste rege ut supra.

De lapidibus talliandis.—Mandatum est Paulino Pevir' et Thome de Newerc quod de operationibus quas homines episcopatus Wintonie regi debent, episcopatu predicto vacante et in manu regis existente, talliari faciant lapidem ad magnam portam castri Wintonie. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod sine dilatione faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', vij. cervos in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Rading', xij. die Julii. [*Note in the margin*] *Data ut supra.*

Pro Thoma le Tablel.—Rex Paulino Peyvre et Thome de Newerc, custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecimus et quam nobis misistis quod Radulfus

1238.

le Tablel pater Thome le Tablel, cujus heres ipse est, tenuit terram suam de Ebbleburn' de Willelmo de Braos' et idem Willelmus de episcopo Wintoniensi, vobis mandamus quod de predicta terra de Ebbleburn', quam in manum nostram cepistis post mortem ipsius Radulfi, occasione mortis Petri quondam Wintoniensis episcopi, predicto Thome sine dilatione plenam saisinam habere faciatis, salvo heredibus Willelmi de Braos' relevio predicti Thome quando illud ab eo postulare voluerint. Teste rege apud Guldeford', xix. die Julii.

De vinis datis.—Rex custodibus vinorum suorum London', salutem. Precipimus vobis quod de vinis nostris Wasconie que sunt in custodia vestra faciatis habere Engelardo de Cygoyny duo dolia vini de dono nostro. Teste rege ut supra.

De saisina facienda.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Quia [constat nobis] per inquisitionem quam rex fieri precepit quod Rogerus de Caple, suspensus pro felonia, tenuit de Radulfo de Gedefen xxiiij. acras terre in Caple et quod terra illa exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem, tibi precipimus quod de predictis xxiiij. acris sine dilatione plenam saisinam habere facias predicto Radulfo. Teste ut supra.

De venatoribus mittendis.—Rex Johanni de Nevill', salutem. Mittimus ad vos Philippum de Candevre et Johannem le Fol, venatores nostros, cum canibus nostris cerverettis ad currendum in foresta nostra Huntind' extra coopertum de Wauberg' ad cervos quotquot poterunt ibidem capiendos et ad currendum postea in foresta nostra de Selveston' ad cervos quotquot poterunt ibidem capiendos. Et ideo vobis mandamus quod ipsos ad hoc recipiatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Julii.

Rex mittit Willelmum May et Willelmum Luvel ad currendum in foresta Hunt' extra coopertum de Waub' ad capiendum ibidem xx. damos, et mandatum est Johanni de Nevill' quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De xj. libris tradendis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod xj. libras quas recepit de terra episcopatus Wintoniensis post mortem P. quondam Wintoniensis episcopi, in honore de Taunton' et quicquid amplius inde recepit liberari faciat Petro de Wakering'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Paulino Peyvre et Thome de Newerc' quod in bosco de la Wasse faciant habere G. comiti Marescallo, xij. quercus ad faciendum inde pannas ad aulam suam de Hamsted', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Stephano de Segrave.—Rex concessit Stephano de Segrave residuum manerii de Staunton' cum pertinentiis quod est in manu regis tenendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie et Huntind' quod plenam saisinam ei inde habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario castri de Kenylleworth' quod in haya regis de Kenilleworth' faciat habere Galfrido de Langel' sex quercus integras cum omnibus pertinentiis, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 8.] *De venatore admittendo.*—Mandatum est Avicie de Columbariis quod admittat Rogerum de Stopham ad capiendum xx. damos in baillia sua. Teste rege apud Westmonasterium, xxiv. die Julii.

Eodem modo scribitur Galfrido Esturmy de lx. damis capiendis in baillia sua.

Pro hominibus de Kyngeston'.—Rex vicecomiti Surr', salutem. Datum est nobis intelligi quod cum nuper inquiri faceres de morte cujusdam hominis apud Kingeston' et ad hoc summoneri faceres duo hundreda ejusdem ville tu amerciasti homines nostros ejusdem ville et de amerciamento exigis ab eis v. marcas eo quod omnes de hundredis illis xij. annos habentes ad summonitionem illam non venerunt pro inquisitione predicta facienda. Et, quia ad te non pertinet pro hujusmodi et tali occasione homines predictos amerciare, tibi precipimus quod ipsos de amerciamento predicto pacem habere permittas nec decetero ipsos homines nostros in eo vel aliis vexes vel vexari permittas contra libertates quas habent per cartam domini Johannis regis, patris nostri quibus libertatibus hucusque usi sunt. Teste rege ut supra.

Pro priore Sancte Fretheswid'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod ad terras quas Hugo de Rollendrict', nuper suspensus pro felonia, tenuit in vilenagio de priore Sancte Fretheswyde Oxonie manum non apponat occasione suspensionis et felonie predicte seu occasione anni et diei quos credebat dominum regem habere in terris predictis. Teste ut supra.

Pro abbatia de Tarent'.—Mandatum est [baillivo *erased*] custodi vinorum [suorum *erased*] regis Suhamt' quod faciat habere fratri Willelmo de Tarent', de vinis que sunt in custodia sua, unum dolium vini ad missas celebrandas in abbatia de Tarent', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Kenyllewurth' quod faciat habere Galfrido de Langel' vj. quercus integras cum omnibus pertinentiis in haya de Kenyllewurth' ad faciendum inde maeremium ad se hospitandum apud Pynel', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo, de saisina.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Scias quod Willelmus de Cantilupo junior finem fecit nobiscum per quingentas marcas pro habenda custodia terrarum et Juliane filie et heredis Hugonis de Gurnay, cum maritagio ejusdem filie, simul cum custodia et maritagio pueri ex quo natus fuerit de quo Matildis que fuit uxor predicti Hugonis dicit se esse impregnatam. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris, quas predictus Hugo habuit in baillia tua et de quibus obiit seisitus ut de feodo, predicto Willelmo plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

1238.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Norf'.

Mandatum est militibus et liberis hominibus tenentibus de terris que fuerunt predicti Hugonis quod eidem Willelmo tamquam custodi suo intendentes sint et respondentes. Teste rege ut supra. [*Marginal note*] *Littere ille patentes fuerunt.*

Pro Petro Grimbald'.—Rex constabulario castri Windles', salutem. Scias quod concessimus Petro Grimbald' quod pro warda debita predicto castro de Windles' de baronia Henrici de Pynkeny non distringatur idem Petrus occasione manerii de Dachet quod tenet ad terminum de eodem Henrico quantum terminus suus duraverit set per alias terras suas distringatur predictus Henricus pro warda predicta. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Petrum vel tenentes suos de predicta terra non distringas pro warda illa set ad alias terras ipsius Henrici distringendas pro eadem warda te capias. Teste ut supra.

Pro Imberto Pugeys.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod l. solidos et quinque denarios, quos cepit de terra de Norton' post mortem Ranulfi de Hurul' qui eam tenuit de ballio regis, liberet Ymberto Pugeys' vel certo nuncio suo de dono regis, cui rex terram illam commisit quamdiu ei placuerit. Teste ut supra.

De bladis maneriorum episcopatus Wintonie coadunandis.—Mandatum est Paulino Peyvr' et Thome de Nywerk' quod blada singulorum maneriorum episcopatus Wyntonie de operationibus eorundem maneriorum et sumptibus regis fideliter [faciant colligi] et coadunari sicut de operationibus illis et ad sumptus P. quondam Wyntoniensis episcopi, consueverunt blada eorundem maneriorum colligi et coadunari, ita tamen quod hoc fiat per visum et testimonium eorum quos executores testamenti predicti episcopi ad hoc assignaverint in singulis maneriis predictis, quos quidem ad hoc recipiatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi de Taunton'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Waltero de Burgo quod in foresta de Chippeham faciat habere Johanni de Pless' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Julii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Willelmo Dun et Elene, uxori ejus, tria robora in baillia sua ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis ducendis.—Mandatum est Paulino Peyvre et Thome de Newerc quod permittat (*sic*) Galfridum de Insula, vicecomitem Suhamt', sine impedimento abducere xxv. fusta que in parco de Meredon' prostrata sunt ad operationes castri Wintonie faciendas. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Eboracensi.—Mandatum est Reginaldo forestario quod sine impedimento chemini permittat Eboracensem archiepiscopum cariare maeremium quod abbas Abbendon' ei dedit. Teste ut supra.

1238.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Petro Grimbaud duos damos in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Rex concessit Johanne que fuit uxor Radulfi filii Bernardi quod in uno loco assignetur ei dos sua de omnibus terris que fuerunt predicti Radulfi quondam viri sui. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod dotem suam eam contingentem de omnibus terris que fuerunt predicti Radulfi ei per visum et testimonium legalium hominum in uno loco in baillia sua faciat assignari. Teste ut supra. Per W. de Ralegh.

Pro Waltero le Fiz Nel.—Mandatum est Radulfo Hareng et sociis suis, justiciariis ad gaiolam Eylesbyr' deliberandam, quod si Walterus le Fiz Nel qui captus est pro malo retto, ut dicitur, per inquisitionem vel per judicium vel per patriam sit dampnabilis, tunc significetis nobis occasionem quare est dampnabilis antequam reddatis inde judicium. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Sancto Briavello faciat [habere] Magistro Petro de Burdeg' clerico x. quercus ad se hospitandum apud Welinton', de dono nostro, et permittas (*sic*) quod idem Magister habeat in eadem for sta husbot et heybot sicut predecessor suus habere consuevit temporibus suis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere [Willelmo de Cantilupo juniori *erased*] Wischard' Ledet in foresta de Rokingeham extra landas regis duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Essex' extra parcum faciat habere Magistro Milicie Templi quinque damos, de dono regis.

Eodem modo scribitur Johanni Biset de v. damis de dono regis. Teste apud Guld', xxvij. die Julii.

De vinis captis apud Bristoll' reddendis.—Mandatum est baillivis Bristoll', quod xx. dolia vini que nobis remanserunt de quater xx. doliis vini que cepistis ad opus nostrum in villa Bristoll' de diversis mercatoribus et de quibus cariari fecistis ad mandatum nostrum lx. dolia usque Wigorn' reddi faciatis mercatoribus quorum sunt. Teste ut supra.

Pro Predicatoribus Lond'.—Mandatum est constabulario Windl' et custodi operationum suarum ibidem quod de ultimo rogo qui factus est apud Windles' ad operationes regis faciendas faciant reddi Predicatoribus Lond' tot quarteria calcis quot ab eisdem fratribus nuper mutuo capta fuerunt ad operationes regis ibidem. Teste rege apud Guldeford', ut supra.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Magistro Nicholao de Farenham x. quercus in baillia Galfridi de Bagsh[e]te ad quandam grangiam faciendam apud domos suas de Greneford. Teste ut supra.

[*De*] *terra extendenda.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendant terram Magistri Johannis le Porter in Sanregge que est vadium Judeorum et ei rationabilem finem et rationabiles terminos ei (*sic*) inde habere faciant. Teste ut supra.

[m. 7.] Mandatum est Magistro hospitalis de Syreburn' quod Aliciam, que fuit uxor Johannis de Herteburn', in domum suam admittat et ei tamquam sorori ejusdem domus faciat necessaria ministrari. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Hybernia. Pro Willelmo Bloet.—Mandatum est justiciario Hybernie quod in terris vel escaetis de conquestu extra dominica regis in Hybernia per visum Petri Grimbaud provideat xx. libratas terre ad opus Willelmi Bloet, militis A. comitisse Penbr', sororis domini regis, ad minus nocumentum nostrum et ad minus dampnum et gravamen ipsius, et ex quo eas providerit dominum regem inde certificet et consilium regi significet per eundem Petrum in reditu suo de partibut Hybernie. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, si Nicholaus filius Eudonis, captus et detentus in prisona regis Walingef' pro morte Rogeri molendinarii unde rettatus est, invenerit ei xij. probos et legales homines etc. tunc ipsum tradat in baillio etc. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est justiciario Hybernie quod diligenter inquirat per probos et legales homines utrum Donatus quondam archiepiscopus Armacanus fuit seisitus de manerio de Tarmenphyghyn quando ultimo exivit terram nostram Hybernie ante obitum suum, nec ne; et si tunc fuit inde seisitus capiat manerium illud in manum regis una cum custodia aliarum terrarum ejusdem archiepiscopatus ad respondendum inde ad Scaccarium regis Dublin' donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Roberto de Crepping'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Stephanum filium Petri et Robertum de Crepping', qui est in servitio regis in partibus borealibus, de xiij. marcis quas idem Stephanus exigit ab eodem Roberto ponat in respectum usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis, anno xxij. Teste ut supra.

Pro Willelmo scissore.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Willelmo scissori nostro per cartam nostram quam habet quod illam carucatam terre in Godested' et Weston', unde prius reddere consuevit ad Scaccarium xxv. solidos et vj. denarios et tres quadrantes, teneat sibi et heredibus suis reddendo inde unum espervarium sorum per annum pro omni servitio. Et ideo vobis

1238.

mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis a tempore confectionis predicte carte: [et] de predictis xxv. solidis, vj. denariis et iij. quadrantibus per annum quietum esse faciatis, salvo nobis et heredibus nostris annuo redditu espervarii predicti.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Willelmo de London', clerico domini regis, v. quercus in bosco regis de Danegris, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere Roberto de Gouiz duos damos, de dono [regis]. Teste rege apud Farenham, xxix. die Julii.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Ernaldo de Bosco in foresta de Selvestun' duos damos, de dono [regis]. Teste ut supra.

Pro abbate de Waverl'.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Bene recolimus concessionem quam nuper abbati de Waverl' fecimus de terris et tenementis in Netham que quidam homines nostri de Aulton' tenuerunt sine waranto nostro aut predecessorum nostrorum, regum Anglie. Et quia per considerationem curie nostre nuper disrationavimus versus Petrum de Heys xvj. acras terre cum pertinentiis in eadem villa ratione predicta, de quibus idem Petrus vocaverat ad warantum Gilebertum de Popham, vobis mandamus quod eidem abbati de predictis xvj. acris terre sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Sutton', xxx. die Julii.

De compoto Johannis filii Philippi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod a die Sancti Michaelis in tres septimanas audiant compotum Johannis filii Philippi de exitibus episcopatus Dunelmensis de tempore quo fuit in custodia sua per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Thorneya.—Rex R. de Lexint' et sociis suis, justiciariis de Banco, salutem. Quia, cum nuper vobis dedissemus in mandatis quod ad certum diem venire faceretis coram nobis recordum loquele que nuper fuit coram vobis per preceptum nostrum de patronatu abbatie de Thorneya, non fuit, sicut non est, intentionis nostre inde placitare quia inde sumus in saisina, vobis mandamus quod nullum recordum inde fieri vel nobis mitti faciatis set executioni illius mandati penitus supersedeatis nichil omnino inde facientes donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Merewell,' j. die Augusti. Per ipsum dominum regem.

De cervis datis.—Mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod faciat habere Johanni filio Philippi vij. cervos in foresta de Wiredal', de dono regis. Teste ut supra.

De balistis recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod xl. balistas quas J. filius Philippi ei liberabit recipiat ab eo, ita quod

1238. inter ipsum et dictum vicecomitem [fiat] inde cyrographum, cujus una pars penes ipsum Johannem resideat et alia pars penes vicecomitem qualiter eas receperit. Teste rege apud Merewell, primo die Augusti.

Pro Johanne de Mez.—Rex concessit Johanni de Mez, vidulatori suo, liberationem duorum denariorum et j. oboli in die quam Simon Peytevin' percipere consuevit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant. Teste rege apud Merewell', ij, die Augusti.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suthant' quod de vinis regis que habent in custodia sua faciant habere Luce de Drumar' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Merewell', iij. die Augusti, anno etc.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Clive faciat habere A. comitisse Penbr', x. damos et quinque cervos, de dono nostro. Teste rege apud Merewell' iiij. die Augusti.

De quodam prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod Walterum Fairman, prisonem abbatis de Bello Loco Regis, qui rettatus est de morte Dubuin et quem idem abbas ei liberabit, recipiat et salvo custodiat etc. Teste ut supra.

De vi ecclesie de Wellop' amovenda.—Quia rex non vult quod aliquis se teneat in ecclesia de Welhop vel in domibus ejusdem ecclesie vi et manu armata, mandatum est vicecomiti Suht' quod sive persona ejusdem ecclesie sive Walterus filius Petri se teneant in ecclesia illa vel in domibus ejusdem ecclesie in manu armata, vim eorum amoveat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Essel' quod in [foresta de *erased*] la Ber' faciat habere Fratribus Minoribus Wintonie iij. quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ernisio de Dunheved xx. marcas per quas finem fecit cum justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Sumers' pro misericordia in qua incidit coram eis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Merewell', v. die Augusti.

Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra. Per Galfridum Disp'.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod in foresta de Clarendon' faciat habere recluse de Bretford' tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De equis arestatis.—Mandatum est ballivis de Portesm' [portus Dovr' *erased*] quod duos equos qui sunt Roberti Dorival et Reginaldi de Sancta Bona quos arestaverunt, si eos in partibus istis vendere voluerint, libere id facere eos permittant, sin autem non, permittant eos dictos equos ad partes transmarinas abducere. Teste ut supra.

1238.

Pro abbate Abbendon'.—Mandatum est Reginaldo forestario quod permittat abbatem Abbendon' in bosco suo de Wyssel' capere xv. quercus et inde cariare sine impedimento ad stalla in choro suo facienda. Teste rege apud Merewell', vj. die Augusti.

De cervis datis, pro episcopo Karleolensi.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere in foresta de Karleolo W. Karleolensi episcopo, decem cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per Johannem filium Galfridi.

Pro Thoma de Sancto Johanne et Petro filio Galfridi.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod si Thomas de Sancto Johanne et Petrus filius Galfridi, capti et detenti in prisona de Guldeford', invenerint ei salvos et securos plegios de stando recto quando et ubi rex preceperit de transgressionibus factis in foresta et parcis W. comitis Warenn', unde rettati sunt, tunc eos a prisona regis deliberet et ubi voluerint libere abbire permittat et nomina plegiorum regi scire faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quodam prisone recipiendo.—Mandatum est baillivis Brehull' quod Henricum prisonem quem habent in custodia sua, qui dicit se esse nuntium episcopi Cycestrensis, cancellarii regis, liberet vicecomiti Buking' cui rex mandavit quod illum recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde habuerit mandatum. Teste rege apud Wintoniam, viij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere Magistro Nicholao de Farenham tres damos in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra. Per Robertum de Muscegros.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Suhamt' quod de vinis suis que sunt in custodia sua faciant habere Willelmo de Gardinis unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Augusti. Per ipsum dominum regem.

De damis datis, pro J. de Lexinton.'—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Johanni de Lexinton' iij. damos, de dono regis. Teste ut supra. Per Johannem filium Galfridi.

Pro Imberto Pugeys, de manerio de Bampton'.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Mandamus vobis quod assumptis vobiscum probis, discretis et legalibus hominibus extendi faciatis in manerio nostro de Bamton' quod est de honore Bononie quindecim libratas terre in dominicis, redditibus, servitiis hominum et aliis exitibus terre in loco competenti et cum extentam illam feceritis Imberto Pugeys plenam saisinam inde habere faciatis, quas quidem xv. libratas terre ei dedimus ad se sustentandum in servitio nostro donec eidem providerimus in xx. libratis terre vel amplius, videlicet in wardis vel eschaetis vel maritagiis, et extentam illam et particulas ejusdem sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit nobis scire faciatis. Teste ut supra.

1238.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de Fekeham faciat habere W. episcopo Wigorniensi, x. damos, de dono regis. Teste ut supra. Per fratrem G.

Mandatum est Henrico de Dun' quod in foresta de Clarendon' faciat habere Johanni filio Galfridi duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. Peyvr' et Thome de Newerc' quod faciant habere vicecomiti Suhamt' x. quercus in bosco de Meredon' extra parcum ad faciendum inde pontem turneicium extra portam castri Wintonie. Teste ut supra.

De auro fabricando in civitate London'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod eligi faciant vj. de fidelioribus et discretioribus aurifabris civitatis Lond' qui melius et utilius sciant et velint intendere ad commodum regis et totius regni ad aurum fabricandum secundum formam coram domino rege provisam; quos quidem jurare faciant quod dictam formam bene et fideliter facient observari, videlicet quod nullus aurifaber decetero aliquod aurum operetur unde marca non valeat c. solidos ad minus; item nullus aurifaber operetur de aliquo argento quod non valeat in se quantum valeat moneta regis; item nullus operetur in loco secreto vel alibi quam in foro regis et super stratam publicam; item nullus apponat alium colorem super aliquod aurum quam de seipso nisi tantum super filum auri; item nullus apponat aurum super latonem vel cuprum nec aliquam petram de pretio neque aliquam aliam nisi de vitro super anulum vel firmaculum vel zonam de serico vel hujusmodi jocalia; ipsi etiam major et vicecomites diligentiam adhibeant ad predictam formam observandam. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod habere faciat Carleolensi episcopo iiij. damos in Syrewud', de dono [regis]. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Aundely quod in foresta de Gillingeham faciat habere constabulario de Corf iiij. quercus ad pontem turneicium ejusdem castri reparandum. Teste ut supra.

Mandatum est baillivo de Ber' de Esl' quod faciat habere vicecomiti Suhamt' x. quercus in baillia sua ad faciendum inde pontem turneicium extra portam castri nostri Wintonie. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis Judeorum quod extendant terram Widonis de Semplingham in comitatu Norf' que est vadium Judeorum et secundum extentam illam rationabilem finem et rationabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra. Per Galfridum Dispensar'.

De estoverio capiendo.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod per visum forestariorum et viridariorum permittat constabularium

1238.

de Merleberg' capere in Chet rationabile estoverium ad domos de Lutegareshal' reparandas et ad caruceas ibidem faciendas et ad alia necessaria. Teste rege apud Merewell', x. die Augusti.

Pro Michaele Maii.—Mandatum est Paulino Peyvre et Thome de Newerc', custodibus episcopatus Wintoniensis, quod faciant habere Michaeli May, quondam pincerne episcopi Wintoniensis, plenam saisinam de quadam terra in West Wycumb' quam episcopus Wintoniensis ei dedit antequam decessisset et quam in manum regis ceperunt ratione episcopatus vacantis et in manu regis existentis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod distringat milites et libere tenentes de manerio de Chyweton' ad faciendum consuetudines et servitia Hugoni de Vivon' cui manerium illud rex commisit qualia fecerunt et facere debuerunt Philippo de Albiniaco dum manerium illud fuit in manu sua. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

Pro Willelmo Chubbe.—Rex concessit Willelmo Chubbe catalla que fuerunt Roberti de Slad' et Galfridi de Greneslad', suspensorum pro morte Willelmi de Molis. Et mandatum est vicecomiti Devon' quod catalla illa ei habere faciat et quantum catalla illa valeant et quantum terre predictorum suspensorum regi valere possent per unum annum et unum diem; si rex eas in manu sua teneret, regi scire faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis et prosternendis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere vicecomiti Glouc' x. quercus in baillia sua ad operationem turris Glouc' faciendam. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod quercus illas prosterni et cariari faciat usque Glouc' ad faciendam inde operationem predictam. Teste ut supra.

Pro Matilde de Vallibus.—Rex vicecomiti Sumers', salutem. Monstravit nobis Matildis de Vallibus graviter conquerendo quod cum nuper preceptum nostrum reciperes de assignandis centum solidatis terre Roberto de Braibof in ballia tua de terris Johannis Marescalli qui, ut dicitur, nullas terras ibidem habet in dominico nisi terram quandam quam predicta Matillis tenet ad terminum adhuc duraturum usque in septem annos, de qua precepimus per deceptionem curie nostre seisinam fieri predicto Roberto, tu ea occasione ipsam Matillidem de terra predicta disseisire voluisti. Et ideo tibi precipimus quod executionem predicti precepti nostri de seisina predicta facienda predicto Roberto ponas in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis in xv. dies (*sic*) anno regni nostri xxij. ut tunc per justiciarios nostros de Banco certificari possimus de deceptione predicta et plena inde predicte Matillidi justicia exhibeatur. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhamton' quod, ad mandatum justiciariorum nostrorum assignatorum ad gaiolam Notingh' deliberandam, venire faciat coram eis viginti homines de comitatu

1238.

Norhamton' quorum nomina ipsi justiciarii tibi (*sic*) scire faciena et quos quidam probator, captus et detentus in prisona nostra Notingham', appellat de soci[et]ate latrocinie et roberie. Teste ut supra.

Pro Galfrido le Chamberleng.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod cum Galfridus filius Simonis le Chamberleng finem fecisset nobiscum per xx. marcas pro habenda custodia terre et Ysabelle filie et heredis Thome de Eston' cum maritagio ejusdem Ysabelle cujus custodia ad nos pertinebat ratione episcopatus Wigorniensis, tunc vacantis et in manu nostra existentis, Robertus de Salflet' consanguineus Willelmi, quondam Wigorniensis episcopi, ad nos postea accedens nobis ostendit quod dictus episcopus predictam custodiam et maritagium ipsius Isabelle diu ante mortem suam ei concessit et ipsam, vivente ipso episcopo, duxit in uxorem; super quod utrum ita esset necne inquisitionem fieri fecimus; et quia per ipsam inquisitionem plenius accepimus quod predictus episcopus concessit predicto Roberto custodiam et maritagium ejusdem Isabelle et quod ipsam desponsavit in vita ipsius episcopi, ita quod predictus Galfridus le Chamberleng predictam custodiam et maritagium ejusdem Isabelle non habuit, vobis mandamus quod de predictis xx. marcis quas ab eodem Galfrido exigitis per summonitionem Scaccarii nostri ipsum quietum esse faciatis. Teste rege apud Waltham, xij. die Augusti.

Et mandatum est eodem modo vicecomiti Wigornie et quod de predictis xx. marcis eidem Galfrido pacem habere faciat. Teste rege ut supra.

[m. 6.] *De damis datis.*—Mandatum est Johanni Byset quod in Nova Foresta regis faciat habere Hugoni Paynel' tres damos, de dono regis. Teste rege apud Waltham, xiij. die Augusti.

Pro Amfrido de Fering' et sociis suis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Gilebertus de Say, Amfridus de Fering', Radulfus de Chastel, Ricardus Everardi, Radulfus Gobithegrund, Stephanus del Molin, Willelmus le Lech', Radulfus de Cardul et Willelmus de [Elenne *erased*] Elne, quos tenet in prisona per inquisitionem super eos per preceptum regis factam pro forisfacto quod fecerunt in parcis, warennis et forestis W. comitis War', de Sussex' invenerint ei salvos plegios ad respondendum coram rege de predicto forisfacto ad summonitionem regis, tunc eos per predictam plevinam a prisona predicta deliberet. Teste ut supra. Per J. de Gatesd'.

Pro Rogero de Merlay.—Rex perdonavit Rogero de Merlay transgressionem quam fecit capiendo quendam damum in warenna Porecestr' occasione cujus transgressionis constabularius Porecestr' homines et canes ipsius Rogeri arestari fecerunt (*sic*). Et mandatum est eidem constabulario quod ipsos deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro priore et conventu Sancti Swithuni Wintonie, de respectu.—Rex Paulino Peyvre et Thome de Newerc', salutem. Sciatis quod respectum dedimus priori et monachis Sancti Swithuni Wintonie de serviente assignando ad ostium celarii domus sue, sicut ad nos pertinet

1238.

ratione episcopatus Wintoniensis vacantis et in manu nostra existentis, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod de serviente illo et aliis in quibus dicimus nos jus habere versus illos respectum eos habere permittatis donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Merewell', xiij. die Augusti.

Pro Matilde que fuit uxor Hugonis de Gurnay.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnes homines de manerio de Mapeldureham tam milites quam liberos homines et alios qui tenuerunt de Hugone de Gurnay intendentes et respondentes esse faciat Matildi que fuit uxor ipsius Hugonis de servitiis suis tanquam domine sue, cui predictum manerium assignatum est nomine dotis per Willelmum de Cantilupo qui de concessione regis habet custodiam terre et heredis predicti Hugonis. Teste rege apud Merewell', xiij. die Augusti.

Pro abbate de Fyscannis.—Rex baillivis de Rya, salutem. Monstravit nobis baillivus abbatis de Fiscannis in Anglia quod catalla, que fuerunt Hugonis mercatoris, filii Willelmi Dude, suspensi, in villa de Rya ad valentiam xxx. solidorum que sunt in manu Roberti mercatoris et Willelmi Baufiz, pertinent ad ipsum abbatem ratione libertatis quam idem abbas clamat habere in eadem villa de Rya de nobis et predecessoribus nostris, regibus Anglie. Et ideo vobis mandamus quod si ita est tunc predicta catalla ad opus ipsius abbatis predicto baillivo habere faciatis. Teste rege apud Merewell', xv. die Augusti.

De quodam damo dato.—Mandatum est R. de Wrotham, constabulario de Brug' Walteri, quod in parco de Brug' faciat habere uxori Galfridi de Langel' unum damum, de dono regis. Teste ibidem, xvj. die Augusti.

De quercubus datis.—Rex Paulino Peyvr' et Thome de Newerc', custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere fratri Johanni, elemosinario nostro, sex quercus in bosco de Meredon' ad maeremium inde faciendum ad operationem elemosinarie nostre Wintonie. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Rogero de Ravelingeham iij. bonas quercus ad faciendum inde maeremium ad se hospitandum apud Bugeden', de dono regis.

Rex Rogero de Dauntes', Alexandro de Cheverel, Reginaldo de Caln' et Henrico Kaynel, salutem. [*Entry unfinished and erased.*]

Rex constabulario de Bruges, salutem. Scias quod prebendam que fuit Johannis Sarraceni in capella nostra de Bruges contulimus Johanni de Sancto Amando, clerico, cum pertinentiis ejusdem prebende. Et ideo precipimus quod ipsum in prebenda illa installes. Teste apud Merewell', xvij. die Augusti.

[*Cancelled.*] *Quia in rotulo clausarum* (*sic*).

1238.

De corporibus quorundam malefactorum capiendis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod in propria persona eat apud Wyk' et capiat corpus Rogeri de Bello Campo pro malefacto foreste nostre unde rettatus est et illum salvo custodiri faciat donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' quod eat usque Chyppeham, Hornisgesham, Maumebur', Dauntesye et [Lacok' *erased*] la Hok' et corpus Henrici Harding' apud Chipeham, corpus Ade de Hornigesham apud Hornigesham, corpus Walteri Nigri apud Maumebyr', corpus Rogeri Potery apud Dauntesye, corpus Nicholai de la Hok' apud la Hok' capiat pro malefacto foreste.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendant terram Willelmi Wytepuse in Rolling', que est vadium Benedicti filii Hakin, Judei Cantuarie, et ei rationabiles terminos et rationabilem finem ei inde habere faciant.

Eodem modo scribitur eisdem justiciariis pro Ada filio Simonis de terra sua extendenda que est vadium Urselli Leonis, Judei Wintonie. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Lambresard'.—Mandatum est Waltero de Burgo quod terram quam Alexander capellanus de Stysted' tenuit de Ada de Rytheresfeud' qui, convictus fuit de felonia [rex] commisit Gerardo de Lambresard' quamdiu regi placuerit cum bladis ejusdem terre ad dominum regem pertinentibus. Et mandatum est eidem Waltero quod de predicta terra cum predictis bladis seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

De prioratu de Davintr'.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod omnem vim laicam quam invenerit in prioratu de Davintr' cum armis et sine armis amoveri faciat, non permittens aliquos in prioratu illo morari nisi solummodo monachos ejusdem prioratus et familiam suam consuetam et, si quos tales invenerit, illos capiat ita quod eos habeat coram rege in crastino Sancte Crucis sicut alias ei preceptum fuit. Teste ut supra.

Pro Margareta que fuit uxor Rogeri filii Pagani.—Mandatum est vicecomiti Dors' et Sumers' quod Margarete que fuit uxor Rogeri filii Pagani, cui rex concessit custodiam terrarum et heredum ipsius Rogeri per finem factum cum rege, talem seisinam habere faciat de omnibus terris cum pertinentiis que fuerunt ipsius Rogeri in ballia sua qualem rex inde habuit post mortem predicti Rogeri, et in seisina illa ipsam manuteneat. Teste rege apud Merewell', xvij. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de Feckeham faciat habere Ysabelle de Mortuo Mari duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. de Muscegros.

De vi amovenda de ecclesia de Tunebrugg'.—Rex vicecomiti Kanc', salutem. Quia venerabilis pater O. Sancti Nicholai etc., nobis

1238.

significavit quod questio vertitur coram eo de ecclesia de Tunebrugg' quam electus Roffensis pendente lite contulit ad instantiam nostram Foberto de Dovr' et nos rogavit quod omnem vim ipsius Foberti et suorum qui cum eo se tenent in ecclesia predicta faceremus amoveri donec terminata coram eo questione predicta remaneat ecclesia predicta cui de jure remanere debeat, tibi precipimus quod omnem vim ipsius Foberti et suorum a dicta eclesia sine dilatione amoveas ita quod pacifica possessio ejusdem ecclesie remaneat ei qui de dicta ecclesia ejectus fuit per predictum Fobertum occasione predicte collationis ei facte donec predicta questio coram ipso domino legato terminata fuerit. Teste ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat abbatem et monachos de Pipwell' falcare landam de Benifeld' sicut eam falcare consueverunt temporibus predecessorum, regum Anglie, et tempore domini regis per cartas quas habent de ipsis predecessoribus et per confirmationem regis. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Waverl.'—Rex Waltero de Burgo, salutem. Monstravit nobis abbas de Waverl' quod, postquam ei saisinam fieri precepimus de xvj. acris terre in Netham quas per considerationem curie nostre recuperavimus versus Petrum de Hegh', idem Petrus blada predicte terre fecit asportari. Et ideo tibi precipimus quod de predictis bladis eidem abbati plenam saisinam habere facias et pone per vadium et salvos plegios predictum Petrum quod sit coram nobis in crastino Nativitatis Beate Marie ostensurus quare super seisinam, que nobis adjudicata fuit in curia nostra de predicta terra, predicta blada asportavit ; et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

De cableicio de Wyllegh'.—Mandatum est Roberto de Ros quod, si homines qui emerunt cableicium haie regis de Wyllegh' apposuerint custum suum et inceperint operari de predicto cableicio, tunc permittat eos commodum suum facere de cablicio illo et, si nullum custum ad hoc apposuerint nec inceperint inde operari, tunc faciat habere Hugoni filio Radulfi predictum cableicium per firmam lxv. marcarum sicut homines illi illud habere debuerunt. Teste rege apud Merewell', xviij. die Augusti.

De quodam damo dato.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Blakemor' faciat habere Theobaldo de Engleskevill' j. damum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvell' ad capiendum xx. damos in foresta regis de Chippeham et Melkesham.

Rex mittit Willelmum May ad capiendum quater xx. damos in baillia Ricardi de Muntfichet, videlicet l. in parco de Havering' et xxx. extra in foresta regis ubi melius capi possint. Et mandatum est Ricardo predicto quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

1238.

Mandatum est custodi foreste de la Ber' quod faciat habere vicecomiti Suhamt' xij. quercus ad operationes castri Wintonie faciendas. Teste rege apud Merewell', xx. die Augusti.

[*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

De vinis retinendis.—Mandatum est ballivis Suht' quod de xxx. doliis vini, que sunt Jocelini et Willelmi, mercatorum de Burdegala, et que arestaverunt per preceptum regis, retineant ad opus regis x. dolia, permittentes ipsos mercatores de residuis doliis facere voluntatem suam. Teste ut supra.

Pro Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod non impediat quin homines Eboracensis archiepiscopi prosternere possint et cariare x. quercus de bosco abbatis de Abbendon' infra forestam de Windles' de quibus ipsos impedit eo quod non habuit inde mandatum regis. Teste ut supra, xx. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est [constabulario *erased*, custodi *erased*] baillivo de Essel' quod in foresta de Ber' faciat habere constabulario castri Wintonie xx. quercus ad operationes ejusdem castri faciendas.

De filia Eudonis de Morevill' ducenda ad regem.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod filiam Eudonis de Morevill' que est in custodia sua liberet [Osberto Pech' *erased*] Ricardo, scissori regine, ducendam ad regem. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Jacobo Hos' quod in foresta de Selewud' habere faciat Johanne de Maundevill' v. damos, de dono regis. Teste rege apud Merewell', xxij. die Augusti. Per R. de Muscegros.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in eadem foresta faciat eidem Johanne habere v. damos, de dono [regis]. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Rogero de Ravelingeham iij. bonas quercus ad faciendum inde maeremium ad se hospitandum apud Bugeden'. Teste ut supra.

[m. 5.] *De baudekinis emendis.*—Rex H. de Path', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod ematis quatuor baudekinos ad aurum et faciatis illos consui simul ita quod ex illis quatuor pannis fiat unus pannus; ematis etiam unum pannum de Aresta et faciatis inde circumquaque listari pannum illum factum de iiij. baudekinis et pannum illum sic factum faciatis penderi retro magnam crucem super altum altare apud Westmonasterium ita quod sit ibi appensum in vigilia beati Edwardi; faciatis etiam fieri quingentos cereos contra festum illud, videlicet ducentos magnos et trescentos minores et provideatis quod centum de majoribus ardeant ab hora nona diei vigilie continue usque ad horam nonam diei festi et quod alii centum cerei ardeant ab hora nona diei festi usque mane in crastino continue; et trescenti cerei minores ardeant ad vesperas et ad horas et ad missam; et

1238.

allocentur cerei tam majores quam minores circa feretrum sicut melius et decentius poterunt allocari; et predicto die festi offeratis viij. obolos musch', videlicet iiij. pro nobis et iiij. pro regina, et provideatis quod omnia ista ita secreto habeantur quod nemo perpendat per quem fiant; et si aliquis forsitan inde loquatur tunc dicatur quod illa sunt de dono prioris de Hurl'. Vos igitur diligentius hoc mandatum exequamini quam executi fuistis ultimum mandatum in consimili materia ne forsitan nos contra vos moveri contingat, quod nollemus. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro abbate Belli Loci.—Mandatum est baillivis suis Bristoll' quod distringant Jordanum filium et heredem Rogeri de Kyvylly quod reddat abbati Belli Loci viij. solidos per annum quos J. rex, dedit eidem abbatie per cartam suam de terris et tenementis que idem Rogerus tenuit de eodem rege J. simul cum arreragiis predictorum viij. solidorum. Teste rege apud Wintoniam, xxij. die Augusti.

Pro Simone Blacballoc deliberando.—Rex constabulario suo Oxonie, salutem. Ad petitionem domini legati tibi precipimus quod Simonem Blacballoc, detentum in prisona nostra eo quod dicebatur interesse confilictui (*sic*) clericorum apud Oseneyam contra dominum legatum et familiam suam, sine dilatione deliberari facias. Teste ut supra. Coram ipso domino rege et consilio suo.

Pro Ricardo et Petro deliberandis.—Eodem modo scribitur constabulario Turris Lond' pro Ricardo et Petro, detentis in prisona in Turri London'. Coram ipso domino rege et consilio suo.

De vinis deliberandis.—Rex baillivis suis Suhamt', salutem. Mandamus vobis quod, non obstante precepto nostro vobis nuper facto de retinendis ad opus nostrum x. doliis vini de vinis que prius arestata fuerunt in villa vestra ad opus nostrum, per preceptum nostrum, septem dolia vini Willelmi Meury que arestari fecistis ei faciatis deliberari ad faciendum inde voluntatem suam. Teste ut supra.

De dote non assignanda.—Rex vicecomiti Kanc', salutem. Quia Johanna que fuit uxor Radulfi filii Bernardi nondum reddidit nuntiis Magistri Simonis Normanni heredes ipsius Radulfi quorum custodia ad nos pertinet, tibi precipimus quod si nondum ei assignaveris rationabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt ipsius Radulfi, sicut tibi nuper precepimus, nullam dotem ei assignes donec aliud tibi preceperimus. Teste rege apud Wintoniam, xxiij. die Augusti. Per A. de Sancto Amando.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Silvestro de Everdon' unum damum in foresta de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Johanni filio Galfridi vj. damos in foresta de Brehull'. Teste ut supra. Per J. de Pless'.

1238.

Pro Hugone filio Hugonis Dispens'.—Rex episcopo Lincolniensi, salutem. Sciatis quod Hugo filius Hugonis Disp' in curia nostra coram justiciariis nostris ad hoc assignatis recuperavit saisinam advocationis ecclesie de Cusinton' versus Hugonem, comitem Arundell', W. comitem de Ferrar', abbatem Sancti Severi, Rogerum de Sumervill' et Willelmum de Meisham per assisam ultime presentationis inde inter eos captam. Et ideo vobis mandamus quod ad presentationem Galfridi Dispens', custodis predicti Hugonis, qui infra etatem est et in custodia sua per preceptum nostrum, ad ecclesiam illam idoneam personam admittatis. Teste rege apud Wintoniam, xxiiij. die Augusti.

Pro Hugone de Vivon', de terra de Norton.'—Rex vicecomiti Sumers', salutem. Scias quod concessimus Hugoni de Vivon' terram de Norton' quam Ranulfus de Hurl' tenuit de baillio nostro ad se sustentandum in servitio nostro quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod predicto Hugoni plenam saisinam habere facias sicut predictum est. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Gautris faciat habere Waltero de Vescy quinque cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Cantilupo.

Pro constabulario Hereford', de feno de Shyrrevesmed' habendo.—Mandatum est Hugoni le Poher quod per sacramentum legalium hominum in baillia sua diligenter inquirat quantum valuit fenum quod falcari fecit in prato quod vocatum est Shyrrevesmed' et pretium illius feni vel etiam tantum fenum habere faciat constabulario Hereford'. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Paulino Peyvre et Thome de Newerc quod in bosco de Meredon' extra parcum faciant habere vicecomiti Suhamt' xx. quercus ad operationes castri Wintonie. Teste ut supra.

Pro abbate de Keynesham, de fossato suo de Isingrave.—Mandatum est Hugoni de Vivon', constabulario Bristoll', quod permittat abbatem de Keynesham habere fossatum suum circa brussam suam de Isingrave in tali statu quali esse consuevit temporibus R. regis et J. regis et aliorum predecessorum, regum Anglie. Teste ut supra. Per Magistrum Simonem Normannum.

De damis datis.—Mandatum est baillivo foreste de Melkesham quod faciat habere Johanni de Pless' in predicta foresta duos damos, de dono regis. Teste ibidem, xxv. die Augusti. Per H. de Vivon'.

Pro Magistro Edwardo de la Cnoll' deliberando.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Quia venerabilis pater O. Sancti Nicholai etc. significavit nobis quod Magister Edwardus, quem ad mandatum venerabilis patris E. Cantuariensis archiepiscopi, a te capi precepimus et per corpus suum justiciari tamquam contempnentem claves ecclesie, beneficium meruit absolutionis, et nos rogavit quod ipsum a prisona

1238.

nostra deliberari faceremus, tibi precipimus quod visis litteris istis ipsum a prisona nostra dimittas quietum si eum cepisti et si eum non cepisti ad eum capiendum manum non mittas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Rogero de Stopham quod faciat habere Ele. quondam comitisse Sarrisburie, nunc moniali de Lacoc, iij. damos de hiis quos modo cepisti vel de illis quos adhuc capies, ita quod ipsa eos habeat citra festum Nativitatis Beate Marie, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, xxviij. die Augusti. Per Amauricum de Sancto Amando.

Pro Hugone le Porter.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Scias quod concessimus Hugoni, janitori nostro, omnia catalla que fuerunt Hugonis de Dunrop'. nuper suspensi pro latrocinio, tam in bladis, equis, bobus quam in omnibus aliis. Et ideò tibi precipimus quod eidem Hugoni de omnibus catallis que fuerunt ipsius Hugonis de Dunsrop' tam in bladis, equis, bobus quam aliis sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste ut supra. Per J. filium Galfridi et fratrem Galfridum.

Ne Johannes de Branebrigg', viridarius, ponatur in assisis, juratis.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod non ponat Johannem de Branebrigg', viridarium de foresta inter Suhamt' et Wintoniam, in assisis, juratis, vel recognitionibus propter quod oporteat ipsum exire comitatum suum, quia secundum assisam foreste forestarii et viridarii quieti debent esse de hujusmodi assisis, juratis et recognitionibus. Teste.

De quercubus datis.—Rex Roberto de Everingeham, salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Shyrewud' propinquius ecclesie Thome de Sutton', capellani nostri, de Neuton faciatis eidem Thome habere x. quercus ad se hospitandum, de dono nostro. Teste ut supra.

Hybernia. Pro Nicholao Parvo.—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus Nicholao Parvo quod in dominicis terris suis apud Moyamet habeat liberam warennam, ita quod nullus eam intrare possit ad fugandum in ea sine licentia et voluntate ipsius. Et ideo vobis mandamus quod predictam warennam clamari faciatis et teneri, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De cervis et damis capiendis ad opus regis.—Rex Avicie de Columbariis, salutem. Mittimus ad te dilectum et fidelem nostrum Herebertum filium Mathei ad currendum in ballia tua ad cervos et damos cum canibus suis hac die Jovis proxima post festum Sancti Bartholomei anno regni nostri xxij. et die Veneris et die Sabati sequentibus. Et ideo tibi precipimus quod predictum Herebertum ad hoc per tres dies predictos admittas. Teste ut supra.

De venatione mittenda ad regem.—Rex Avicie de Columbariis, salutem. Precipimus tibi quod si forte non habueris in custodia tua venationem nostram quam Rogerus de Stopham cepit in ballia tua et

1238.

predictus Rogerus eam alibi deposuerit ubi eam habere possis non omittas quin eam capias et sicut per alias litteras nostras tibi precepimus eam ad nos sub festinatione cariari facias. Teste ut supra.

Pro Willelmo Joscelini deliberando.—Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Rogavit nos venerabilis pater O. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis et apostolice sedis legatus, quod Willelmum Goscelini, servientem Magistri Odonis de Kilkenny, cruce signatum, captum et detentum in prisona nostra apud Turrim London' pro insultu facto in ipsum dominum legatum nuper apud Oxoniam, cui interfuit ut dicitur, a prisona nostra deliberari faceremus. Nos igitur ejusdem domini legati precibus sicut decet annuentes vobis mandamus quod predictum Willelmum a prisona predicta deliberetis ipsum per plevinam dimittendo vel alio modo secundum legem et consuetudinem regni nostri, ita quod ad deliberationem suam ei non noceat quod captus fuit pro insultu predicto. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario Turris London'.

Die Sabbati in vigilia Decollationis Sancti Johannis Baptiste anno regni sui xxij. recepit dominus rex sigillum suum per manum cancellarii sui, tunc postulati in episcopum Wintoniensem, apud Wintoniam.

Hybernia. Pro Willelmo de Marisc'.—Quia G. de Marisc' dedit intelligi domino regi quod Willelmus de Marisc' filius suus tenuit quandam terram in capite de ipso et ipse eam de episcopo Limericensi, mandatum est justiciario Hybernie quod, si idem Willelmus tenuit ipsam terram de predicto G., tunc eidem G. saisinam inde habere faciat et eam extendi faciat cum aliis terris ipsius Galfridi. Teste rege apud Wintoniam, xxviij. die Augusti.

[m. 4.] *Pro Imberto Pugeys, de una carruca habenda.*—Rex Waltero de Tywe, salutem. Scias quod concessimus Imberto [de l *erased*] Pugeys unam de carucis nostris quas habemus apud Bampton' junctam, sive sit juncta de bobus tantum sive de bobus et equis, ad terram quam habet de baillio nostro in eadem villa excolendam. Et ideo tibi precipimus quod predicto servienti nostro carucam illam habere facias, de dono nostro. Teste rege apud Wintoniam, xxx. die Augusti. Per Johannem de Gatesden'.

Pro Nicholaa uxore Galfridi de Luscy.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Nicholae uxori Galfridi de Luscy duos damos in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra. Per J. de Gatesd'.

De damis capiendis.—Mandatum est Petro de Wakering' quod per visum suum permittat Ricardum de Wrotham capere in parco de Taunton' xxiiij. damos ad opus regis et venationem illam ex quo capta fuerit saliri et bene custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod per visum Petri de Wakering' capi faciat vj. damos in parco de Bruges et venationem illam saliri et custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Per Amauricum de Sancto Amando.

1238.

De damis datis. Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere [Magistro Simoni Normanno *erased*] H. Hereford' et Essex' comiti, v. damos in foresta de Savernac, de dono regis. Teste apud Wintoniam, xxxj. die Augusti. Per J. filium Galfridi.

De tradendis in baillio.—Rex accepit [per] inquisitionem quod Johannes de Percy et Herebertus Lachemayn, detenti in prisona apud Wintoniam pro morte Roberti de Frampton', appellati sunt odio et atia et non eo quod inde culpabiles sunt. Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod eos tradat in baillio usque ad adventum justiciariorum. Teste rege apud Wintoniam, xxix. die Augusti. Per Willelmum de Cantilupo.

De damis datis.—Rex Johanni de Venuz, baillivo foreste de Wulvesmar', salutem. Precipimus tibi quod in eadem foresta facias habere Johanni de Gatesden' duos damos, de dono nostro. Teste rege apud Wintoniam j. die Septembris. Per Magistrum Simonem Normannum. Per W. de Cantil'.

De damis datis.—Mandatum est baillivo foreste de Horwud' quod in predicta foresta faciat habere Emerico de Sacy duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam, xxxj. die Augusti. Per W. de Cantilupo.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Rokingeham faciat habere Baldewino de Ver iiij. damos, de dono [regis]. Teste ut supra. Per W. de Cantil'.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod faciat habere Magistro Willelmo de Kylkenny xxx. quercus in foresta de Langecestr', de dono [regis]. Teste ut supra. Per W.' de Cantil'.

Pro Galfrido Dispens'.—Rex perdonavit Galfrido Disp' sectam ad curiam de Rothewell' quam custos honoris Glouc' ab eo exigit. Et mandatum est custodi predicto quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra. Per W. de Cantilup'.

De plegiis inveniendis.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, si Nicholaus de la Hok', Henricus Harding et Adam Sturdy, capti et detenti in prisona regis pro receptamento equitantium per terram regis contra pacem regis, fecerint ipsum vicecomitem securum per bonos et salvos plegios quod erunt coram rege quando rex precepit vel coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad respondendum de transgressione predicta, tunc eos per predictam plevinam a prisona deliberet. Teste rege apud Wintoniam, j. die Septembris. Per J. filium Galfridi.

De v. doliis vini datis.—Mandatum est custodi vinorum regis Wigornie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere A. comitisse Penbr', v. dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Cler', ij. die Septembris. Per A. de Sancto Amando.

1238.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Ricardo Syward' duos damos in foresta de Bernewud', de dono regis. Teste ut supra. Per A. de S'. A.

De palefridis retinendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod, si duo boni palefridi inventi fuerint ad opus regis in nundinis Sancti Egidii per consilium Ricardi marescalli, quem rex illuc mittit, eos ad opus regis retineant ad denarios regis et per ipsum Ricardum eos ad regem mitti faciant et eos eis rex allocari faciet. Teste rege apud Abbendon', ij. die Septembris. Per A. de S'. A. et W. de Cantil'.

De musto emendo et cariando.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod duo dolia de primis mustis que venient usque Suhamt' vel Wintoniam emi faciant ad opus regis et cariari post regem et rex eis faciet allocari. Teste ut supra. Per A. de S'. A. et W. de Cantil'.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Ricardo de Watervill' tres damos in foresta de Rokingeham extra dominicas hayas et chacias regis et extra dominicos parcos regis, de dono regis. Teste rege apud Abbendon', iij. die Septembris. Per A. de S'. A. et W. de Cantilup'.

Rex concessit Willelmo de Wydewurth' quod de xxx. marcis quas. . . . [*Entry unfinished and erased.*]

De dextrariis retinendis ad opus regis.—Mandatum est Ricardo Renger, majori Lond', quod de dextrariis qui nuper venerunt Lond' retineat ad opus regis duos dextrarios per consilium Ricardi marescalli si aliquos invenerit utiles et decentes ad opus regis; et retineat album palefridum Petri Damel' ad opus regis per consilium ejusdem Ricardi si viderit quod aptus sit usibus suis. Teste ut supra. Per eosdem.

Pro abbate Abbendon', de quercubus capiendis.—Rex dedit licentiam abbati Abbendon' quod ad operationem ecclesie capiat in bosco suo proprio infra forestam de Windles' xv. quercus. Et mandatum est constabulario Windles' quod ipsum predictas quercus prosternere et abducere permittat sine impedimento. Teste ut supra. Per eosdem.

De quodam converso recipiendo.—Mandatum est custodibus conversorum Lond' quod Nicholaum de Eboraco, conversum, recipiant et liberationem suam ei sicut aliis conversis faciant habere usque ad adventum regis et scire faciant regi quare amoverunt eum. Teste ut supra. Per eosdem.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Magistro Michaeli Belet in foresta de Salceto duos damos, de dono regis. Teste rege [apud] Wudestok', iij. die Septembris.

1238.

Hybernia. Pro Waltero de Lasey.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie quod id quod Walterus de Lasey percipere consuevit singulis annis ad Scaccarium Dublin' pro castris de Drogheda et Castel Blathac' que sunt in manu regis singulis annis decetero habere faciat. Teste rege apud Wudestok', iiij. die Septembris. Per A. de S.' A.

De damis datis domino legato.—Mandatum est Galfrido Esturmy et venatoribus suis currentibus in foresta de Savernac quod de venatione capta in eadem foresta faciant habere domino legato quatuor damos. Teste ut supra. Per eundem.

De capreolis capiendis.—Mandatum est custodi foreste Divisarum quod permittat Johannem de Pless' capere duos capreolos in baillia sua ad opus domini legati qui hospitaturus est in castro Divisarum. Teste. Per eundem.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo Luvel et sociis suis, venatoribus currentibus in foresta de Chyppeham, quod de venatione quam ceperunt in ipsa foresta faciant habere uxori Johannis de Pless' duos damos, de dono. Teste rege apud Wudestok', iiij. die Septembris. Per eundem.

De plegiis inveniendis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, si milites, liberi homines et alii quos cepit pro transgressione venationis facta in parcis et chaciis W. comitis Warenn', salvos plegios ei invenerint ad standum in recto quando rex voluerit tunc ipsos a prisona per plevinam illam deliberet. Teste apud Wud', v. die Septembris. Per eundem.

De vi amovenda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnem vim laicam quam invenerit tenentem se in ecclesia seu in vicaria de Munechenehamt' sine dilatione amoveat; et clerici qui se dicunt jus habere in ecclesia seu in vicaria predicta in foro ecclesiastico inde contendant. Teste ut supra. Per eundem.

Pro Ricardo Derkyn.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod districtionem quam facit super Ricardum Derekin, speciarium suum, pro debito quod Stephanus Haringod regi debet ponat in respectum usque ad proximum adventum regis apud Lond', et nichilominus interim distringat ipsum per terras et tenementa que habet in manu sua ad predictum debitum regi solvendum. Teste rege ut supra. Per eundem.

De quodam damo dato.—Mandatum est Petro de Wakering' quod preter xxiiij. damos quos rex capi precepit in parco de Taunton' habere faciat uxori Galfridi de Langel' unum bonum damum in predicto parco, de dono regis. Teste rege apud Wud', vj. die Septembris. Per eundem.

De perdonatione, pro Magistro Simone, Normanno.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Magistro Simoni de Steyland x. libras quas singulis annis nobis reddere tenebatur

1238. pro manerio de Ryngwud' quod ei concessimus tenendum tota vita sua et x. libras de arreragiis temporis preteriti. Et ideo vobis mandamus quod de illis x. libris et predictis arreragiis ipsum quietum esse faciatis. Teste rege ut supra. Per eundem.

Rex concessit Magistro Simoni de Steyland' per finem quem idem Simon fecit cum rege custodiam et maritagium heredum Radulfi filii Bernardi et custodiam omnium terrarum que fuerunt predicti Radulfi usque ad legittimam etatem heredum predicti Radulfi. Et mandatum est vicecomiti Kanc' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Radulfi in baillia sua et de heredibus predicti Radulfi predicto Magistro Simoni plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wud', vj. die Septembris. Per ipsum dominum regem.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Buk', Heref', custodi honoris de Rel'.

Pro Ysabella de Bruys'.—Mandatum est Johanni Byset quod permittat Ysabellam de Bruys habere husbot et heybot' in boscis maneriorum regis de Writel' et Hathfeld' extra parcos suos, que quidem maneria ipsa habet in tenantiam quousque pars sua que ipsam contingit de hereditate Johannis, quondam comitis Cestr', extenta fuerit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod faciat habere Roberto Aguyllun duos damos in parco de Berdefeld', de dono regis. Teste ut supra. Per A. de Sancto A.

Pro hominibus de Kyngeston'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod omnes demandas quas facit hominibus de Kingeston' implacitando eos in comitatu suo et alias injurias eis faciendo contra libertates quas habent per cartam regis J., ponat in respectum usque ad proximum adventum suum usque London'; et quod ipse tunc sit coram rege ad ostendendum quare demandas predictas eis facit et ipsos implacitat contra predictas libertates. Teste ut supra.

Pro abbate Rading'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt abbati Rading' de amerciamentis hominum suorum de itinere justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu Berk', que idem abbas dicit se debere habere per libertates quas habet per cartas predecessorum regum Anglie et confirmationem regis, ponat in respectum usque in quindenam Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per eundem.

De quadam archea barranda.—Mandatum est custodibus operationum suarum de Westmonasterio quod archeam subtus privatam cameram regis versus aquam Tamisie bonis et fortibus barris ferreis barrari faciat, ita quod nullus aliquatenus ibidem ingredi possit, nec omittat quin hoc fiat ante primum adventum regis usque Lond'. Teste ut supra. Per eundem.

De vinis vendendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod de vinis, que sunt apud Wintoniam, Waltham

1238.

Episcopi, Merewell', Merleberg', Clarendon' et Lutegareshal', sine dilatione commodum regis faciant vendendo ipsa antequam nova vina superveniant et denarios inde provenientes salvo faciant ad opus regis custodiri. Teste rege apud Wudestok', viij. die Septembris. Per eundem.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhamt' de vinis vendendis in baillia sua, exceptis x. doliis vini de vinis que ultimo venerunt de nundinis Sancti Botulfi.

Et mandatum est camerario Lond' quod de vinis suis commodum regis faciat, retentis tamen ad opus regis xxx. doliis vini, de quibus xx. dolia vini remaneant apud Westmonasterium et de residuis x. doliis vini cariari faciat v. dolia usque Kenynton' et alia quinque usque Windles'. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

[m. 3.] Mandatum est custodibus [episcopatus] Wintoniensis quod has nundinas Wintonie prolongent usque in crastinum Sancti Mathei anno xxij. Teste rege apud Wudestok', viij. die Septembris.

Brevia de nundinis de Jernem' custodiendis facta fuerunt, set non fuerunt missa quia rex noluit nec inrotulata fuerunt et ideo fracta fuerunt. [*Cancelled.*] *In rotulo patentium.*

Pro baronibus de Rumenal'.—Mandatum est custodibus nundinarum de Jernem' quod baronibus de Rumenal faciant habere dennas, strandas et alia loca sua que in nundinis predictis habere consueverunt et debuerunt [et adhuc habere debent *interlineated*] temporibus H. regis, et R. regis, et J. regis, et tempore ipsius domini regis et ipsos inde injuste in nullo vexant vel vexari permittant. Teste ut supra. Per fratrem Galfridum.

Pro Willelmo de Wudestok' et Alicia uxore ejus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Willelmus de Wudestok' et Alicia uxor ejus, capti pro transgressione quam fecerunt, ut dicitur, contra pacem regis, invenerint ei vj. probos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere coram rege in proximo adventu suo usque Wudestok' ad respondendum de predicta transgressione, tunc eos de prisona regis deliberari facias; et si non possint invenire sex homines qui eos manucapiant sicut predictum est tunc retento in prisona regis predicto Willelmo dictam Aliciam uxorem ejus que pregnans esse dicitur deliberari faciat. Teste ut supra. Per eundem.

Mandatum est vicecomiti Salop' quod habere faciat Alano, pistori nostro, xl. quarteria frumenti frussienda ad opus regis contra adventum regis in partes illas et rex de denariis satisfieri faciet. Teste ut supra. Per eundem.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Magistro Simoni de Steyland xv. quercus in foresta de Pauncehal', de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

1238.

Pro Hugone Paynel.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod saisinam, quam rex fieri precepit Ysaac de Oxonia, Judeo, de terra que fuit Willelmi de Barton' tamquam de vadio suo super debitum quod predictus Willelmus ei debuit, que quidem terra est in custodia Hugonis Paynel cum filio et herede predicti Willelmi et qui regi asseruit quod prefata terra nunquam fuit vadium predicti Judei, ponat in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis anno xxij. ut tunc inquiratur apud Scaccarium Judeorum utrum terra illa fuerit vadium predicti Judei necne. Teste ut supra. Per eundem.

Pro Magistro Simone, Normanno.—Mandatum est custodibus cambii London' quod liberari faciant sine dilatione Willelmo de Haverhull' xl. libras bonorum et novorum sterlingorum ad opus Magistri Simonis de Steyland' qui profecturus est in nuntium regis ubicumque ipsam pecuniam habere poterunt sive de exitibus cambii sive de prestito aliunde et rex faciet eis allocari pecuniam illam. Teste ut supra. Per eundem.

Rex R. Renger, majori Lond', salutem. Mandamus vobis quod, si Magister Simon de Steyland' contentus sit de albo palefrido illo de quo alias vobis mandavimus quod ipsum ad opus nostrum retineretis, tunc predicto Magistro Simoni predictum palefridum liberari faciatis et vicecomitibus nostris London' in compoto suo illum faciemus allocari ; et, si idem Magister non sit contentus dicto palefrido, tunc permittatis ipsum cujus palefridus est commodum suum inde facere, eo ad opus nostrum non retento. Teste me ipso, apud Wudestok,' x. die Septembris. Per fratrem G.

De quodam damo dato.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere Nicholao de Espynevill', persone de Merlawe, unum damum in foresta de Windles', de dono. Teste ut supra. Per A. de S'. A.

De perdonatione.—Dominus rex perdonavit Willelmo Russel de Eynesham propter paupertatem suam quadraginta et ix. solidos qui exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii pro pannagio de tempore J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per fratrem G.

De catallis datis.—Rex dedit Sawalo de Osevill' catalla que fuerunt Nicholai de Uldesl' qui fugit pro morte Ade de Eneburn' et similiter annum et diem qui ad regem pertinent de terra que fuit ipsius Nicholai, que quidem catalla et annus et dies appreciata sunt usque ad summam xv. solidorum. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod catalla illa et annum et diem ei habere faciat. Teste ut supra. Per A. de S'. A.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod si Johannes Brun qui subtraxit se pro morte Ade de Eneburn' et qui postea venit ad pacem regis et permisit se mitti in prisonam regis de Walingef' invenerit ei vj. probos et legales homines qui eum

1238.

manucapiant habere coram justiciariis itinerantibus in partes illas, tunc eum tradat in baillio illis vj. probis et legalibus hominibus sicut, predictum est. Teste ut supra. Per eundem.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere abbati de Burgo ij. damos in foresta de Clive et abbati de Rames' ij. damos in Shappel'. Teste rege apud Wroxstan, xij. die Septembris. Per A. de S'. A.

De cervis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Alienore consanguinee regis iij. cervos in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

De cervis capiendis.—Mandatum est Willelmo filio Walkelini et Johanni Stulto quod si sine detrimento foreste de Pecco possi[n]t adhuc in ea capere xx. cervos preter illos quos prius ceperunt, illos capia[n]t ; et postea accedant usque Makefeld' et, si ante festum Sancti Michaelis in debita saisina (*sic*) ibidem capere possint xl. cervos vel plures, illos capiant et interim quam cito poterunt regi certificent quot in Pecco et quot apud Makefeld' sine detrimento capere possint et in debita seisona. Teste ut supra. Per eundem.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere priori de Wrokestan x. fusta in baillia Thome de Langel ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

De damis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in forinseco bosco de Havering' permittat Willelmum May capere xx. damos preter quater xx. quos cepit per alias litteras regis si tempus adhuc duraverit ad eos capiendos. Teste ut supra. Per eundem.

De quodam austurco liberando.—Mandatum est Willelmo Braunch' quod austurcum regis qui est in custodia sua apud Piperhergh' liberet Henrico filio Hereberti, vatletto regis, et quod ei inveniat necessaria quamdiu austurcum illum traxerit. Teste ut supra. Per A. de S'. A.

De quodam prisone deliberando.—Mandatum est Johanni Byset quod Mauricium Mar', hominem prioris de Wroxstan, quem Radulfus de Nevill' senescallus foreste Norhamt' cepit in foresta de Rokingeham pro transgressione facta in eadem foresta et qui detentus est in prisona apud Norhamt' deliberari faciat a predicta prisona per salvos plegios usque ad adventum justiciariorum de foresta nisi captus sit pro alia transgressione quam pro venatione. Teste rege apud Kenyllewurth', xiiij. die Septembris. Per A. de S'. A.

Pro Imberto Pugeis.—Rex dedit Imberto Pugeys mesuagium et placiam que fuerunt Walteri carpentarii in Bampton' ad edificia in eodem loco sibi construenda ; et dedit ei fenum quod crevit hoc anno xxij. in prato quod rex ei dedit. Et mandatum est Waltero de Tywe quod saisinam ei inde habere faciat. Teste ut supra. Per fratrem G.

1238.

Pro Johanne Maunsel'.—Rex concessit Johanni Maunsel custodiam terrarum quas Willelmus de Meysy tenuit de comite Glouc' et que sunt in manu regis occasione custodie terre et heredis predicti comitis in manu regis existentis, usque ad legittimam etatem Johannis filii et heredis predicti Willelmi una cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est Ricardo de la Lad' quod ei de terris quas predictus Willelmus tenuit de predicto comite saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per fratrem G.

De quodam dolio vini cariando.—Mandatum est baillivis Johannis Byset de Kideministr' quod ad denarios regis sine dilatione faciant habere presentium latori unam carectam ad unum dolium vini de vinis nostris que sunt in custodia sua cariandum ad regem usque Kydeministr' (*sic*). Teste rege apud Kenyllewurth', xvj. die Septembris. Per eundem.

Rex custodi episcopatus Dunelmensis, salutem. Precipimus tibi quod omnes denarios quos habes de exitibus ejusdem episcopatus et omnes alios quos adquirere poteris sub salvo conductu et sine dilatione cariari facias ad nos usque Bruges' ad expensas nostras et custum computabitur tibi ad Scaccarium. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Loges quod faciat habere priorisse de Eton' xv. quercus ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Roberto de Stopham, vadletto regis, duos damos in foresta de Gauteris, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem.

Mandatum est constabulario de Noting' quod vj. dolia vini de melioribus vinis que sunt in custodia sua faciat habere A. comitisse Penbr', de dono regis. Teste apud Covintr', xvj. die Septembris.

Pro Willelmo le Velu replegiando.—Mandatum est baillivis de Bray et Cocham quod Willelmum le Velu, quem pro latrocinio ferramentorum carrucarum ceperunt et tenent in prisona, per bonam plevinam faciant replegiari nisi captus sit pro aliquo alio latrocinio quare non sit replegiabilis. Teste ut supra. Per fratrem G.

De anno et die datis.—Rex concessit Hamoni filio Philippi annum et diem qui ad regem pertinent de terra que fuit Thome de Acly, utlagati pro morte hominis in comitatu suo. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictos annum et diem (*sic*) cum catallis que fuerunt ipsius utlagati ei saisinam habere faciat. Teste rege apud Covintr', xvij. die Septembris. Per fratrem G.

Pro Magistro Willelmo Glouc'.—Mandatum est custodi episcopatus Dunelm' quod faciat habere Magistro Willelmo de Glouc' v. marcas ad unum palefridum ad opus suum, de dono regis, et rex ei id faciet allocari. Teste ut supra.

1238.

De furchis datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Hereberto filio Mathei iiij. furchas in foresta de Chypeham, de dono regis. Teste rege apud Erdinton', xviij. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Nicholao de Barbefl' quod faciat habere Johanni filio Galfridi x. quercus in foresta de Chippeham, de dono regis. Teste ut supra.

De respectu.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Precipimus tibi quod partitionem feodorum militum que tenebantur de J., quondam comite Cestr' et Hunt', in baillia tua quam fieri precepimus heredibus ipsius comitis et assignationem dotis de eisdem feodis quam fieri precepimus Roberto de Quency et Helene uxori ejus, que fuit uxor ipsius comitis, ponat [*sic*] in respectum usque ad octabas Omnium Sanctorum anno regni nostri xxiij.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Huntind', Roteland' Norhamt', Leic.'

Vicecomes Warewic' et Leic' habet respectum usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis anno xxij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Staff' et Salop' quod piscari faciat in vivariis de Stratton et Stafford' et totum piscem cariari faciat usque Salopiam contra adventum regis instanti die Mercurii. Teste rege apud Bobinton', xviij. die Septembris.

Eodem modo scribitur Simoni de Norwic', clerico, ad piscandum in vivariis Novi Castri subtus Limam.

Respectus compoti.—Vicecomes Hereford' habet respectum de compoto suo usque in tres septimanas a festo Sancti Michaelis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere permitta[n]t. Teste rege apud Bruges', xviij. die Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod habere faciat Willelmo de Cantilupo seniori iiij. quercus in foresta de Chippeham. Teste ut supra.

[m. 2.] *De quercubus datis.*—Mandatum est [Johanni *erased*] constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Waltero Wyther vj. quercus in foresta de Den', de dono nostro. Teste rege apud Bruges, xx. die Septembris.

De loquela nativi non remanenda.—Rex vicecomiti Salopesir', salutem. Precipimus tibi quod, nisi Alex' de Wyghunhull', quem Hughelina Mustell' clamat nativum suum in comitatu tuo per breve nostrum, manserit in dominico nostro de Wurefeld' per unum [annum] et unum diem et sine calumpnia, non remaneat loquela predicta in comitatu tuo eo quod mansit in dominico nostro per minus tempus. Teste rege apud Brug', xxij. die Septembris.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Kenillewrth' quod habere faciat Galfrido de Langel' viginti quercus ad maeremium in haia regis de Kenillewrth', de dono regis. Teste rege apud Wenlok', xxiij. die Septembris. Per A. de S'. A.

De byssys datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta nostra de Galtris faciat habere Magistro Ruffino, consanguineo domini legati, duas bissas, de dono regis. Teste rege apud Salop', xxv. die Septembris. Per Magistrum Willelmum de Kylkenny.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere parrochianis ecclesie de Mueles duas quercus in la Lya ad quoddam clocherum faciendum. Teste ut supra. Per fratrem G.

De quodam mercato.—Rex concessit Willelmo Bardulf et Roberto de Everingeham quod habeant unum mercatum apud manerium de Shelford' singulis septimanis per diem Jovis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod mercatum illud ei (*sic*) habere faciat. Teste rege apud Salop', xxv. die Septembris. Per fratrem G.

De terris episcopatus Wintoniensis seminandis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod provideant qualiter dominice terre episcopatus Wintoniensis seminentur de alio blado quam de illo quod habent in maneriis ejusdem episcopatus, usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis anno xxij. ita quod caruce non jaceant et quod predicte terre non remaneant interim seminande ; et alter eorum ad predictum terminum sit coram rege vel aliquem loco suo ad regem mittant ad ipsum certificandum utrum magis expediat regi quod terras predictas seminari faciat dominus rex de bladis in horreis predictorum maneriorum adunatis an de blado empto vel alio modo perquisito ; faciant etiam omnes baillivos maneriorum, qui fuerunt cum P., quondam Wintoniensi episcopo, et post mortem ipsius baillivi remanserunt in eisdem maneriis, de compotis suis respondere executoribus testamenti ipsius episcopi ad rationabilem summonitionem ipsorum executorum videlicet de tempore illo de quo predicto episcopo vel alii compotum prius non reddiderunt. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat loco Thome Corbet de Hethlegh', vadletti, coronatoris ejusdem comitatus, eligi faciat alium coronatorem, militem, qui prestito sacramento etc. Teste ut supra. Per fratrem G.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti quod loco Henrici de Verdun qui mortuus est et loco Roberti de Mer' qui languidus est eligi faciat alios qui prestito sacramento etc. Teste ut supra. Per fratrem G.

Dominus rex retinuit vicecomitem Salop' in colloquio dudum habito in crastino Sancti Mathei ita quod coram baronibus comparere non poterit in crastino Sancti Michaelis sicut consuetudo est Scaccarii. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est baillivo foreste de Melkesham quod faciat habere Hereberto filio Mathei x. quercus in foresta de Melkesham ad focum suum, de dono regis, ubi capi poterunt ad minus nocumentum predicte foreste et commodius ei ad cariandum ad domum suam. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

De x. libris liberandis constabulario Salopie.—Mandatum est baillivis Salopie quod x. libras, que domino regi debentur de villa Salopie de fine quem homines ville Salopie fecerunt pro transgressione de qua convicti fuerunt coram senescallo regis, liberent constabulario castri Salopie ad operationes ejusdem castri quas ei injunxit faciendas. Teste rege apud Wenlak', xxvij. die Septembris.

Rex vicecomiti Salop', salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum duobus de fidelioribus burgensibus nostris Salopie vina nostra que remanserunt apud Salopiam et apud Wenlac' quamcito et sicut carius poteris vendi facias et pretium eorundem vinorum quod. . . . .
[*Cancelled.*] Quia in rotulo finium.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Willelmo de Ferrariis vj. quercus in foresta de Salceto ad reparationem coquine sue de Bukebroc, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Thome Stafford'.—Quia constat regi per inquisitionem quam fieri fecit quod terra que fuit Rogeri filii Bernardi in Orbrichton', utlagati pro morte Ricardi Foriate, exstitit in manu sua per unum annum et j. diem et quod terram illam tenuit de priore Sancti Thome juxta Stafford', mandatum est vicecomiti Stafford' quod plenam eidem priori saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Baillia Hugonis de Loges.—Rex Hugoni de Loges', salutem. Precipimus tibi quod servientem quem dilectus et fidelis noster Johannes Biset duxerit assignandum ad custodiendum una tecum viride et venationem nostram et alia ad nos pertinentia in ballia [tua] sine difficultate recipias. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod de venatione quam cepit in baillia sua faciat habere Matildi uxori Galfridi de Langel' unum bonum damum, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xxix. [die] Septembris.

De cervis cariandis.—Mandatum est constabulario de Pecco quod venationem lx. cervorum quam rex cariari precepit usque Bruges et aliam venationem postea captam in foresta de Pecco cariari faciat usque Lond' et hoc faciemus tibi computari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod x. quercus, quas dedit Fratribus Minoribus de Lichef' capiendas in haya regis de Hopwas ad fabricam ecclesie sue, eis habere faciat in haya de Alrewas quia significaverunt regi predicti fratres nullum maeremium esse in ipsa haya de Hopwas quod aptum sit ad fabricam ecclesie predicte. Teste rege apud Wigorniam, ut supra.

1238.

De venatoribus regis.—Mandatum est Willelmo filio Walkelini, Johanni le Fol et Philippo de Candevr', venatoribus suis, quod cum canibus suis eant ad forestam de Den' ad currendum in eadem foresta ad porcos silvestres et ad nos aliquem mittatis (*sic*) pro expensis vestris. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod Willelmum filium Walkelini, Johannem filium Philippi, Philippum de Candevr,' Willelmum May, Willelmum Luvel et Rogerum de Stopham admittat ad fugandum in foresta de Den' ad capros et porcos silvestres. Teste ut supra.

De subbosco secando.—Rex Johanni Biset, salutem. Sciatis quod concessimus Philippo de Sancto Phileberto quod subboscum xl. acrarum bosci sui de Clatford', qui est infra forestam nostram, secari faciat et vendi, ita quod post sectionem et venditionem illam illas xl. acras claudi faciat et quod subboscus ille sine impedimento possit recrescere. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita fieri permittatis. Teste rege apud Wudestok, iiij. die Octobris.

De bertonario constituendo apud bertonam Wintonie.—Rex Paulino Peyvre, salutem. Quia Johannes de Basyng', monachus Sancti Swithuni, qui fuit custos bertone ejusdem domus juxta Wintoniam Romam adiit et obedientia illa quasi laica est, propter quod ad nos pertinet vacante episcopatu Wintonie et in manu nostra existente, alium bertonarium loco predicti Johannis ibidem substituere, vobis mandamus quod scire faciatis priori Sancti Swythuni quod unum de monachis domus sue qui plus nos diligit nobis habere faciat ad bertonam illam custodiendam nomine nostro ; et si forte prior ipse id facere noluerit vel aliquis de monachis predictis, vos loco talis bertonarii constituatis unum prepositum et alium custodem nomine nostro prout videritis expedire ad bertonam illam custodiendam, ita quod monachi Sancti Swithuni habeant de bertona illa per manus predictorum prepositi et custodis id quod habere consueverunt dum predictus Johannes et alii monachi ante ipsum bertonarii fuerunt de bertona predicta. Teste ut supra.

Pro Johanne de Gatesden'.—Rex commisit Johanni de Gatesden' ad se sustentandum in servitio regis quamdiu regi placuerit terram que vocatur la Grave et quam Willelmus de Pycheford' tenuit de terris Normannorum. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de predicta terra plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Oxoniam, v. die Octobris. Per fratrem G.

Pro Thoma le Myrye.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Thomam le Myrye, captum et detentum in prisona regis in castro Merleberg' et quem constabularius ejusdem castri ei liberabit, ab eo recipiat et salvo in prisona Sarrisburie custodiat donec aliud inde [rex] preceperit. Teste rege apud Walingeford, vj. die Octobris.

De maeremio.—Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de Savernac faciat habere constabulario de Merleberg maeremium

1238.

necessarium ad reparationem domorum et carucarum regis ibidem per talliam inter ipsum constabularium et forestarium ejusdem foreste. Teste ut supra.

De boscis in manum regis capiendis.—Mandatum est Johanni Byset quod capiat in manum regis omnes boscos ipsorum in baillia sua qui porcos agistari fecerunt in ipsis boscis infra mensem regis vetitum. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere canonicis de Notlegh' commorantibus apud Cavresham' j. quercum in foresta de Windl' ad batellum quendam faciendum in quo peregrini venientes usque Cavresham transire possint. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Bartholomeo de Saukevill' x. quercus in baillia Avicie de Columbariis, de dono regis. Teste ut supra. Per A. de S'. A.

De quercu data.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Waltero de Uppenor, hospiti Johannis de Lexinton' apud Windl', j. quercum in foresta de Windl' ad hospitium suum reparandum. Teste rege apud Windl', xij. die Octobris.

De liberatione duorum denariorum.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Philippe filie Gileberti Fayel et Ysabelle sorori ejus illos duos denarios in die quos predictus Gilebertus pater earum percipere consuevit ad Scaccarium nostrum de elemosina nostra constituta. Et ideo vobis mandamus quod predictis Philippe et Isabelle predictos duos denarios in die habere faciatis sicut predictum est. Teste rege apud Windl', ut supra.

De maeremio dato.—Mandatum est baillivo de Witten' quod in grava de Witten' sparsim per loca et ubi poteris (*sic*) ad minus nocumentum illius grave faciat habere baillivo de Wudestok' maeremium necessarium ad quandam capellam faciendam apud Wudestok', per talliam faciendam inter te et ipsum de predicto maeremio. Teste ut supra.

De galiis regis.—Mandatum est Thome filio Godefridi et Paulino de Wincheles' quod galias regis que sunt in custodia sua braari faciant et quandam domum fieri ad salvam custodiam earum. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Cryoyl.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Scias (*sic*) quod concessimus Bertramo de Cryoyl quod habeat custodiam castri nostri Dovor' et comitatus nostri Kanc' quamdiu nobis placuerit eodem modo quo custodiam illam prius tenuit. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

[m. 1.] *De bissis datis.*—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Magistro Simoni de Wauton' duas bissas in foresta Norhumbrie, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

1238.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere abbati de Binendon' x. quercus in baillia Ricardi de Wrotham ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Johanni de Lexinton' iij. bonos damos de venatione quam habet in custodia sua. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est vicecomiti Staff' et Salop' quod de manerio de Wurfeld' talem saisinam habere faciat Henrico de Hasting' ut in boscis et aliis qualem rex inde habuit cum esset in manu regis, salva tamen regi viridi et venatione eorundem boscorum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod faciat habere Simoni de Offeham', capellano regis, iij. quercus in bosco de Elteham ad maeremium, de dono regis.

Pro Henrico de Hastinges.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod infra xv. dies post susceptionem litterarum certificet regem quare distringit Rogerum de Poselingewurth' ad faciendum ei de tenemento quod tenet de Henrico de Hastinges plus servitii quam idem Henricus ei recognoscit, qui quidem Henricus medius est inter ipsum Rogerum et heredem Roberti filii Walteri cujus terre sunt in custodia sua per preceptum regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Magistro Nicholao de Farenham unum bonum dolium vini, de dono. Teste rege apud Keninton', xix. die Octobris.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Thome de Scotiny, quantum valeat etc, que est vadium Elye Levesk', Peytevyn filii Benedicti, Mosse Crespyn et aliorum Judeorum. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Norhamt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberent vicecomiti Norhamt' vj. dolia vini carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

Pro abbate de Hales.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de murdro quod exigunt de abbate de Hales unde habent (*sic*) quietanciam per cartam J. regis, et domini H. regis, ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De dominicis comitis Ricardi talliandis.—Rex concessit R. comiti Pictavie, quod, quia rex talliari facit civitates, burgos et alia dominica sua, ipse similiter sua talliari faciat. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod de villis de Bercamested' et Hamelhamsted' rationabile tallagium ei habere faciat. Teste rege apud Windl', xviij. die Octobris.

1238.

Eodem modo scribitur vicecomiti Ebor' de Knarreburg' et Pundeburg'. Vicecomiti Norhamt' de Roking'. Vicecomiti Sussex' de Cycestr'. Vicecomiti Sumers' de Ivelcestr'. Vicecomiti Wilt' de Wilton'. Vicecomiti Devon' de Exonia et Kenton'. Vicecomiti Linc' de Kyrketon'. Vicecomiti Berk' de Walingeford'. Vicecomiti Suff' de Eya.

De denariis reponendis.—Mandatum est H. de Path', thesaurario, quod denarios quos J. comes Linc', ei liberabit de exitibus comitatus Cestrie recipiat et eos salvo reponi faciat in Turri Lond'.

Mandatum est constabulario Turris Lond' quod eos reponi permittat.

Mandatum est J. comiti Linc', quod denarios qui venient de Hybernia usque Cestriam recipiat et reponat eos in castro Cestrie et denarios de exitibus Cestr' mittat Lond' liberandos H. de Patesh'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windl' quod faciat habere Waleramo Teutonico ij. quercus ad focum suum in foresta de Windl'. Teste ut supra.

Pro Huberto de Roylly.—Rex concessit Huberto de Ruylli quod habeat imperpetuum unum mercatum apud Sheningho' per diem Lune. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod mercatum illud ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro comite Oxonie.—Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' pro comite Oxonie de quodam mercato apud Pritelewell' per diem Lune. Teste ut supra.

Pro Petro Dagun.—Rex concessit Petro Dagun quod de extensione terrarum et reddituum suorum quietam habeat domum suam in qua manet apud London' et duas partes valoris terrarum et reddituum predictorum secundum extensionem predictam et de residua tertia parte terrarum et reddituum excepta domo predicta respondeat Judeis de debitis in quibus tenetur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant.

De allocatione facienda.—Mandatum est eisdem justiciariis quod id quod filie et heredes Johannis Baldewini probare poterunt ipsum Johannem patrem suum in vita sua pacasse Josceo, Judeo Leic', qui postea suspensus fuit, de debitis que idem Johannes ei debuit et que ab eisdem filiabus et heredibus exiguntur allocari faciant. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi de Taunton' quod faciat habere Nicholao de Bolevill vj. matrices bremias in vivario de Taunton'. Teste rege apud Rading' xxj. die Octobris.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni Gubaud quod de venatione regis quam habet in custodia sua faciat habere Johanni de Lexinton' iv. bonos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

1238.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod, si Christianus, episcopus Imilicensis, qui se confirmari permisit preter assensum regis adversarium non habeat qui promotioni sue in eodem episcopatu ei se opponat et idem episcopus securitatem ei prestiterit secundum formam presentibus inclusam, de omnibus terris et aliis ad eundem episcopatum pertinentibus eidem episcopo saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est baillivis Suhamt' quod duo dolia vini que empta fuerunt ad opus regis a Willelmo Folegruwe pro ix. marcis et dimidia acquietent versus ipsum Willelmum pro illis duobus doliis vini que regi debuit de amerciamento coram fratre G. elemosinario et Paulino Peyvre. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Barbefle.—Mandatum est Johanni de Pless' quod permittat Nicholaum de Barbefle, custodem manerii de Melkesham', habere omnes exitus dominicorum boscorum regis pertinentium ad idem manerium salva ipsi Johanni custodia de viridi et venatione tantum, sicut inde provisum est, et quod idem Nicholaus habeat duos forestarios qui vocantur forestarii de villa. Teste ut supra.

De tricesima recipienda.—Mandatum est vicecomiti de Noting' quod tricesimam quam Johannes filius Philippi ad ipsum mittet de termino Sancte Trinitatis anno xxij. de episcopatu Dunelmensi et de comitatibus Cumberl', Norhumbrie, Lanc' et Westmeril', recipiat et eam salvo custodiat in castro Noting' donec rex aliud inde preceperit et ex quo eam receperit per litteras suas domino regi scire faciat quantum inde receperit. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Roberti de Wattevill' que est vadium Abrahe de Bercamested' et aliorum Judeorum etc.

De quercubus datis.—Mandatum est baillivo manerii de Gillingeham quod faciat habere Margarete Byset x. quercus in forinseco bosco extra parcum de Gillingeham. Teste rege apud Walingef', xxiij. die Octobris.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod canonicis de Nutl', ministrantibus in capella de Caveresham', habere faciant unam bonam quercum in bosco episcopatus Wintoniensis [vocato] le Pyllingeber' in foresta de Windl' ad quoddam batellum faciendum ad passagium peregrinorum venientium usque Caveresham.

Hybernia.—Rex justiciario Hybernie, salutem. Quia didicimus pro certo quod Christianus, Imilicensis episcopus, qui se permisit confirmari preter assensum nostrum postquam a nobis recessit, fraudulentus est et cavill[ator], valde vobis mandamus quod antequam mittatis ipsum in possessionem temporalium pertinentium ad episcopatum Imilicensem bene securi sitis de ipso quod, in forma quam vobis significamus per litteras nostras quas a nobis impetravit

1238.

et quas vobis porriget, nisi ante susceptionem eas receperitis, commodam nobis prestet securitatem de articulis in litteris illis contentis, ita quod sic firmiter obligetur quod per fraudem ipsius nobis processu temporis prejudicium generari non possit et quod discretio vestra debeat in hac parte commendari. Teste rege apud Abbendon', xxv. die Octobris.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Hugoni Wac iij. damos in foresta de Clyve, de dono. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod non permittat quod Hugo de Hoyvyll' distringatur per terram suam in Sniterl' et Tudeham que est vadium Judeorum ad solutionem majoris debiti quam ad tantum terre pertineat.

Mandatum est custodibus vinorum Noting' quod de vinis que venerunt de nundinis Sancti Bothulfi faciat habere uxori J. filii Philippi duo bona dolia vini. Teste apud Wudestok', xxv. die Octobris.

Mandatum est Petro de Wakering' quod in vivario de Taunton' quod est in custodia sua per preceptum regis faciat habere Nicholao de Molis vj. matrices bremias, de dono regis. Teste rege ibidem, xxvj. die Octobris.

Rex perdonavit L. Dublinensi archiepiscopo, c. marcas quas ei debet ad Scaccarium Dublin'. Et mandatum est justiciario Hibernie et thesaurario Hibernie quod ipsum inde quietum esse faciant.

Rex concessit Bartholomeo le Bigod' ad se sustentandum in servitio regis custodiam terre et heredum Thome de [Antes' *erased*] Anesya habendam usque ad etatem ipsorum heredum una cum maritagio heredum, si ipsa custodia regi remaneat per judicium; ita quod, si contingat Walterum de Lascy qui dictam custodiam vendicat eam recuperare, rex non tenebitur ipsam custodiam eidem Bartholomeo warantizare nec excambium ei facere. Mandatum est vicecomiti Heref' quod de predicta custodia et maritagio ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod habere faciant Alicie que fuit uxor Johannis Ballard', nuper interfecti apud Wytteney, de bonis que fuerunt ipsius Johannis usque ad valorem x. marcarum [et quod] fuerit residuum de catallis predictis ad opus regis reservet (*sic*); permittat etiam predictam Aliciam esse in domibus que fuerunt ipsius Johannis usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Sanford' quod faciat habere Fulconi filio Warini x. damas et iiij. damos vivos in foresta de Braden', de dono. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod non distringat feoda Simonis de Monte Forti in baillia sua ad faciendum sectam ad comitatum

1238. suum vel ad hundreda contra libertates quas habet per cartas predecessorum [regis], regum Anglie. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Octobris.

Mandatum est Ricardo de la Lad' quod faciat habere Roberto de Muscegros vij. damas et iiij. damos vivos ad parcum suum instaurandum in parco de Theok', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto de Ros de vj. bissis ad opus Eboracensis archiepiscopi in foresta de Pykering. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in vivario de Foss' [faciat habere] Waltero de Kyrkeham, x. bremias, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis Hybernie quod in loquela que est coram eis inter W. comitem Warrenn', petentem, et Ricardum de . . ., tenentem, de j. carucata terre in Miggelay unde idem Ricardus vocavit ad [warantum] Robertum de Everingeham et Isabellam uxorem ejus, procedant secundum legem et consuetudinem regni Anglie ad judicium inde reddendum ad diem videlicet quem. . . . .

1237. [m. 23*d*.]

Alanus Basset attornavit Johannem de Belescot' et Hamonem filium Hereberti in comitatu Oxonie contra Robertum de Chynham et Hawisiam uxorem ejus, Robertum de Anvers et Murielem uxorem ejus de feodo j. militis in Shyplak'.

Rex ballivis suis de Braye, salutem. Sciatis quod Johannes de Hoke, Robertus filius Emme, Aldith' fil[ia] Aluine, Reynildus Attebrethurst, Willelmus de Lutlefeld' et Celiandr' uxor ejus attornaverunt coram nobis loco suo Willelmum filium Reynildi et Willelmum de Lutlefeld' ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in curia nostra de Bray inter ipsos, petentes, et Willelmum Gaymund et Jul' que fuit uxor Johannis Gaymund, Rogerum de Haremer, Simonem filium Semanni et Swanild' uxorem ejus, tenentes, de dimidia virgata et quarta parte unius virgate et octava parte unius virgate terre cum pertinentiis in Yashamsted'. Et ideo etc.

Norhumbria.—Willelmus de Vescy attornavit Willelmum filium Ulkill' et Willelmum le Waleis contra Alexandrum de Hilton' de divisis faciendis inter terram ipsius Willelmi in Wulvesdon' et terram ipsius Alexandri in Schiplibolle.

Quia rex audivit quod copia vinorum venit apud Bristoll' mandatum est ballivis Bristoll' quod de vinis illis retineant ad opus regis c. dolia de melioribus vinis que ibi habeantur quousque Johannes Maunsel ibidem venerit, providentes quod vina illa sint de Wasconia et si non omnia pro majori parte tamen secundum copiam quam inde ibidem habuerint; et quid inde fecerint regi significent. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Novembris.

Dors'.—Abbas de Cern' attornavit Johannem Gerard' contra priorem Sancti Swithuni de divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Retpol et terram ipsius prioris in Wik'.

1237.

Mandatum est Huberto Huse inter cetera que rex scripsit ei pro abbatissa Fontis Ebroll' quod cum rex pro laboribus et expensis predicte abbatisse quas frequenter fecit destinando nuntios suos in Angliam solvi fecerit viginti marcas de thesauro suo in Anglia in parte solutionis arreragiorum suorum que eidem abbatisse debebantur de firma civitatis Burdegale illas viginti marcas deduci faciatis de arreragiis predictis si arreragia tanta supersint; et si tanta non supersint deducatur residuum quod deducendum fuerit de redditu suo ei postea solvendo. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Linc' et assessoribus et collectoribus xxx^{e}. in eodem comitatu quod nec in terris prioris Hospitalis Jerusalem' vel hominum suorum ratione annui servitii quod inde facit idem prior dominis feodorum nec in aliis terris ipsorum tricesimam assideant vel colligant. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Novembris.

Berk'.—Abbas de Pratellis attornavit Henricum Lenveyse et Willelmum Basset contra Christianam de Sutton, petentem, de una virgata terre cum pertinentiis in Eston'.

Dors'.—Abbas de Middelton' attornavit Robertum Pucyn et Adam Russel contra Johannem de Turbervill', petentem, de una hida terre in Pidele la Trop'.

Oxon'.—Walterus de Pontibus attornavit Johannem [de *cancelled*] Vicor contra Robertum de Baillol' de ij. carucatis terre in Rollesham.

Norht'.—Idem Walt' attornavit eundem Johannem contra eundem Robertum de iiij. carucatis terre in Parva Weledon'.

Essex'.—Desiderata uxor Galfridi de Flete attornavit ipsum Galfridum contra Simonem de Furnell', tenentem, de una hida terre et dimidia in Sudministr'.

Mandatum [est] vicecomiti Norf' quod, si Hugelinus Blundus, Rogerus Barge, Willelmus Tete, Johannes Aelard', Stephanus Aelard', Batecoc Heymund', Witagod' de Wincheles', Galfridus Page, Thomas Floc, Gervasius Floc, Ricardus Floc, Andreas Trut, Maynard' Trot, Willelmus de Manfeld', Godefridus Pohun, Coc' Pohun, Robertus le Marchant, Henricus Pichepath', Torold' de Kivilly, Jacobus Berenger, Reginaldus Peper et Adam de Hertepol, versus quos Brianus le Petit, Galfridus filius Widonis et Galfridus le Clerc impetraverunt breve quod sint coram justiciariis in Banco in octabis Sancti Hillarii responsuri quare domos suas de Gernem' fregerunt et distraxerunt et catalla eorum asportaverunt, inventi non fuerint, tunc illos qui non fuerint inventi exigi faciat de comitatu in comitatum et si non venerint ad quartum comitatum vel infra tunc eos secundum secundum (*sic*) consuetudinem regni faciat utlagari. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Novembris.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti de Thorold' de Kivilly, Roberto le Marchaunt, Johanne Aelard', Stephano Aelard', Henrico

1237.

Aelard' et Stephano Bush exigendis et utlagandis in comitatu suo, quos Albredus de Surlingham et Gilebertus mercator appellant de imprisonamento et pace fracta.

Rex concessit Petro Saraceno respectum de xxx^a. assisa in terris in terris (*sic*) suis in episcopatu Dunholmensi usque ad festum Sancti Michaelis anno xxij. per manum suam solvenda ad Scaccarium regis. Et mandatum est Johanni filio Philippi quod predictum Petrum illum respectum habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Novembris.

Rex concessit respectum priori de Theford' de xxx^a. hominum suorum regi solvenda usque ad festum Sancti Michaelis anno xxij. ad respondendum tunc inde ad Scaccarium. Et mandatum est assessoribus et collectoribus xxx^e. in comitatu Cantebrigie quod in terris hominum ipsius prioris nullam tricesimam colligant et si forsitan aliquam ibidem collegerint illam eidem priori reddant ad respondendum inde ad Scaccarium. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus in comitatibus Norf' et Suff'.

Postea habuit breve de dominicis terris suis et terris hominum suorum. Teste apud Geudeford', xj .die Decembris.

Mandatum est fratri Hugoni de Stocton' quod tricesimam regis collectam in comitatu Essex' quam assessores et collectores xxx^e. in eodem comitatu ei liberabunt sub sigillo eorum recipiat et salvo reponat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xvij, die Novembris.

Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod cum homines de Cestria sint in manu regis propria ipsos manuteneat et defendat non permittens quod eis de corporibus vel rebus suis dampnum inferatur aut gravamen. Et si velint emere bladum in Hybernia cariandum usque Cestriam id sine impedimento permittat. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Decembris.

Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatu Surr' quod occasione mandati domini regis de tricesima assidenda et colligenda manum non apponant ad burgum regis de Geldef' nec ad alia dominica regis in eodem comitatu. Et si quid inde ceperint id eis reddant. Teste apud Geldeford', xij. die Decembris.

Significatum est justiciariis de Banco quod Philippus le Granger venit coram rege apud Clarendon' die Mercurii proxima post festum Sancte Lucie et petiit sibi replegiari unum mesuagium cum pertinentiis in Oxonia quod captum fuit in manum regis pro defalta ipsius Philippi quam fecit in loquela que est coram predictis justiciariis inter Edytham que fuit uxor Ade de Guttyng', petentem, et ipsum Philippum, deforciantem, de rationabili dote etc. Teste apud Clarendon', xv. die Decembris.

[m. 22*d*.] Mandatum est assessoribus et collectoribus tricesime in comitatibus suscriptis quod si aliquid restet colligendum de medietate tricesime

1237.

que solvi debuit in crastino Sancti Andree proximo preterito illud sine dilatione colligi faciant, distringentes per vicecomites regis quibus rex idem mandavit omnes quos necesse fuerit pro arreragiis predictis. Et prefatam medietatem tricesime integre collectam sub salvo conductu quem prefati vicecomites eis habere facient cariari faciant usque ad loca suscripta. ita quod ibi sit diebus suscriptis et eam liberent inferius nominatis per tallias et rotulos continentes particulas et summam tricesime predicte. Et taliter in hoc negotio pros[equendo] se habeant quod grates speciales et condignas remunerationes inde habere debeant. Teste apud Clarendon'.

Mandatum est etiam vicecomitibus suscriptis quod omnes illos de comitatibus suis qui arreragia debent de medietate tricesime regis que reddi debuit in crastino Sancti Andree proximo preterito distringat ad arreragia illa sine dilatione reddenda secundum quod assessores et collectores eorundem comitatuum eis dicent. Teste ut supra.

Mandatum est etiam singulis vicecomitibus suscriptis quod assessoribus et collectoribus tricesime predicte in comitatibus suis salvum conductum habere habere(*sic*) faciant et cariagium inveniant ad cariandam medietatem tricesime regis quam jam pridem receperant usque ad loca suscripta ita quod sit ibi diebus suscriptis. Per breve de computabitur.

Norhumbrie Cumberland' Lancastr' Westmeryland' Eboraci Lincoln'	Apud Notingeham in octabis Sancti Hyllarii, liberandam Johanni de Lexinton' et Petro Grimbaldo.
Norhampt' Roteland' Buk' Bedeford' Oxonie Bercsyr'	Apud Turrim London' in octabis Sancti Hyllarii, liberandam majori Lond' et thesaurarius mittet ad hoc unum de suis.
Cornubie Devonie Sumers' Dors'	Apud Bristoll' in octabis Sancti Hyllarii, liberandam Johanni de Plesseto et Johanni Mansel.
Noting' Dereb' War' Leycestr' Stafford' Salop'	Apud Notingham a die Sancti Hyllarii in quindecim dies, liberandam eis[dem] Johanni de Lexinton' et Petro Grymbaldo.

1237.

Cantebrigie Norf' Suff' Essex' Hertford' Cancia Middelsex' Surr' Sussex'	Apud Turrim London' a die Sancti Hyllarii in quindecim dies, liberandam eidem majori et ei quem thesaurarius mittet.
Wiltys' Glouc' Wyrecestr' Suthampton' Hereford'	Apud Bristoll' a die Sancti Hyllarii in quindecim dies, liberandam eisdem Johanni de Plesseto et Johanni Mansel.

Mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod tricesimam quam assessores et collectores ejusdem in terris et libertatibus episcopatus Dunelmensis in wappentaccio de Sedbergh' et tricesimam quam assessores et collectores ejusdem infra Tynam et Teysam et in Bedlingtanesyr' et tricesimam quam assessores et collectores ejusdem in Norhamsyr' cariari facient per preceptum nostrum usque Dunelmum recipiat et sub sigillo illorum et per rotulos et tallias continentes summam et particulas ejusdem tricesime, salvo reponat in castro Dunelmi et custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est etiam eidem quod omnes illos de episcopatu Dunelmensi qui arreragia debent de medietate tricesime que reddi debuit in crastino Sancti Andree proximo preterito distringat ad arreragia illa sine dilatione reddenda secundum quod assessores et collectores ejusdem tricesime ei dicent. Teste ut supra.

Mandatum [est] assessoribus tricesime in terris et libertatibus episcopatus Dunelmensis in wappentaccio de Sedbergh' quod, si restat colligendum de medietate tricesime que reddi debuit in crastino Sancti Andree, illud sine dilatione colligi faciant distringentes per custodem ejusdem episcopatus cui hoc mandatum est omnes quos necesse fuerit pro arreragiis predictis, et prefatam medietatem integre collectam cariari faciant usque Dunelmum, liberandam ibidem eidem custodi et reponendam in castro Dunelmi sub sigillis vestris (*sic*) et per tallias et rotulos continentes particulas et summam illius tricesime et taliter se habeant in negotio illo etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus	In Ballia Cestr'. In Alvertunesyr'. In Hogdonesyr'.

Hoc tamen addito quod isti duo sub salvo conductu et cum cariagio que idem custos eis habere faciet cariari facient tricesimam illam usque Eboracum, et inde sub salvo conductu et [cum] cariagio que vicecomes Eboraci eis inveniet in propriis personis eam cariari faciant usque Notingeham, liberandam ibidem

1237. Johanni de Lexinton' et Petro Grimbaldo et constabulario Noting' in octabis Sancti Hyllarii sub sigillis eorum per rotulos continentes particulas et summam tricesime predicte. Teste ut supra.

Eodem modo quo scribitur in ballia Cestr' scribitur assessoribus et collectoribus in ballia de	Esington'. Infra Tynam et Teyse et in Belington' syr'. In Norhamsyr'. Stocton'. Derlington'.

Quia laboriosum esset assessoribus et collectoribus xxxme. in comitatu Wyltis' et aliis de eodem comitatu tricesimam usque Sarrisburiam deportare ad eam ibidem reponendam, sicut eis alias rex precepit, mandatum est eisdem quod non obstante mandato priori ipsam colligant et collectam reponant in castro Divisarum. Precepit enim rex constabulario ejusdem castri quod ad hoc faciendum liberum egressum (*sic*) et egressum habere permittat. Teste rege apud Wintoniam, xxvj. die Decembris.

[m. 21*d.*] *Dors'*.—Prior Sancti Swythuni Wynton' atornavit Thomam de Wyntonia, clericum, versus abbatem de Cerne de divisis faciendis inter terras ipsius prioris in Wyk' et terram predicti abbatis in Radipol'.

Oxonia.—Willelmus de Englefeld' atornavit Johannem Dismars et Alanum de Englefeld versus Robertum de Anvers et Murielem uxorem ejus, Robertum de Chinham et Hawysiam uxorem ejus, de feodo unius militis in Shiplac.

Suthampt'.—Abbatissa Sancte Marie Wynton' que habet terram in Froile et Hugo de Wyngeham qui habet terram in la Welle posuerunt se in perambulationem inter predictas terras suas. Et habent inde breve. Teste ut supra.

Memorandum quod Andreas de Kardinan qui habet terras in Tywarnayl et decanus et capitulum Exonie qui habent terras in Lanideno posuerunt se in perambulationem inter terras predictas. Set non habent breve quia decanus non fuit presens. Habeant cum venerit ille decanus.

Dors'.—Prior Sancti Swythuni Wynton' atornavit fratrem Johannem de Basing', monachum suum, et Thomam de Wynton', clericum, versus abbatem de Cern' de divisis faciendis inter terras ipsius prioris in Wyk' et terras predicti abbatis in Radepol'.

1238. *Eboracum*—Cecilia uxor Ricardi de Hauvill' atornavit predictum Ricardum virum suum versus Alexandrum filium Hugonis, tenentem, de tribus acris prati in [Luddingeland' *erased*] Luuesecsal'. Teste apud Westmonasterium, x. die Januarii.

Glouc'.—Johannes de Kadindon' attornavit Walterum de Clifford' contra Willelmum filiu. . Henrici, tenentem, de virgata terre in Allescot.'

1238.

Mandatum est Johanni de Lexinton' quod dilatione et occasione postpositis sit apud castrum de Noting' in octabis Sancti Hillarii ad recipiendum una cum Simone de Norwico cui rex idem mandavit denarios de xxx. comitatuum diversorum quos rex precepit illuc afferri et cum eos receperint una cum fratre Radulfo Scoto, Hospitalario, et fratre Willelmo de Sampford', Templario, eos liberent eisdem fratribus salvo reponendos in eodem castro sub sigillis suis et custodiendos donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Januarii.

Eodem modo scribitur [Simoni de Norwico *erased*] Willelmo de Peretot.

Consimiles litteras habent Johannes de Plesset' et Johannes Maunsel de xxx[a]. recipienda apud Bristollum de diversis comitatibus una cum fratre Hugone de Roele, Hospitalario, et fratre Roberto de Sikelingham, Templario, et de ipsa pecunia eisdem fratribus liberanda.

Apud Turrim Lond'; major Lond', frater Hugo de Stocton', frater Vincentius Hospitalarius, et clericus H. de Pateshull' quem idem mittere voluerit ad eundem diem et quod predicta pecunia liberetur ipsis fratribus sicut superius.

Mandatum est assessoribus et collectoribus xxx. in comitatu Kancie quod, occasione mandati quod rex [f]ecit eis de xxx. assidenda et colligenda in comitatu illo, nullam manum apponant ad catalla magistri Milicie Templi in Anglia in custodia quam habet de dono Roberti Passelewe in Selton'. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Januarii.

Mandatum est assessoribus et collectoribus xxx. in comitatu Suht' quod occasione xxx[e]. etc. nullam xxx. assideant vel colligant de porcis vel fructu vel aliquibus aliis rebus abbatis et conventus de Hida que sunt infra septa curie sue de Hida. Teste ut supra.

[m. 20*d.*] Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Ostendit regi Ricardus de Watervill' quod cum in curia regis coram justiciariis suis apud Westmonasterium per considerationem ejusdem curie recuperasset versus Rogerum de Colevill' custodiam terre que fuit Odinelli de Albiniaco in Dalton' usque ad etatem heredis ejusdem Odinelli, Aaron de Eboraco, Judeus, cujus vadium dicta terra [fuit *erased*] dicitur esse postea per breve regis recuperavit seisinam ejusdem terre tanquam vadii sui. Quia vero rex generaliter concessit in regno suo quod, heredibus infra etatem existentibus, non currant usure super terras suas que vadia sunt. Judeorum nec hujusmodi invadiationes auferre debent dominis feodorum custodiam terrarum que de eis tenentur per servitium militare, mandatum est vicecomiti Eboraci quod predicto Ricardo de predicta terra nomine custodie talem seisinam habere faciat qualem inde habuit antequam predicto Judeo per preceptum regis seisinam inde habere fecit. Teste rege apud Windles', xvij. die Januarii.

Milo de Cerneye venit coram rege die Dominica post festum Sancti Hyllarii apud Wyndes' et petiit terram suam in Cheleworth' sibi

1238.

replegiari que capta est in manum regis per defaltam quam fecit coram justiciariis de Banco versus abbatem de Glouc'. Et significatum est hoc eisdem justiciariis. Teste ut supra.

Norhampt'.—Vitalis Engayn' atornavit locô suo Robertum de Roynges versus Robertum de Rumely et Aliciam uxorem ejus de tertia parte duarum virgatarum terre cum pertinentiis in Pychtesl'. Teste apud Wind', xviij. die Januarii.

Kancia.—Prior Sancte Marie de Suwerk' attornavit Henricum le Botiller contra Warinum de Monte Canasio de hoc quod idem Warinus exigit ab eo consuetudines etc. in Ketelbroc.

Legato rex, salutem. Cum sicut audivimus prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia thesaurarium Eboracensis ecclesie super quadam piscaria sua coram vobis trahat in causam que quidem causa terminari debet in curia nostra et nobis ex hoc possit prejudicium generari, paternitatem vestram attente rogamus quatinus cum plenam fiduciam de vobis reportemus quod ea que spectant ad coronam et dignitatem nostram velitis plenius conservari predictam causam non sustineatis coram vobis de cetero ventilari; et taliter has preces nostras exaudias quod vobis ob hoc teneri debeamus ad grates. Teste.

Consimiles litteras habet Radulfus filius Nicholai de catallis et debitis.

Consimiles litteras habet Margeria de Ripariis de debitis.

[m. 19*d.*] *Essex'.*—Robertus de Chaure' attornavit Osbertum filium Radulfi et Simonem Hardy contra Willelmum de Arden', Willelmum filium Ricardi et Julianam uxorem ejus de feodis duorum militum in Chauree.

Devon'.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod perambulationem que deberet fieri citra Pascha inter abbatem de Tavistok' et Amauricum de Sancto Amando ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis. Teste rege apud Kenynton', viij. die Februarii.

Rotel'.—Willelmus filius Henrici de Tykencot' attornavit Andream Cusin et Ricardum de Weston' contra Willelmum filium Mathei de terra in Tykencot'.

Norf'.—Robertus Aguillun attornavit Thomam Crowe et Reginaldum le Puylus contra Petrum Branche de terra in Wiveton'.

Hundredum de Middelton'—Vitalis Brito attornavit Johannem Galopin contra Willelmum Hoppegamme de duobus mesuagiis in Rodmeresham.

Norhumbria.—Willelmus de Vescy attornavit Simonem de Horseleg' et Walterum le Clerc contra Alexandrum de Hilton' de divisis faciendis inter terram ipsius Alexandri in Shimplingbot' et terram ipsius Willelmi in Alnewic'.

1238.

Norf.—Rogerus de Mortuo Mari atornavit Laurentium de Meauling' versus Godefridum de Millers de uno molendino et uno mesuagio et quadraginta acris terre in Rysing.'

Henricus capellanus de Dray, Walterus filius Fulconis, Thomas Turpin, Hugo de Routheclive, Willelmus filius Gladewin, Thomas de Hyrst', Thomas Forestarius, Robertus filius Alexandri venerunt apud Westmonasterium die Mercurii proxima post festum Sancti Mathie Apostoli et petierunt terram suam in Carleton sibi replegiari.

Mandatum est Huberto Hoese, senescallo Wasconie, quod summam diligentiam apponat ad reformationem pacis inter cives Burdegale et G. Ridel, dominum de Blavia, de parvis consuetudinibus et domibus circa castrum Burdegale tradendis pro quibus oblate fuerunt regi in presentia sua trescente vel cccc libre Burdegalenses ad firmam per annum et quas idem senescallus significavit non esse expediens tradere ad firmam ipsis civibus Burdegale set Elye Viger. Significat ei rex quod eum reputat ita discretum quod de ipsa firma tradenda vel dicto Elye vel alii arbitrio suo relinquit et de potestate tradendi literas patentes ei mittit ut eam tradat cui viderit expedire, videlicet tam consuetudines illas quam predictas domos ad terminum ad quem magne consuetudines traduntur ad firmam. Cum autem tradidit eas ad firmam significet regi cui eas tradiderit et qualiter et tunc fieri faciet ei rex literas suas patentes. Preterea mittit ei rex per militem suum, presentium latorem, D. marcas ad negotia Wasconie expedienda. Significat etiam ei rex quod H. de Trublevill' recognovit coram rege quod recepit firmam Burdegale de ultimo anno quo fuit senescallus ejusdem terre quam posuit in expeditione negotiorum regis in partibus illis et ideo mandatum est eidem senescallo quod omnibus illis pacem inde habere permittat. Teste rege apud Kenet', vij. die Marcii.

Mandatum est eidem quod de exitibus terre Wasconie de instanti estate ponat usque ad summam D. marcarum in reparatione et emendatione castri de Regula; et in reparatione domorum regis Burdegale ponat usque ad summam xl. marcarum; et c. marcarum que adhuc restant solvende Reymundo Furt' et uxori sue, lx. libras Burdegalenses et duas robas singulis annis quamdiu ipsa vixerit pro castro de Taillecheval, quod Henricus de Trubl' emit ad opus regis, solvat. Teste ut supra.

Robertus de Turbervill' venit coram rege apud Windl' die Dominica proxima post festum Sancti Gregorii et petiit terram suam in Pidel' Turbervill' sibi replegiari propter defaltam ipsius Roberti versus Vimanam que fuit uxor Johannis de Turbervill'.

[m. 18*d.*] Mandatum est Johanni filio Philippi quod ad mandatum Johannis filii Roberti accedat ad Norhumbriam ad faciendum ibidem cc. libratas terre de dominicis regis in partibus illis una cum prefato J. et ad extendendum ibidem predicta dominica ad perficiendum predictas cc. libratas terre ad opus regis Scott[orum] secundum quod prefato J. injunximus. Teste rege apud Windl', xv. die Marcii.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo patentium.*

1238.
[m. 17*d.*]

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Si Rogerus de Duffeld fecerit te securum de clamo [re]suo prosequendo tunc pone per vadium et salvos plegios Rades de Duffeld, Emmam uxorem ejus, Oliverum filium Willelmi de Middelton' et Willelmum fratrem ejus, Adam de Angoteby, Ranulfum le Kauf, Johannem le Lung, Walterum de Messingeham et Robertum le Rymur quod sint coram justiciariis intinerantibus [ad respondendum] predicto Rogero de mahemio et pace regis fracta unde eos appellat; et si ipsi in predicto comitatu non inveniantur tunc ipsos interrogare facias de comitatu in comitatum ut sic secundum consuetudinem terre utlagentur; et scire facias abbati de Wyteby quod eos non receptet infra libertates suas, [si eas vult] illesas servari, ita tamen quod si inveniri non possint set infra predictam libertatem se teneant tunc cum catallis in eis inventis omnes terras predictorum appellatorum extra libertatem predictam in manum nostram capias et illas salvo custodias donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Merleberg', xxij. die Marcii.

Hertford'.—Laurentius Aignel attornavit Willelmum Aingnel contra Ysabellam del Slo de terra in Wathamsted'.

Johannes le Butiler, vadlettus Walteri de Lascy, venit apud Merleberg' die Mercurii in vigilia Annunciationis Beate Marie et petiit manerium de Webbelegh' predicto Waltero replegiari versus Walterum de Muntchanesio.

Rex episcopo Exoniensi, salutem. Significastis nobis per litteras vestras patentes quod cum quidam clericus subdiaconus per appellum Henrici de Walcwurthy pro morte Ricardi filii ejus esset aliquando utlagatus et postmodo ad patriam suam rediens per baillivos nostros captus esset et carceri mancipatus idem clericus nuper coram justiciariis nostris ad gaiolam nostram deliberandam assignatis, quia inventus fuit in habitu clericali, ad instantiam vestram vestre fuit custodie deputatus; vos autem, quia nullus presens fuit qui clericum ipsum accusaret coram justiciariis supradictis vel nobis, reputantes eundem clericum non convictum super crimine memorato ei purgationem indixistis, dignitati regie in hac parte non modicum derogantes, quod quidem salva pace nostra nullatenus facere debuistis precipue cum utlagati pro convictis habeantur et ultimo sint supplicio puniendi. Nos autem, licet in vos de jure durius animadvertere ratione predicta possemus, volentes tamen reverentie et dignitati ecclesiastice ad presens deferre, concedimus clerico predicto quod ex quo ita est quod ei purgationem indixistis et se purgaverit abjuret regnum nostrum coram vicecomite nostro et coronatoribus comitatus Devonie, quibus mandavimus quod ad hoc faciendum intersint et statim regnum exeat in illud nunquam reversurus nisi de licentia nostra. Et ideo vobis mandamus quod ipsum coram vicecomite et coronatoribus predictis regnum nostrum abjurare permittatis qui, si forte vel proprio motu ductus vel consilio alieno regnum nostrum abjurare et exire noluerit, sibi imputet quoniam ipsum decetero in regno nostro non tuebimur, sicut nec debemus. Teste rege apud Merleberg', xxiiij. die Marcii.

1238.

Hybernia.—Mandatum est G. de Turevill', archidiacono Dublinensi, de thesauro quem habet ad presens et ad proximum Pascha habiturus est, sicut rex significavit, quod si invenire poterit mercatores fideles, duos vel tres aut plures, de quibus confidat tunc de consilio justiciarii Hybernie et L. Dublinensis archiepiscopi, thesaurum illum tradat, qui quidem mercatores regi de tanto respondeant in Anglia ad festum Pentecostes vel citra anno xxij. Si vero hujusmodi mercatores non possint inveniri tunc de consilio predictorum justiciarii et archiepiscopi thesaurum illum sub salvo et securo conductu in Angliam regi mittat, ita quod rex illum habeat ad festum predictum. Mandatum est etiam eidem G. quod cum quedam negotia exorta sint de novo in regno Anglie quibus intendere oportet in instanti estate propter quod ad partes Hybernie accedere non potest mittet dominus rex de fidelibus suis ad partes illas qui de consilio predictorum justiciarii et archiepiscopi negotiis regis expediendis intendent. Teste rege apud Merleberg', xxiij. die Marcii.

Memorandum quod.—R. Herefordensis episcopus, attornavit Thomam de Geiton' coram rege apud Theok' contra burgenses Salopie ad exhibendum cartas suas quas habent de libertatibus eisdem decano et capitulo concessis a regibus Anglie vel a rege.

Glouc'.—Alicia de Muta attornavit Robertum filium Roberti Oter et Thomam le Pee contra Bartholomeum Cementarium et Aliciam uxorem ejus de j. mesagio in Theok'.

Ricardus filius Johannis de Wulfrinton' venit coram rege apud Glouc' et petiit terram suam et molendinum suum in Wulfrinton' sibi replegiari.

Heref'.—Radulfus, episcopus Herefordensis, ponit loco suo Thomam de Gayton' versus burgenses Heref' de pluribus consuetudinibus.

Adam de Kyuesac, baillivus Walteri de Lascy, venit coram rege apud Glouc' die Lune in septimana Pasche et petiit [terram suam *erased*] maneria sua de Ludelawe et Stanton, exceptis duabus carucatis terre in Ludelawe, sibi replegiari.

[m. 16*d*.] *Hybernia. Breve de bastardo.*—Rex justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod hec est consuetudo usitata in regno nostro Anglie quando bastardus aliquis moritur sine herede de se; terra quam tenuit debet reverti ad illum de quo bastardus ille tenuit terram illam in capite; et ut sciatis formam brevis nostri in casu illo mittimus vobis formam illam litteris nostris inclusam, vobis mandantes quatinus breve illud usitari faciatis in tali casu in terra nostra Hybernie, juxta formam illam providentes Roberto de Hyda et uxori sue justicie plenitudinem exhiberi. Teste rege apud Theok', v. die Aprilis, anno xxij.

Rex Morgan de Karlyon', Res' filio Griffin', Hoel' filio Mereduc, Res' Mechidd', Mereduc filio Res', Kavan ab Howel, Melgayn filio Melg', Griffin filio Oweyn, Ricardo filio Hoel, Res' filio Traharn', Lewelin' filio Griffini, Mereduc filio Melg', Oweyn filio Hoel et fratribus ejus,

1238.

Oweyn filio Mereduc et omnibus aliis tenentibus de honore Breckenn' et de Buelt' et aliis tenentibus de Ricardo de Clar' et aliis tenentibus de comitibus et baronibus Anglie in partibus Wallie, salutem. Cum L. princeps de Aberfrau, dominus de Snaudon', terras et tenementa que tenuit in Wallia de predecessoribus nostris regibus Anglie et nobis tenuerit et tam eis quam nobis homagium inde fecerit, dictus princeps, ut audivimus, instat ad hoc quod David nepos noster filius et heres suus homagium quorundam magnatum Wallie capiat, quod quidem nullatenus facere debet eo quod predicti magnates terras suas de nobis tenere et homagium nobis inde facere debent et quod predictus David homagium et quod nobis facere debet nobis nondum fecit. Unde, cum tenementa vestra teneatis de dictis magnatibus nostris Anglie et ipsi eadem de nobis teneant in capite, vobis precipimus firmiter injungentes quod sicut tenementa vestra diligitis predicto David vel alicui alii homagium nullatenus faciatis in dampnum vel prejudicium dominorum vestrorum de quibus tenementa vestra tenetis. Teste rege apud Theok', vij. die Marcii.

[*Marginal note*] *Littere iste patentes fuerunt.*

Et mandatum est Griffino filio Wenunweni quod sicut terras et tenementa sua diligit eidem David vel alii homagium suum nullatenus faciat; immo provideat quod homagium suum et id quod regi facere debet de terris et tenementis suis regi faciat quia dominus rex paratus est in omnibus et per omnia facere id quod ei tamquam fideli suo facere debet.

Eodem modo scribitur Griffino filio Maddoc, Oein Bochan et Lewelin', fratri suo, Mereduc filio Roberti.

Rex Willelmo de Stutevill', salutem. Quia jam instat terminus treugarum inter nos et L. principem de Aberfrau, captarum in instanti festo Sancti Jacobi, ut ex relatu quorundam accepimus, idem princeps David filium suum homagium magnatum de Northwallia et de Powys capere fecit in grave prejudicium nostrum nec certi sumus de voluntate vel proposito ipsius principis, vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini nullatenus omittatis quin sitis ad nos apud Oxoniam die Martis proxima post quindenam Pasche nobiscum super hoc et quibusdam aliis negotiis nostris locuturi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni filio Alani, Willelmo de Warenn' de Albo Monasterio, Willelmo filio Warini, Rogero de Chaundos, Radulfo de Thoeny, Rogero Pychard', Thome Corbet, Radulfo de Mortuo Mari, Waltero de Clifford', Waltero de Baskervill', Johanni de Monem', Fulconi filio Warini. [*Fœdera.*]

Wallia.—Rex L. principi, salutem. Satis intelleximus quod vos ad hoc diligenter instatis quod D. nepos noster et filius vester, capiat homagium magnatum et aliorum de Northwallia et de Powys ad quod quidem nec vos instare debetis nec ipse id attemptare antequam ad nos venerit et fecerit nobis homagium et id quod facere debet maxime cum vos hoc facere non possitis salva fide qua nobis tenemini et salva honestate vestra. Et ideo vobis inhibemus in fide qua nobis tenemini

1238.

et sub pena tenementi quod de nobis tenetis ne prefatum filium vestrum aliqua homagia capere permittatis in partibus illis donec ad nos venerit et homagium nobis fecerit et id quod nobis facere debet precipue cum quidam de magnatibus illis tenere debeant de nobis in capite et de tenementis suis nobis homagium facere. Quia vero nuper venit ad nos archidiaconus de Sancto Asaph ex parte vestra minus sufficienter instructus ad tractandum de pace inter nos et vos, licet nobis significaveritis quod firmam pacem inter nos et vos desideratis, quia tamen nichil certum scimus de voluntate vestra et proposito in hac parte et instat terminus treugarum inter nos captarum, mandavimus magnatibus nostris Marchie quod die Martis proxima post octabas Clausi Pasche veniant ad nos [apud] Oxoniam tam super hoc quam aliis tractaturi nobiscum et vos tunc si desideretis firmam pacem inter nos et vos sicut nobis significastis prefatis die et loco mittere poteritis, si vobis placuerit, aliquos de vestris cum plena potestate ad tractandum de pace et eam inter nos et vos firmandam ; quoniam scire vos volumus quod hucusque nichil intelleximus nec ex tenore litterarum vestrarum nec alias quod pacem inter nos et vos firmari affectatis, immo potius ea que in hac parte audivimus ficticia vel nulla reputamus ; ad instantiam autem predicti archidiaconi mittimus vobis litteras nostras patentes de salvo et securo conductu eorum si quos ad nos predictis die et loco duxeritis transmittendos. Teste ut supra. [*Fœdera.*]

Rex David nepoti suo, salutem. Audivimus quod dilectus frater et fidelis noster princeps de Aberfrau, dominus de Snaudon', pater tuus, ad hoc instat diligenter quod tu capias homagia magnatum et aliorum in Northwallya et Powys antequam ad nos veneris et feceris nobis homagium et id quod nobis facere debes, unde cum ipse pater tuus hoc facere non possit salva honestate et salva fide qua nobis tenetur nec tu id aliquatenus debeas attemptare antequam ad nos veneris et nobis homagium feceris, tibi inhibemus ne homagia aliqua in partibus illis capere presumas priusquam nobis homagium feceris maxime cum quidam de magnatibus illis de nobis tenere debeant in capite et nobis de tenementis suis homagium facere. Teste ut supra. [*Fœdera.*]

Willelmus de Eboraco, Adam filius Willelmi, Jordanus Oliveri et Robertus de Bello Campo constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad omnia placita in comitatibus Cornubie et Devonie et incipient primo iter suum apud Lancaveton' in crastino Sancte Trinitatis et postea peracto itinere illo incipient itinerare in comitatu Devon' die et loco quos ad hoc viderint expedire. Teste rege apud Theok', viij. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod summoneri faciat archiepiscopos, episcopos etc. quod predictis die et loco coram eisdem justiciariis veniant ; et vicecomiti Devon' mandatum est quod ad diem et locum quos ei significabunt summoneri faciat archiepiscopos, episcopos etc. de comitatu suo.

Abbas de Cern' attornavit Johannem Gerardi contra priorem [de *erased*] Sancti Swithuni de terra in Melecumb'. [*Apparently cancelled.*]

1238.

Mandatum est W. de Eboraco quod assisam ultime presentationis, quam Willelmus de Pyro arramiat coram eo et sociis suis, justiciariis de Banco, versus Johannem de Lucumb' de ecclesia de Stok' in comitatu Sumers', capiat si quomodo commode possit eundo versus Devon', adhibitis secum sociis quos adhuc duxerit associandos, et quod diem quo captionem ejusdem assise interesse possit scire faciat vicecomiti Sumers' cui mandatum est quod die illo assisam illam coram eo venire faciat. Teste rege apud Theok', xv. die Aprilis.

Abbas de Begare attornavit loco suo fratrem Gwidonem, conversum domus sue, et Rogerum filium Willelmi de Rychemund contra Hugonem Scauberg' de tribus molendinis in Rychemund'.

Rex baillivis Dovr', salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatinus nullo modo permittatis aliquem mercatorem ducentem equum de pretio vel palefridum vel pullum quem emerit in Anglia ad vendendum in partibus transmarinis a portu vestro abducere ad partes illas set omnes hujusmodi equos arestari faciatis donec a nobis inde aliud habueritis mandatum. Teste rege apud Theok', xv. die Aprilis.

Eodem modo scribitur baillivis Sandwic', Heth', Rumenal, Pevenes', Winchel', Rya, Hastinges, Portesm', Suhamt', Sorham, Oreford', Faveresham.

Hybernia.—Roesia de Verdun, tenens, attornavit Robertum de Werston et Willelmum de Sancto Germano contra Robertum de Braybuef et Margaretam uxorem ejus, petentes, de tribus carucatis terre in Glummor et Aydevalan.

Eadem Roesia, tenens, attornavit Johannem de Wudeton' et Henricum de Wutton' contra Johannem de Nutrevill', petentem, de xiiij, acris terre cum pertinentiis in Octerath'.

Et hoc mandatum fuit M. filio Geroldi, justiciario Hybernie.

Buk'.—Petronilla uxor Henrici de Scaccario attornavit Henricum de Hinton' contra Warinum filium Geroldi et Agn' uxorem ejus de consuetudinibus et servitiis que ipsi exigunt a predictis Henrico et Petronilla.

Mandatum est probis hominibus Cestrie quod contentiones ortas inter eos et episcopum Coventrensem ponant in respectum usque in xv. dies a die Pentecostes.

G. Mar', comes Penbr', attornavit Henricum de Erdecot' contra episcopum Osseriensem, tenentem, de manerio de Dervauh' cum pertinentiis. Et mandatum est justiciario Hybernie quod ipsum ad hoc recipiat.

Berk.—Fulco filius Warini attornavit Thomam le Four' contra Alanum Boscher de amensuratione pasture in Waneting'.

Norf.—Matildis de Chettewind' attornavit Alexandrum de Tichewell' contra Johannem Luvel de consuetudinibus et servitiis.

1238.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Cum venerabilis pater O. etc. nuper hospitaretur apud Oseneyam clerici quidam de universitate Oxonie, timore Dei postposito et spreta sedis apostolice reverentia, in gravem regie dignitatis lesionem, in predictum legatum et suos irruentes eis tam de die quam de nocte contra pacem nostram insultum dederunt et quosdam de familia sua interfecerunt et alios graviter vulneraverunt; de quo vehementer moti sumus et perturbati, tam pro contemptu et injuria sancte Romane ecclesie illata quam pro manifesta pacis nostre perturbatione. Et ideo tibi precipimus firmiter injungentes in fide qua nobis teneris et sicut te ipsum et omnia tua diligis [quod] per totam bailliam tuam diligenter insidiari facias si qui clerici venientes de Oxonia de quacumque natione, sive Scotti, sive Walenses, sive Hybernienses, sive Anglici, a die Veneris proximo ante festum Sancti Marci et inde recedentes occasione predicta per partes illas transitum faciant et, si quos tales inveneris, illos capias et salvo custodias in libera prisona donec aliud inde preceperimus; scire etiam facias omnibus qui libertates habent infra bailliam tuam quod sicut seipsos et libertates suas diligunt de predictis clericis capiendis idem faciant infra libertates predictas.

Wigornia.—Ricardus filius Radulfi attornavit loco suo Ricardum filium Johannis ad lucrandum etc. in loquela inter Ricardum le Archer et Margeriam uxorem ejus, petentes, et predictum Ricardum et Elenam uxorem ejus, Radulfum de Marisco et Isoldam uxorem ejus, tenentes, de tertia parte unius virgate terre et unius mesuagii cum pertinentiis in Bradeleg'.

[m. 15*d.*] Rex vicecomiti Leic', salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. probis et legalibus hominibus de comitatu tuo in propria persona accedas ad boscum inter Osulvestun' et castrum nostrum de Salvata de quo contentio orta est inter nos et abbatem de Osolveston' et per sacramentum eorum diligenter inquiras utrum Reginaldus de Wythcoc de quo J. rex, pater noster, habuit manerium de Wythcoc per escambium ante escambium illud esset in saisina pasture bosci qui est inter Bradegat' et Wateberewei et utrum prefatus pater noster post predictum escambium et nos similiter exstiterimus in saisina pasture predicti bosci et si ante fuerit ibi parcus vel non et utrum predictus abbas exstiterit in saisina unius acre et unius rode prati sub castro de Sauveye de quibus contentio est inter nos et ipsum abbatem et si nos exstiterimus in saisina ejusdem prati; et inquisitionem etc. Teste rege apud Rading', xxviij. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod inquisitionem, quam [rex] fieri precepit utrum placia quam comitissa Oxonie concessit Fratribus Predicatoribus extra villam Sancti Edmundi [est] infra libertatem de la Banliwe Sancti Edmundi necne, ponat in respectum quousque idem abbas surrexerit de languore de quo fecit se essoniari coram justiciariis de Banco in loquela que est coram eis inter ipsum abbatem et Ricardum de Gray de tenemento in Middehal', non obstante precepto quod rex fecit quod inquisitionem faceret de eadem placia per probos et legales homines tam milites quam alios de comitatu suo qui non sint de libertate Sancti Edmundi. Teste ut supra.

1238.

Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Monstratum est nobis ex parte Laurentii de Wendleswurth' quod, cum inter ipsum et A. de Pendesham coram [domino *erased*] archiepiscopo Cantuariensi matrimonialis questio verteretur qui quidem ad ipsum Canc' causam appellationis commisit fine canonico terminandam certis judicibus, qui auctoritate qua fungebantur in causa illa procedentes contra ipsum L. diffinitivam sententiam tulerunt iniquam, a qua idem L. ad prefatum archiepiscopum appellavit. Licet vero officialis prefati archiepiscopi, ipso archiepiscopo postmodum degente in partibus transmarinis, inhiberet episcopo Wigorniensi ne ad mandatum predictorum judicum, pendente predicta causa appellationis ab iniqua sententia ab eis, contra ipsum L. aliquid presumeret attemptare, idem tamen episcopus ad mandatum predictorum judicum ipsum L. [domino regi *erased*] nobis denuntiavit excommunicationis vinculo innodatum, spreta inhibitione officialis predicti in hac parte, propter quod idem L. captus et in carcerem detrusus causam suam appellationis quam fecerat a predictis judicibus prosequi non valebat. Cum igitur injustum sit prefatum L. detinere carceri mancipatum ita quod non possit appellationem suam prosequi predictam, tibi precipimus quod ipsum a carcere facias liberari donec discussa appellatione predicta possit constare an predictus L. necne debeat per seculare brachium coherceri. Teste.

Rex vicecomiti, majori et baillivis suis Oxonie, salutem. Precipimus vobis quod non obstante precepto nostro quod vobis fecimus de non permittendo aliquem clericum exire villam Oxonie sine speciali precepto nostro quod [*sic*] Magistrum Willelmum de Illewyc villam illam exire et absque impedimento partes suas adire permittatis, ita tamen quod occasione ipsius nullus alius clericus villam illam egrediatur sine speciali precepto nostro. Teste rege apud Oxoniam, primo die Maii.

Mandatum est majori Eboraci quod omnia bona que fuerunt Johanne, regine Scotie, penes abbatem Sancte Marie Eboraci et ejusdem loci conventum in vita sua deposita, et que ab eisdem abbate et conventu per litteras regis patentes liberentur, sine dilatione cariari faciat usque ad instantes nundinas Sancti Botulfi ad custum Thome de Dunolmo ; et recepto ab eo custo cariagii predicti omnia bona prefata eidem Thome incontinenti liberari faciat ad faciendum inde quod rex ei injunxit. Teste rege apud Windles', iij. die Maii.

Rex constabulario castri sui Oxonie et majori Oxonie, salutem. Sciatis quod licentiam dedimus Thome filio Brienn' eundi una cum Magistro Roberto de Sancta Agatha, magistro suo, ad negotia sua alibi expedienda. Et ideo vobis precipimus quod predictum Thomam una cum predicto magistro suo libere et sine impedimento ire permittatis. Teste rege apud Wyndl', v. die Maii.

Mandatum est vicecomiti, majori et ballivis Oxonie quod non obstante precepto quod rex fecit de clericis non permittendis exire villam Oxonie Magistrum Hugonem de Burgo absque impedimento permittant ire ad partes suas quando voluerit et quod de equis et hernesio suo pro voluntate sua disponat. Teste apud Windl', vij. die Maii.

1238.

Consimiles litteras habet Magister Mauricius clericus archiepiscopi Dubblinensis qui pro causa domini sui venit in partes Anglie pro se et hominibus suis et equis et hernesio. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet Galfridus de Bocland' pro equo suo deliberando quem vicecomes Oxonie arestari fecit. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Rex Huberto Hoes', senescallo regis Wasconie, salutem. Inspeximus litteras venerabilis patris in Christo G. Burdegalensis archiepiscopi, testificantes quasdam libertates concessas a rege Ricardo avunculo nostro dum fuit comes Pictavie tam abbatie de Bella Pertica quam universo ordini Cysterciensi, videlicet quod habeant liberum descensum et ascensum unius navis per Garonam et per cetera flumina et omnes portus suos semel in singulis annis sine omni consuetudine et tributo et omnes consuetudines et leudas juri suo pertinentes pro rebus suis vendendis et emendis domui necessariis per totam terram suam. Et ideo vobis mandamus quod si carta prefati avunculi nostri de libertatibus predictis quam monachi de Bella Pertica dicuntur inde habere talis fuerit ut predictum est et si per inquisitionem factam noveritis quod abbas de Bono Loco Cysterciencis ordinis libertatibus illis usus fuerit tunc prefatum abbatem libertates ipsas absque impedimento habere permittatis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Maii. [*In margin*] *Patentes erant.*

Mandatur Henrico de Trublevill' ....

Insula de Geres'.—Nicholaus le Muleter concessit et quietum clamavit de se et heredibus suis domino regi et heredibus suis duas acras terre cum pertinentiis tam infra ballium quam extra in valle Castelli Hasteng' per j. marcam quam dominus rex ei dedit apud Rading', xxx. die Aprilis.

Hertford'.—Magister Stephanus de Ecclefeud attornavit coram nobis loco suo Petrum filium Rogeri ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter Rogerum filium Henrici, petentem, et ipsum Magistrum S. tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in villa Sancti Albani. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Maii, anno regni regis, xxij.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Quia per inquisitionem quam a te fieri precepimus didicimus quod Alanus Guldenefot utlagatus tenuit xxiiij. [acras] terre et quatuor acras prati et duas acras marisci cum pertinentiis de Thoma le Bygod' in capite et quod terra illa et pratum et mariscus extiterunt in manu nostra per unum annum et unum diem tibi precipimus quod eidem Thome de predictis terra, prato et marisco cum pertinentiis plenam seisinam habere facias. Teste me ipso ut supra. [*Cancelled*] *Quia infra.*

[m. 14*d*.] *Bedf'*.—Abbas de Woborn' atornavit fratrem Eliam de Woborn' monachum suum versus Johannem le Blund, petentem, de dimidia hyda terre cum pertinentiis in Middelton'. Teste apud Westmonasterium, xij. die Maii.

1238.

Hereford (*sic*).—Magister Stephanus de Eglefeld atornavit loco suo Petrum filium Rogeri versus Rogerum filium Henrici, petentem, de uno mesuagio in villa Sancti Albani. Teste ut supra.

Noting'.—Hugo le Bel atornavit Robertum filium Willelmi versus Robertum de Stok', petentem, de una virgata terre et dimidia in Noting'. Et mandatum est ballivis Noting' etc. Teste ut supra.

Bedeford.'—Abbas de Woburn' atornavit fratrem Eliam de Woburn' monachum suum ad lucrandum vel perdendum versus Hamonem de Crevequor' de rationabilibus divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Hare et terram ipsius Hamonis in Weston'. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

Rex assessoribus et collectoribus in comitatu Sussex', salutem. Sciatis quod de xxx[a]. nostra que nobis reddi debet ad hoc instans festum Sancte Trinitatis anno regni nostri xxij. concessimus ad instantiam fidelium nostrorum qui sunt de consilio nostro et pro paupertate hominum terre nostre quod una medietas illius tricesime reddatur nobis ad predictum festum Sancte Trinitatis cum arreragiis ejusdem tricesime nobis debitis de termino Sancti Andree anno eodem et altera medietas a die Sancti Michaelis in xv. dies anno eodem. Et ideo vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini medietatem illius tricesime nobis debite ad predictum terminum Sancte Trinitatis cum arreragiis de termino Sancti Andree bene et fideliter colligatis ita quod illam medietatem cum arreragiis predictis habeamus ad predictum festum Sancte Trinitatis omni occasione et dilatione postpositis et aliam medietatem a die Sancti Michaelis in xv. dies sicut predictum est; et quod occasione mortis alicujus non remaneat quin predicta tricesima nobis plene persolvatur, facientes scire omnibus hominibus de comitatu tuo quod pro paupertate illorum talem eis gratiam fecimus et ut libentius et liberius et sine minori (*sic*) gravamine predictam tricesimam nobis reddant ad terminos predictos, talem et tantam ad hoc adhibentes diligentiam quod eam merito habere debeamus commendatam. Precepimus etiam vicecomiti Sussex' quod ad mandatum vestrum, si necesse fuerit, districtiones faciat ad tricesimam predictam una cum arreragiis predictis nobis predictis terminis plenarie solvendam ita quod pro districtione facienda predicta tricesima non remaneat insoluta. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod distringat Bernardum Bereng' ad observandum conventionem inter ipsum et Henricum de Trublevill' initam de manerio de Bradenech' secundum quod in car[t]a inter ipsos super hoc confecta plenius continetur, ut super hoc pro defectu tui decetero non audiamus querelam. Teste rege ut supra.

Rex vicecomiti Norff', salutem. Precipimus tibi quod si Hugelinus le White, Rogerus Barche, Willelmus Theye, Johannes Halard, Stephanus Halard, Henricus Hathelard, Batecoc' Hoymund, Quitegod de Wynchels', Galfridus Page, Thomas Fulke, Gervasius Fulke,

1238.

Ricardus Fulke, Andreas Troit, Stanardus Troit, Willelmus de Maufeld', Godefridus Pochun, Coc Pochun, Robertus Mercator, Henricus Pichepap, Thoroldus de Kyuil', Jacobus Berenger, Rogerus Peper et Ada de Hertenepol, homines nostri de Quinque Portubus rettati de incendio et pace nostra fracta et qui in comitatu per preceptum nostrum ter interrogantur de comitatu in comitatum ita quod secundum consuetudinem terre nostre ad quartum comitatum debent utlagari, tibi invenerint salvos et securos plegios ad standum inde recto coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint apud Shipweye vel alibi ubi recto stare debent, si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc eis inde pacem habere permittas usque ad predictum adventum justiciariorum in partes illas sicut predictum est ; et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste etc. apud Westmonasterium, xviij. die Maii.

Rex vicecomiti Norff' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod omnes assisas nove disseisine que summonite sunt coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint et omnes assisas etiam que summonite sunt coram quatuor militibus ad hoc assignatis et nondum capte in comitatu Norff' apud Norwicum in primo adventu nostro illuc venire facias coram nobis ; et similiter omnes hujusmodi assisas in comitatu Suff' apud Catteshal' in primo adventu nostro illuc coram nobis venire facias ; et scire facias omnibus illis qui assisas illas aramiant et contra quos aramiate sunt quod tunc sint ibi coram nobis. Teste rege apud Mortelak', xxj. die Maii.

Oxonia.—Alanus Basset atornavit Rogerum de Wychelee et Henricum Vace vel eorum alterum versus Robertum de Avers et Murielem uxorem ejus et Robertum de Chinham et Hauisiam uxorem ejus, tenentes, de feodo unius militis cum pertinentiis in Sheplak'.

Mandatum est vicecomiti Suhamt' et Waltero de Burgo, ballivo regis de Basingstok', quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirant quantum terre ille et tenementa que Walterus de Merton', clericus, tenet in manerio de Basingstok' reddere consueverunt in denariis per annum temporibus predecessorum ejusdem Walteri dum manerium predictum fuit in manu J. regis antequam manerium illud extenderetur, et quas terras et tenementa dicti predecessores sui tenuerunt tamquam jus suum temporibus predictis ; et que alie consuetudines fieri consueverunt pro eisdem terris et tenementis, et, si alie consuetudines fieri consueverunt pro eisdem, quantum consuetudines ille valere possint per annum, eo quod predictus Walterus queritur quod ad plus reddendum quam de jure debeat distringitur et quod quedam pars predicti tenementi ei injuste subtrahitur. Et inquisitionem etc. Teste etc.

Predicta inquisitio facta est per sacramentum Willelmi de Haniton', Ricardi filii Oliveri, Ricardi Gurdepacke, Ricardi de London', Willelmi de Basinges, Jordani filii Radulfi, Ricardi filii Galfridi, Roberti Cotorel, Radulfi filii Beatricis, Martini le Paumer, Walteri filii Alexandri, Johannis Coppe, Galfridi Gurdepacke, Alex' filii Magistri Petri Cole et Ricardi Cockel ; qui dicunt super sacramentum suum quod quidam Johannes

1238.

filius Ace tenuit quoddam tenementum in manerio de Basingstok', scilicet unam virgatam terre et dimidiam et x. acras terre et preterea duos tenentes, scilicet Willelmum le Cok' et Robertum le Franceys et debuit pro toto tenemento illo integro x. solidos et quatuor denarios per annum, scilicet pro una virgata terre v. solidos etc. sicut in scripto predicte inquisitionis per particulas continetur; et dicunt quod tenementum illud nullas alias consuetudines debuit per annum tempore predicto; et istud tenementum dedit idem Johannes cuidam nepti sue Cristine que tenuit tota vita ipsius Johannis; et post mortem ipsius Johannis datum fuit intelligi domino regi quod ipse potuit dare terram illam cui vellet et dedit eam cuidam Willelmo consanguineo Ricardi de Heriet qui postea accepit predictam Cristinam in uxorem eo quod predicta terra fuit jus ipsius Cristine; et predicti Willelmus et Cristina dimiserunt Waltero de Merton', clerico, tenementum illud tamquam filio et heredi suo; set predicti Willelmus et Cristina aliquo tempore per compulsionem ballivorum reddiderunt xv. solidos pro predicto tenemento per annum; et predicti duo tenentes sunt modo in manu domini regis qui deberent solvere predicto Waltero vj. solidos et vj. denarios per annum. Dicunt etiam quod predictus Walterus tenet unam dimidiam virgatam terre quam Robertus de Basinges aliquando tenuit que debet domino regi ij. solidos et vj. denarios per annum et debuit quasdam arruras una cum semine et quibusdam consuetudinibus et auxiliis que possunt valere ij. solidos per annum et dicta terra habuit quedam aisiamenta cum stallis juxta mercatum que appreciata sunt ad xviij. denarios per annum: dicunt etiam quod Walterus filius Alexandri qui tenet unam virgatam terre et dimidiam de libero tenemento et preterea unam virgatam terre operabilem dedit predicto Waltero de libero tenemento suo dimidiam virgatam terre et quartam partem unius acre prati et servitia terre que fuit Roberti de Wautham tenenda per duos denarios per annum.

Postea reddidit ei dominus rex predictos tenentes suos et remisit ei demandam xv. solidorum de terra quondam Johannis filii Ace usque ad x. solidos et quatuor denarios et concessit ei predictum tenementum una cum predictis aliis tenementis per xv. solidos per annum pro omni servitio; et inde habet cartam regis.

[m. 13*d*.] *Apud Mortelac'*.—Rex rogavit priorem de Spalding' pro Petro de Oruns, clerico, et filio Guillelme domicille domine regine, quod provideant (*sic*) ei in beneficio ecclesiastico data oportunitate et interim provideant ei in annua pensione.

Rex rogavit priorem de Tutebir' pro Willelmo de Gaugy, clerico, pro quadam ecclesia vacante de donatione sua ei conferenda.

Mandatum est custodibus operationum castri de Wyndes' quod de denariis quos habent et quos nuper receperunt ad Scaccarium ad operationes predictas faciendas fieri faciant unum rogum; et petram unde rogus ille fieri debet capi faciant in fundo fossati illius castri sicut Engelardus de Cygon' eis dicet. Teste apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

Rex vicecomiti Cumb', salutem. Veniens ad nos Isolda uxor Roberti le Diker' nobis monstravit quod, cum ipse quadam die

1238.

foderet turbam in turbaria abbatis de Holmcoltram et quidam pueri accessissent ad turbariam illam ludentes cum predicta turba, contigit quendam ex eis casu inopinato corruisse super beschiam quam idem Robertus tenebat in manu sua ita quod lesus inde in fata decessit, quod quidem factum postea coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in partibus illis reputatum fuit tamquam infortunium per veredictum patrie. Et ideo tibi precipimus quod si ita est quod illud infortunium reputatum fuit sicut predictum est tunc ipsum [tradas in ballio *erased*] replegiari facias usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste me ipso apud Writel', xxvj. die Maii.

Quia David Basset et Galfridus de Langel' manuceperunt pro Thoma de Baiocis, quem rex precepit utlagari ad proximum comitatum Sumers' pro detentione unius de filiabus et heredibus Hugonis de Morevill', cujus custodia ad regem pertinet, quod ipsum habebunt coram rege a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies ad standum inde recto mandatum est vicecomiti Sumers' quod in ipsum utlagationem non promulget.

Essex'.—Robertus Thes' attornavit Simonem Hardy contra Robertum de Poselingewurth' et alios in terra de Chaur'.

Mandatum est majori et ballivis de Lenn' quod publice clamari faciant in villa de Lenn' quod omnes illi qui bladum habent in granariis suis venale sine dilatione illud exponant venditioni ut tam divites quam pauperes qui inopiam bladi sustinent in partibus illis inde emere possint, alioquin sciant quod mandatum est Germano, custodi episcopatus Norwicensis, quod omnia hujusmodi granaria bladum venale continentia aperire et bladum illud vendi faciat et denarios inde provenientes ad opus regis reservet. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xxviij. die Maii.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris diligenter inquiri faciatis per totam bailliam tuam si Willelmus de Hoyland' et Johannes de Hoyland', clerici qui se subtraxerunt pro insultu facto nuper in dominum legatum apud Osen', de quo rettati sunt, inveniri possint in eadem baillia et si inventi fuerint ibidem statim illos capias et in prisona nostra salvo custodias donec aliud inde preceperimus ; et si illos ceperis id nobis sine dilatione significes. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xxx. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de Hamone de Strafford' clerico qui se subtraxit ; vicecomiti Norhumbrie de Willelmo de Langel' clerico qui se subtraxit ; vicecomiti Glouc' de Philippo de Dunye, Thoma de Stanton', Stephano de Buketon', Nicholao de Martinestowe, Willelmo Coco et Willelmo Locard', clericis, qui se subtraxerunt ; vicecomiti Leic' de Petro de Gosinton', clerico qui se subtraxit ; vicecomiti Hereford' de Philippo de Dunye, Thoma de Staunton, Stephano de Dukeston' (*sic*), Nicholao de Martinestowe et Johanne de Middelton', clerico (*sic*), Willelmo Coco de Myda et Willelmo Locard', laicis ; custodi episcopatus Dunolmensis de Willelmo de Langel', clerico.

1238.

Mandatum est justiciariis de Banco quod in appello quod Alanus de Morcot' facit versus Henricum de Nafford' qui valetudinarius est de pace regis fracta unde duellum inter eos vadiatum est adeo diffusum diem prefigant ut poterunt cum justicia ut predictus Henricus exercitare se possit in officio defensionis sue. Teste rege apud Chippeham, x. die Junii.

[*Schedule.*]—*Nomina clericorum qui se subtraxerunt.*—Willelmus scriptor Roberti de Giffard indictatus eo quod insultui interfuit retraxit se et non est inventus.

Simon filius Warini de Brackel' indictatus eo quod interfuit insultui cum arcu et sagittis retraxit se et non est inventus.

Adam de Walton', perchamenarius in Cattestrate, indictatus eo quod ibi interfuit cum armis, scilicet cum arcu et sagittis, subtraxit se et non est inventus.

Elias et Johannes manentes in domo Johannis le Turnur in Croppelane indictati sunt in villa Oxonie et non sunt inventi: preceptum est vicecomiti quod capiantur.

Johannes Curry de Scotia indictatus quod ibi fuit subtraxit se et non est inventus.

Magister Petrus de Gosinton' in comitatu Leycestrie rettatus de consilio et incitamento subtraxit se et dicitur quod presentatus fuit ad quandam ecclesiam et adiit episcopum Lincolniensem.

Willelmus et Johannes de Hoyland', manentes in domo Willelmi Maynard, indictati quod interfuerunt dicto insultui, statim in crastino post insultum factum recesserunt a villa Oxonie et non sunt inventi.

Hugo le Verrur manens in una domorum Osmundi molendinarii, indictatus quod ibi interfuit, subtraxit se et non est inventus.

Reginaldus de Hibernia et septem socii ejus quorum nomina ignorantur, manentes in quadam alia domo dicti O. molendinarii, subtraxerunt se et non sunt inventi.

Johannes de Cassel' et Walterus Yreis socius ejus, manentes in domo Johannis Ingeram, indictati sunt, subtraxerunt se et non sunt inventi.

Henricus capellanus de Eadwardestowe, manens in eadem domo, indictatus subtraxit se.

Johannes Mortimer et Robertus Norren[sis], manentes in domo Augustini Gos, indictati, subtraxerunt se et non sunt inventi.

Rogerus Scoticus et Petrus Scoticus socius ejusdem, manentes in domo Magistri Willelmi de Licchefeld', indictati, subtraxerunt se et non sunt inventi.

Reginaldus de Cumb', scriptor, manens in hospitio Johannis scriptoris, in parrochia Sancte Crucis, indictatus, subtraxit se et non est inventus.

Hamo de Stratford' juxta Buking', manens in domo Johannis scriptoris, que aliquando fuit Ricardi textoris, indictatus, subtraxit se.

And[reas] jur[ator] dicit quod Colinus xviij. annorum dixit sibi quod interfuerat et duos lapides projecit ad portam set agnomen ipsius ignorat et patriam.

Simon de Ake, laicus, vulneratus in crure in conflictu cum quodam ense.

1238.

Nomina clericorum qui plegios invenerunt et plegiorum qui eos plegiaverunt.—Lucas le Prout accusatus eo quod ibi interfuit invenit plegios Duraundum Hann de Lancavaton', Elyam, personam de Curiton', Walterum de Dorkecestr', burgensem Oxonie.

Ricardus de Camail, rettatus quod consuluit alios insurgere in dominum legatum et suos, invenit plegium Magistrum Willelmum de Droghed'.

Hugo de Ailesbir', Walterus de Ailesbir', Hugo de Birchemor', Johannes de Briddesthorn', alius Johannes de eadem, Robertus Bracy de Stanes, Robertus de Sandrig', Laurentius de Eston', omnes in comitatu de Buking', manentes in tertia domo dicti Osmundi, indictati sunt quod interfuerunt dicto insultui et invenerunt plegios O. hospitem suum, et Ricardum furnarium.

Johannes de Glovernia manens in quarta domo dicti Osmundi, indictatus quod ibi interfuit, invenit plegium dictum O. hospitem suum.

Ricardus de Kildelou et Daniell' de Kildelou et Alanus de Kildelou, manentes in domo Ricardi le Barbur, indictati, invenerunt plegios Magistrum Robertum de Licchefeld' pro Ricardo, Magistrum Reynerum de Stokes pro Daniele, Magistrum Simonem de Nevill' pro Alano; alii socii manentes in eadem domo quorum nomina ignorantur, indictati, subtraxerunt se et non sunt inventi.

Willelmus de Kenefeg, Ricardus de Keneton', Johannes de la Brok', Gregorius de Oggemor', Statius de Sancto Donato, manentes in domo Radulfi Godenave, indictati, invenerunt plegios dictum Radulfum hospitem suum et Ricardum de Norwico burgenses Oxonie et sunt de Marchia Wallie.

Nicholaus Hiberniensis et Patricius Prodom socius ejus, manentes in domo Sweteman, eo quod fuerunt in societate Maur[icii] Walensis, Cristiani Hiberniensis et Hugonis Norrensis, indictati, subtraxerunt se et non sunt inventi: invenerunt plegium David Dudelig' de Dublin'; mittatur usque Bristoll' propter fugientes.

Radulfus de Wokind', Hugo de Ailesbir', Walterus de Burewardescot', manentes in domo Walteri Galle, indictati, invenerunt plegios, scilicet Ricardum personam Sancti Clementis Oxonie et dictum Walterum Galle, hospitem suum.

Robertus capellanus de Estreleg', manens in domo Gilberti de Hanneya, indictatus, invenit plegium Simonem de Edtrop', burgensem Oxonie.

Galfridus de Heref' filius persone de Bromyard, indictatus quod ibi interfuit et insuper quod verberavit Thomam Terry de Oxonia eo quod credebat ipsum esse Romanum, subtraxit se et non est inventus et dictus Thomas Terri eo quod ibi interfuit plegios invenit Ricardum Segrim et Laurentium prepositum, burgenses Oxonie. Postea venerunt Johannes de Brummerd frater ejus et Thomas capellanus de Sancto Martino [et] manuceperunt dictum Galfridum quod redibit juri pariturus.

Radulfus de Aundely clericus et Alexandrus de Gretton', indictati, invenerunt plegios Gilbertum de Compeden', hospitem suum, et Willelmum molendinarium.

Hugo de Welles et Johannes de Fundington', indictati, invenerunt plegios Willelmum, rectorem ecclesie de Langeton', et Willelmum, rectorem ecclesie de Stokes.

1238.

Ricardus de Warrewik', indictatus, venit et confessus est se esse percussum in brachio cum baculo a quodam parvo Romano et invenit plegium Magistrum Robertum de Burgo.

Willelmus de Croilland' socius ejusdem, indictatus, invenit plegium Magistrum Willelmum de Plumton'.

[m. 12*d*.] Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Mittimus tibi rotulum quendam in qua (*sic*) continentur quorundam clericorum nomina qui secundum inquisitionem nuper factam apud Oxoniam interfuerunt insultui facto in dominum legatum et suos apud Osen', quorum quidam pro facto illo se subtraxerunt et non fuerunt inventi, alii vero plegios invenerunt in villa Oxonie, tam alios clericos, magistros videlicet et alios beneficiatos, quam laicos de eadem villa, quorum nomina, tam clericorum quam laicorum plegiorum, similiter in eodem rotulo continentur sicut evidenter perpendere poteris per ejusdem rotuli inspectionem videlicet qui eorum se subtraxerunt et qui plegios invenerunt et quos sive clericos sive laicos plegios invenerunt, tibi firmiter precipientes quatinus in fide qua nobis teneris diligenter inquiras modis quibus poteris de hiis qui se subtraxerunt si in baillia tua possint inveniri et omnes tales inventos sine dilatione capias et in prisona nostra salvo custodias donec aliud inde tibi preceperimus et, si aliquos de predictis subtractis audieris pro certo esse in aliis comitatibus, eorum nomina et ubi inveniri possint nobis scire facias et scire facias omnibus plegiis tam laicis quam clericis in eodem rotulo contentis quod omnes clericos quos plegiaverunt coram te venire faciant, quos cum coram te venerint capias et eos sicut predictos subtractos in prisona nostra similiter custodias, ita quod, si aliqui predictorum plegiorum presentes non fuerint in villa Oxonie vel prope in bailila tua et aliqui clericorum quos plegiaverunt inventi fuerint in eadem villa vel alibi in baillia tua, illos capias et in forma predicta custodias. Cum autem de clericis illis habueris in prisona nostra quot invenire poteris, tam subtractos quam replegiatos, distincte et aperte nobis scire facias nomina eorum quos ceperis de subtractis et qui plegii eos quos plegiaverunt tibi liberaverunt et qui eos quos plegiaverunt tibi non liberaverunt simul cum nominibus eorum quorum plegii fuerunt et eos tibi non liberaverunt sicut eos plegiaverunt, ita prudenter ac diligenter te habens in hoc facto quod pro neggligentia tua, si inde possis redargui, ad te graviter nos capere debeamus. Teste rege apud Sanctum Edmundum, ij. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhumbrie, Leic', Heref', Buk', Glouc', custodi episcopatus Dunelmensis, de clericis in baillia sua capiendis et arestandis.

Rex Bertramo de Cryoyl', salutem. Sarracenum quem ad nos misistis per Nicholaum de Hathlou ad vos remittimus mandantes quatinus predictum Sarracenum in castro Cantuar' perhendinare et eidem necessaria honorifice inveniri faciatis quousque cum R. comite Pictavie et Cornubie, consilium habuerimus super nuntio ejusdem Sarraceni, prospicientes quod idem Sarracenus castrum illud non egrediatur nec alii ad ipsum ingrediantur seu cum ipso loquantur per quod ipse de statu terre nostre certificetur vel prefate terre per se vel per alios insidietur. Teste rege apud Ditton', xij. die Junii. [*Fœdera.*]

1238.

Rex custodibus nundinarum Sancti Botulfi, salutem. Precipimus vobis quod in prefatis nundinis Sancti Botulfi clamari faciatis et precipi ex parte nostra quod omnes mercatores pannos tinctos habentes qui non sunt de assisa, scilicet qui non contineant duas ulnas infra listam eos vendant citra festum Sancti Michaelis anno regni nostri xxij. ita quod post terminum predictum non inveniantur penes ipsos panni tincti qui non sint de assisa predicta; scituri quod si hujusmodi panni penes ipsos in comitatibus, burgis vel nundinis, post terminum predictum fuerint inventi nos illos in manum nostram capi et ad opus nostrum vendi faciemus. Teste rege apud Ditton', xij. die Junii.

Frater Guido de Merlay, monachus, baillivus abbatis Sancti Nicholai de Aungers, venit apud Wudestok' coram rege in die Nativitatis Beati Johannis Baptiste et petiit terram suam sibi replegiari.

Oxonia.—Willelmus de Dyve attornavit Johannem Jukel contra Evam de Gray de medietate tertie partis feodi duorum militum in Dadington'.

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod fidem adhibeat Magistro Simoni de Ste...........

[*Schedule*].—H. Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitannie et comes Andegavie, vicecomiti Essex', salutem. Quia ex multorum relatione didicimus quod cum plures sint in diversis partibus regni nostri malefactores publice itinerantes et tam de die quam de nocte sine impedimento ballivorum vel aliorum multis multa mala contra pacem nostram facientes et certi sumus quod hoc facere non possunt sine consensu et manifesto receptamento multorum cum quibus pernoctantur et qui eis cibaria et alia necessaria inveniunt sine quibus non possent diutius in aliquibus partibus moram facere, tibi precipimus quod per totam baillivam tuam clamari facias quod ubicumque hujusmodi malefactores venerint in partibus tuis levetur uthesium super eos per cornua et clamorem et quod omnes liberi homines qui ad arma jurati sint et similiter villani, cujuscumque homines fuerint sive sint, manentes in libertatibus sive extra, cum eisdem armis ad que predicti homines jurati sunt et cum furcis et baculis et cum armis ad villanos spectantibus statim ad uthesium veniant et malefactores illos sequantur de villa in villam et de comitatu in comitatum quousque illos ceperint et captos tibi traderint imprisonandos. Preterea, quia ipsi malefactores sepe de die defensionem querunt in forestis nostris et etiam in boscis extra forestas et forestarii nostri citius hoc scire possunt quam homines rurales, tibi firmiter precipimus quod, quacumque hora capitalis justiciarius noster de forestis in partibus tuis vel capitalis baillivi sui vel forestarii nostri de feodo tibi scire fecerint quod malefactores sint in predictis forestis vel boscis, tu ipse cum hominibus et baillivis tuis, assumptis tecum omnibus liberis hominibus ad arma juratis et etiam villanis prope forestam et boscos in quibus fuerint malefactores, statim accedas ad predictum justiciarium vel baillivum suum et simul cum eis forestam et boscos perscrutari facias et malefactores querere sine malo faciendo de venatione nostra ne predictus justiciarius noster vel baillivi sui dicere possint quod pro

1238.

defectu auxilii tui et consilii ipsos capere non possint. Scire etiam facias omnibus tam de libertatibus quam aliis quod vigilias fieri faciant in singulis villis sicut anno preterito fecerunt usque ad festum Omnium Sanctorum proximo sequens. Prohiberi etiam facias omnibus de civitatibus, burgis et mercatis, super vitam et membra sua quod nullus vendat aliquibus extraneis cibos vel potus deferendos aliis quam hominibus cognitis et fidelibus. Tu etiam has litteras nostras legi facias in pleno comitatu tuo et omnibus tam comitibus, baronibus, militibus et aliis et etiam viris relligiosis libertates habentibus scire facias quod quia manifestum est malefactores non posse diu moram facere in partibus suis sine multorum consensu et receptamento, sicut predictum est, unum eligant de duobus, videlicet quod pacem nostram predicto modo, vel meliori si invenire poterunt, custodiant et malefactorum malitiam compescant vel balistarios nostros et servientes ad pacem nostram in partibus tuis custodiendam admittant ad custum eorum pro defectu ipsorum et qualem partem inde elegerint nobis sine dilatione scire facias. Et quia sepius audivimus quod tu et alii vicecomites nostri non vultis prisones recipere cum capti fuerint sine mercede vel longa detentione eorum in villis in quibus capti fuerunt, per quod multi omittunt eos capere, tibi precipimus quod sicut diligis te ipsum, terras et tenementa tua et omnia que habes, statim sine omni occasione et dilatione prisones captos, tibi vel constabulario tuo oblatos, recipias et salvo custodiri facias et tam in hoc quam in aliis tale consilium et auxilium omnibus de comitatu tuo ad predictam pacem nostram custodiendam impendas ne pro defectu tui vel baillivorum tuorum pax nostra infringatur per quod ad corpus tuum nos graviter capere debeamus. Premunire etiam facias baillivos tuos quod sicut diligunt vitam suam et membra sua a nullo malefactore vel receptatore mercedem capiant pro manutenemento vel pro nequitia eorum celanda. Scire etiam facias omnibus relligiosis et aliis libertates habentibus quod, si decetero libertates illas habere voluerint, predicto modo pacem nostram custodiant secundum libertates quas habent de nobis vel antecessoribus nostris alioquin pro certo sciant quod de libertatibus suis ulterius eis concedendis judicium in curia nostra habebimus. Prohibemus etiam tibi quod a nullo homine in baillia tua occasione alicujus defalte de armis habendis ad que juratus est vel de vigiliis faciendis vel de aliis predictis articulis aliquam mercedem capias nec a baillivis tuis aliquem hominem predicta occasione occasionari permittas set si defectum in aliquo inveneris hoc nobis scire facias ut illi penam infligamus sicut contemptoribus precepti nostri et, quod pejus est, ipsis malefactoribus consentientibus.

Forma literarum de inhibitione facta comitibus et baronibus de bestiis non capiendis in forestis regis.—Rex vicecomiti Lanc', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod, occasione concessionis quam per cartam nostram fecimus comitibus et baronibus nostris capiendi unam bestiam in forestis nostris per quas transitum facient in veniendo versus nos ad summonitionem nostram, ipsi bestias capiunt in forestis nostris ad nos non venientes nec a nobis vocati, et in eisdem forestis aliquando per tres dies vel quatuor moram faciant et fugant in dedecus nostrum et destructionem foreste nostre, tibi precipimus quod per totam ballivam tuam in burgis et mercatis clamari facias et ex parte nostra firmiter

1238.
prohiberi quod nullus comes vel baro decetero per forestas transiens, sicut terras et tenementa sua que de nobis tenet diligit, aliquam bestiam capiat nisi quando fuerit in veniendo versus nos ad summonitionem nostram sicut per prefatam cartam nostram eis concessum est. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Junii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus in quorum ballivis foreste regis sunt, videlicet Eboraci, Cumb', [Westmeril' *erased*], Lanc', Norhumbrie, Noting' et Dereb', Warewic', Norhamt', Buk', Rotel', Huntind', Essex', Berk', Suhamt', Surr', Sumers', Dors', Devon', Wilt', Wigorn', Staff', Glouc', Hereford'.

Rex Johanni de Munemuh', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod, occasione concessionis quam per cartam nostram fecimus comitibus et baronibus nostris capiendi unam bestiam in forestis nostris per quas transitum faciunt in veniendo versus nos ad summonitionem nostram, ipsi bestias capiunt in forestis nostris ad nos non venientes nec a nobis vocati et in eisdem forestis aliquando per tres dies vel quatuor moram faciunt ad fugandum ibidem et bestias capiendum in dedecus nostrum et destructionem foreste nostre, vobis mandamus quod injungatis omnibus forestariis ballive vestre quod firmiter inhibeant ex parte nostra omnibus comitibus et baronibus per ballivas suas transeuntibus quod sicut terras et tenementa sua diligunt decetero nullam bestiam in foresta nostra capiant nisi quando fuerint in veniendo versus nos ad summonitionem nostram et sicut per prefatam cartam eis concessum est. Nomina autem eorum qui contra hanc prohibitionem nostram in forestis nostris bestias ceperint vel in eis fugaverint et numerum bestiarum a singulis captarum distincte et aperte nobis scire faciatis si quos hujusmodi prohibitionis nostre transgressores inveneritis. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni Byset', Johanni de Monem', Johanni de Venuiz, Thome de Langel', Reginaldo le Forester, constabulariis de Windles' et de Sancto Briavello, Hugo[ni] de Loges, Roberto de Everingeham, constabulario de Pykering', constabulario de Pecco, Hereberto filio Mathei, Thome de Muleton', Johanni de Nevill', Roberto de Ros, Ricardo de Wrotham, Ricardo de Muntfichet, Avicie de Columbariis, Galfrido Esturmy, constabulario de Porecestr', Henrico de Dun, Thome de Sanford.

Hybernia.—Rogerus de Hyda attornavit Robertum de Weston' et Johannem de Harewud' contra episcopum Fernensem in assisa nove disseisine quam idem Rogerus aramiat de tenementis in Nova Villa et villa de Moyll'.

[m. 11*d.*] *Oxonia.*—Abbas de Dor' attornavit Radulfum filium Ricardi et Willelmum le Fraunceis contra Margeriam de Pichecot' de j. mesuagio in Oxonia.

Hybernia.—Johannes filius Lambekin' attornavit Robertum Foliot contra Ricardum de Burgo in assisa mortis antecessoris de terra in Arsalach'.

1238.

[m. 10d.] Rex Thome de Langel', salutem. Significavit nobis dilectus et fidelis noster Johannes de Nevill', a quo vobis transmitti mandavimus recordum loquele habite inter vos et Willelmum filium Walteri Wasce coram ipso et sociis suis, justiciariis nostris foreste, quod cum suscepisset mandatum nostrum inquirendi utrum predictus Walterus esset forestarius de feodo foreste nostre de Acornebir' et de Arneleg' et quantum terre tenuit occasione dicte ballive, quas quidem terram et ballivam predictus Willelmus clamavit versus vos tanquam filius et heres prefati Walteri, tandem de licentia curie nostre finem fecit vobiscum per decem marcas ut ipsas terram et ballivam tanquam jus suum ei redderetis et nobis dedit dimidiam marcam ut inquisitio predicta remaneret. Quia igitur nullo modo sustinebimus, sicut nec debemus, quod ea que acta sunt in curia nostra coram justiciariis nostris irritentur nec per ipsum Willelmum stetit quin predictas decem marcas receperitis ut dicit, vobis mandamus quod accepta securitate a prefato Willelmo de pecunia predicta ad terminos competentes vobis reddenda eidem Willelmo de predictis terra et balliva talem seisinam habere faciatis qualem predictus Walterus pater suus inde habuit die quo obiit, scituri quod, si secus egeritis, omittere non poterimus quin ad hoc manum qualem debuerimus apponamus. Teste etc. apud Rading,' iiij. die Julii.

Johannes de Gatesden' habet litteras clausas de credentia directas comiti Ricardo.

Oxonia.—Magister Milicie Templi in Anglia, tenens, attornavit Milonem de Couel' contra Ricardum Gupill' de una hida terre in Couel'.

[m. 9d.] Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Cum pluries nos sollicitaveritis quod aliquem de fidelibus nostris ad vos in Hyberniam mitteremus ad assistendum vobis et justiciariis nostris itinerantibus in partibus illis et ad videndum statum Scaccarii nostri et terre illius et potissime qualiter de terra nostra Connac' commodum nostrum melius fieri posset, videlicet quid et quantum inde assideri expediat et aliis tradi inhabitanda et que et quot castra, ville et civitates, et in quibus locis commodius in terra illa construi et que dominica retineri possent ad opus nostrum, que etiam [sint] terre quas tam vos quam Willelmus le Graund, clericus noster, petitis a nobis, dilectum clericum nostrum Petrum Grimbald' ad vos destinamus, de cujus fidelitate, peritia et prudentia plurimum confidimus, qui una vobiscum ad predicta sufficiat, vobis mandantes quatinus eundem Petrum ad ea recipiatis et quamdiu vobiscum in partibus illis steterit eidem negotia nostra predicti Scaccarii nostri et alia communicetis et una cum ipso de consilio venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi, et G. de Turevill', thesaurarii nostri, quibus inde scripsimus, diligenter videatis de terra predicta Connac' quid et quantum expediat assidere et inhabitari facere et que et quot castra et villas et civitates et in quibus locis construi et que dominica retineri possint ad opus nostrum; et secundum quod videritis de terra illa ordinandum in forma predicta, cum statum terre illius diligenter inquisieritis, nos plene certificetis simul de terris quas vos et dictus Willelmus a nobis petitis, videlicet que sint terre ille et quantum

1238.

valeant per annum, et de ceteris agendis nostris nos et terram nostram Hybernie contingentibus. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Julii.

Eodem modo scribitur archiepiscopo Dublinensi et G. de Turevill', archidiacono Dublinensi.

Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, et G. de Turevill, thesaurario suo, salutem. Sciatis quod liberari fecimus Petro Grimbaud, quem ad partes Hybernie destinamus, xx. libras ad expensas suas in veniendo ad vos et morando vobiscum quamdiu poterunt ei sufficere. Et ideo vobis mandamus quod cum predicte xx. libre defecerint eidem clerico nostro expensas suas rationabiles habere faciatis quamdiu in partibus illis moram fecerit pro negotiis nostris eidem injunctis et de partibus illis ad nos revertendo similiter.

[m. 8*d.*] *Littere directe regi Scottorum de ducentis libratis terre extendendis.*— Rex dilecto et fideli suo A. regi Scotie, salutem. Venientes ad nos Bernardus Fraser et Thomas filius Ranulfi, nuntii vestri, nobis ostenderunt ex parte vestra quod non estis contenti forma extendendi illas ducentas libratas terre quas vobis assignare tenemur que provisa fuit coram domino legato presentibus aliis nuntiis vestris et dictam formam acceptantibus eo quod credebatis quod extenta illa fieri debuit per primos quatuor juratos tantum et non per alios quod non fuit intentionis nostre nec fieri potuit. Volentes igitur quantum possumus et debemus adquiescere voluntati vestre providimus quod prefati nuntii vestri et duo de fidelibus nostris quos a latere nostro mittemus conveniant apud Karleolum in octabis Nativitatis Beate Marie qui jurent ibidem coram clerico domini legati quem illuc mittet quod extentam predictarum ducentarum libratarum terre fideliter et sine dolo aut malo ingenio quolibet favore circumscripto fieri facient et ex quo sacramentum illud fecerint eligent predicti nuntii vestri duodecim de legalioribus hominibus et vicinioribus terris que extendi debent quos voluerint, vel plures vel pauciores si voluerint, ad predictam extentam faciendam; qui quidem electi similiter jurabunt quod predictam extentam fideliter et sine dolo aut malo ingenio quolibet favore circumscripto facient in presentia predictorum nuntiorum nostrorum et vestrorum et clerici prefati domini legati quem illuc destinabit, ita quod si quid dubietatis vel contradictionis ortum fuerit super extenta illa de consilio ipsorum quatuor juratorum et prefati clerici si fieri possit terminetur et diffiniatur et ex quo extenta illa taliter facta fuerit liberentur vobis particule extente terrarum et fiat vobis saisina de terris eisdem si extenta predicta fueritis contenti, et si forsan aliquid vobis in ea minus placuerit referatur nobis per prefatos nuntios nostros et vestros vel duos ex eis et nos illud in rectum et debitum statum redigemus ad honorem nostrum pariter et vestrum. Significetis siquid nobis per recurrentes litteras vestras si hac predicta forma extente memorate faciende vos teneatis contentos, quoniam non videmus aliquam aliam competentiorem secundum consuetudinem regni nostri. Teste rege apud Guldeford', xx. die Julii.

1238.

Johanna filia Paulini et Juliana soror ejus venerunt coram rege apud Westmonasterium die Sancti Jacobi Apostoli et petierunt terram suam in Suthorp' sibi replegiari.

Thomas Bukerel venit coram rege apud Westmonasterium eodem die et petiit terram suam in Kentisseton' et Delce sibi replegiari.

Rex Waltero de Burgo, salutem. Quia homines nostri de Fecham conquesti sunt nobis quod injuriose agitur cum eis et gravius solito, quod scienter a nobis fieri nollemus, tibi precipimus quod de hominibus ejusdem ville qui tenent triginta virgatas terre contentus sis quod inveniant nobis duos homines in septimana per tres dies ad cibum nostrum durante tempore metendi blada nostra preter precarias quas nobis debent ter in autumpno; homines tenentes dimidiam virgatam terre et kotlandas sint eisdem auxiliantes secundum operationes quas debent ad bladum nostrum cariandum simul cum carectis nostris. Item volumus quod eisdem hominibus in firma sua allocetur quodlibet opus pro uno denario. Item, si unus predictorum hominum alterum inplacitet et ante judicium finem facere velit, talis det pro misericordia sex denarios. Et si tantum duret inter eos placitum quod inde reddatur judicium det xij. denarios, nisi placitum illud sit de felonia. Item si aliquis predictorum nobis forisfecerit, quicumque fuerit, amercietur secundum forisfactum suum. Item quia predicti homines dederunt nobis intelligi quod excoluerunt et seminaverunt quasdam novas terras ad custum suum de quibus exigis ab eis medietatem totius bladi, et videtur nobis quod satis est eis dare terciam partem ejusdem bladi, tibi precipimus quod secundum consuetudinem ejusdem manerii contentus sis capere de eis medietatem vel terciam partem ejusdem bladi. De prato etiam illo capto in manum nostram quod quidam quinque pauperes homines tenuerunt donec recognosceretur per xij. liberos homines vicinos de manerio illo utrum pertineret ad dominicum nostrum vel ad terras quas predicti homines tenent de nobis, tibi precipimus quod, si ad eosdem quinque homines pertineat, illud eis reddi facias nisi forte pro prato illo gratis velint recipere rationabile escambium de terris arabilibus. Et in hac saisona nichil aliud a predictis hominibus exigas quam que sunt predicta propter quod necesse habeant ad nos iterato conqueri. Teste me ipso apud Merewell', iiij. die Augusti.

[m. 7*d*.] Domino legato rex, salutem. Paternitatem vestram volumus non latere quod cum nuper vacante abbatia de Thorneya per mortem Ricardi abbatis domus ejusdem, cui confirmationis beneficium impendistis, venerunt ad nos prior et quidam monachorum domus ejusdem petentes a nobis alium sibi in abbatem licentiam eligendi, qui petita licencia et optenta et ad domum suam reversi elegerunt sibi alium in abbatem cui, nobis prout moris est presentato, assensum adhibuimus regium et favorem, significantes venerabili in Christo patri H. Elyensi episcopo, diocesano abbatie predicte, ut quod suum esset curaret exequi in hac parte. Qua quidem significatione audita, prior et conventus Elyensis appellarunt ne prefatus episcopus in prejudicium ecclesie Elyensis prefato monacho in abbatem predicte domus electo munus confirmationis inpenderet, cui appellationi

1238.

malitiose interposite, cum potius sit ad causam provocatio quam appellatio, episcopus deferens antedictus prefatum electum distulit confirmare. Nos igitur existentes in possessione, sicut nostis, patronatus ecclesie supradicte, scientes quod jura regia velitis pro viribus conservare, paternitatis vestre dilectionem affectuose rogamus quatinus in mandatis dare velitis episcopo supradicto ut ex ex (*sic*) officio suo prefato munus confirmationis impendat, alioquin vos ex officio vestro cui volueritis detis in mandatis ut electionem prefati electi canonice examinatam vice vestra confirmet, significans episcopo memorato ut, nisi quod suum est exequi voluerit in hac parte, vos officium illud exequendi alii demandastis. Teste apud Merewell'.

Dorset.—Walter Mar' attornavit Eudonem de Rocheford' et Bernardum de Marevill' ad lucrandum etc. que est coram rege inter ipsum et vicecomitem Dors' de inprisonatione et redemptione hominum suorum.

Willelmus de Sumery venit coram rege apud Merewell' die Jovis proxima ante festum Sancti Laurentii et petiit terram suam in Dikenestone sibi replegiari; que capta est in manum regis per defaltam, versus Walkelinum de Benham. Et hoc significatum est justiciariis de Banco.

Rex mittit J. de Lexinton' ad regem Scottorum significans ei quod licet negotium inter ipsum et sororem regine domini regis non possit optatum effectum consequi, vult tamen quod tanta consideratio uniat et conjungat eos quod in agendis suis ad invicem sint fortiores Rogat etiam eum quod hiis que ei dicet ex parte regis fidem velit adhibere et ea effectum mancipare. Teste rege apud Merewell', ix. die Augusti.

De prorogatione diei inter regem et Leulinum usque in crastinum Sancti Mathei.—Rex Leulino, salutem. Diversis et arduis negotiis statum regni nostri et nostrum tangentibus prepediti, diei quem assignaveramus ad tractandum de pace inter nos et vos, videlicet in crastino Nativitatis Beate Marie sicut proposueramus non possumus interesse. Et ideo de consilio domini legati et aliorum fidelium nostrorum prorogavimus diem ad tractandum de premissis usque in crastinum Beati Matthei Apostoli apud Salopiam quo die ibi esse proponimus, Domino concedente, dilectioni vestre mandantes et rogantes quatinus predictis die et loco de fidelibus vestris quos volueritis loco vestri illuc mittatis ad tractandum de premissis, qui ad hoc faciendum ex parte vestra plenam habeant potestatem ut negotium illud optatum sortiatur effectum. Responsum vestrum per latorem presentium nobis significetis. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Augusti.

Glouc'.—Bartholomeus Peche attornavit Galfridum de Langel' et Henricum de Turri contra Simonem de Mora et Matildem uxorem ejus in loquela que summonita est coram rege quare ipse Simon duxit ipsam Matildem in uxorem que fuit de dono regis. Dies datus est in octabis Assumptionis Beate Marie.

1238.
[m. 5d.]

Rex Johanni Biset, salutem. Quia alias significastis nobis quod faceremus vobis auxilium ad scrutandum malefactores foreste nostre et ad inquirendum de receptatoribus eorundem malefactorum, mittimus ad vos Nicholaum de Bolevill' cum x. servientibus nostris ad arma quibus injunximus quod in adventu vestro ad ipsos ad premissa facienda vobis sint intendentes et omnem diligentiam quam poterunt ad hoc faciendum apponant. Mandavimus etiam vicecomiti Wilt' quod ad diem quem ei scire facietis coram vobis venire faciat milites et liberos homines juratos ad arma de partibus illis ad scrutandum predictos malefactores et ad inquirendum de eorum receptatoribus et quod ad hoc faciendum vobis intendant. Idem etiam mandavimus vicecomiti Glouc'. Et ideo vobis mandamus rogantes attente quatinus nullo modo omittatis quin quamcitius poteritis, nullo modo omittatis (*sic*), accedatis ad partes illas et diebus quibus videritis expedire venire faciatis coram vobis vicecomites predictos una cum militibus et liberis hominibus juratis ad arma de partibus illis vicinis foreste de Chippeham Melkesham et Braden' necnon forestarios et viridarios ejusdem foreste ad scrutandum predictos malefactores et ad inquirendum de eorum receptatoribus, quibus mandavimus per litteras nostras patentes quod ad hoc faciendum et ad pacem nostram conservandam pro malefactoribus in partibus illis manifeste vobis intendant. Vos igitur ad premissa facienda, sicut de vobis confidimus, talem diligentiam adhibeatis quod ipsam continuis laudibus debeamus commendare. Teste apud Wintoniam, xxiiij. die Augusti. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De malefactoribus forestarum Melkesham, Chipeham, Braden', capiendîs.—Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Quia, sicut audivimus, multi sunt malefactores in comitatu tuo, mittimus ad partes illas dilectum et fidelem nostrum Nicholaum de Bolevill' cum decem servientibus ad arma ad scrutandum predictos malefactores et ad inquirendum de receptatoribus eorundem, quibus injunximus quod in adventu dilecti et fidelis nostri J. Byset, justiciarii foreste nostre, ad partes illas ad hoc faciendum, ei intendant. Et ideo tibi precipimus quod ad mandatum predicti justiciarii nostri die quo ipse tibi scire faciet tam milites quam liberos homines juratos ad arma vicinos foreste de Cyppeham, Melkesham et Braden' coram ipso venire facias ad exequendum mandatum nostrum in hac parte, quibus una tecum mandavimus per litteras nostras patentes quod ad hoc faciendum prefato justiciario intendant. Tu igitur ad hoc talem diligentiam apponas quod ipsam debeamus commendare et quod pro defectu tui non remaneat quin pax nostra plenius conservetur. Teste ut supra.

Rex J. Byset, justiciario foreste, salutem. Quia significastis nobis quod manifesti sunt malefactores in foresta de Chipham, Melkesham et Braden', qui esgaretaverunt quendam forestarium nostrum et alium male vulneraverunt et equos abbatis de Stanl' interfecerunt et alia multa mala fecerunt, et quod propter hoc mitteremus auxilium ad partes illas ad scrutandum malefactores illos et ad inquirendum de eorum receptatoribus, mittimus ad partes illas dilectum et fidelem nostrum Nicholaum de Bolevill' cum x. servientibus nostris ad arma ad scrutandum predictos malefactores et ad inquirendum de eorum receptatoribus et ad faciendum quod inde facere poterunt usque ad

1238.

adventum vestrum ad partes illas. Et ideo vobis mandamus quod quamcitius poteritis accedatis ad partes illas et venire faciatis coram vobis viridarios et forestarios, necnon et vicecomites Wilt' et Glouc' et Norhamt' cum militibus et liberis hominibus juratis ad arma cum armis suis, quibus mandavimus quod ad mandatum vestrum ad vos veniant ad investigandum predictos malefactores et eorum receptatores et ad pacem nostram in partibus illis conservandam, et ad hec facienda vobis intendant. Vos igitur talem et tantam diligentiam adhibere velitis quod eam debeamus merito habere commendatam. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc', militibus et liberis hominibus juratis ad arma vicinis foreste de Chipham, Melkesham, et Braden', quod ad scrutandum malefactores in predicta foresta et ad inquirendum de ipsorum receptatoribus, Johanni Byset, justiciario foreste, secundum quod ipse eis dicet ex parte regis sint intendentes et ad pacem regis in partibus illis plenius conservandam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' et militibus etc.

[*In margin*] *Patentes fuerunt.*

Rex de Norhamt', Glouc' et Wiltes' vicecomitibus, militibus et liberis hominibus juratis ad arma de eisdem comitatibus, salutem. Quia sicut audivimus multi sunt malefactores manifesti in baillivis vestris, mittimus ad partes vestras dilectum et fidelem nostrum Nicholaum de Bolevill' cum [decem *erased*] servientibus nostris ad arma ad scrutandum predictos malefactores et ad inquirendum de receptatoribus ipsorum. Et ideo vobis precipimus quod prefato Nicholao totum auxilium quod poteritis impendatis ad investigandum predictos malefactores et ipsorum receptatores, et ad hoc sitis ei intendentes, et malefactores et eorum receptatores quoscumque [per inquisitionem *erased*] invenire poteritis capiatis et salvo custodiatis donec aliud inde preceperimus, ita diligenter hoc mandatum nostrum exequentes quod pro defectu vestri non remaneat quin in predictis comitatibus pax nostra plenius observetur et quod vos merito commendatos habere debeamus. Teste rege, ut supra.

Eodem modo scribitur forestariis, viridariis de foresta sua de Chyppeham, Melkesham, et Braden', et de foresta sua in comitatu Norhamt'. [*In margin*] *Patentes fuerunt.*

Hybernia.—Galfridus de Mariscis attornavit Nicholaum le Clerc contra fratrem Rogerum, magistrum Milicie Templi in Hybernia, de warantizatione carte de tenemento in Mealwy, et attornavit Philippum clericum contra Willelmum de Prendegast de warantizatione carte de tenemento in Typerdely, et contra Geroldum filium Roberti de placito warantizationis carte de tenemento in Bennagh'.

Pictavia.—Rex H. comiti Marchie et Ingolisme, salutem. Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Hugonem de Vivon' per quem quedam verba significamus viva voce vobis exponenda que scripto nolumus commendare, et vos rogamus quatinus hiis que ex parte nostra vobis dicet fidem adhibere velitis. Teste apud Wintoniam, xxvj. die Augusti.

1238.

Eodem modo scribitur Galfrido de Lysiniaco, vicecomiti Thoarc', Galfrido de Rancun, Willelmo Meyngo, Willelmo le Arcevesk'.

Cantebrigia.—Willelmus de Culewurth', Galfridus de Kaxston', Henricus le Evesk', Alanus de Bassingeburn' constituti sunt justiciarii regis ad assisam capiendam apud Crucem Roesie die Lune proxima post festum Sancti Michaelis quam prior de War' aramiavit versus priorem de Ely, Osbertum de Swafham, et Thomam le Messer de tenemento in Mulri. Teste rege apud Wroxstan, xiij. die Septembris. Per J. filium Galfridi. [*Cancelled*] *Quia in rotulo patentium.*

Theobaldus de Rendham, vadlettus Simonis de Kyrketot, venit apud Kenillewurth die Exaltationis Sancte Crucis et petiit terram suam replegiari.

[m. 4*d.*] Recepta Bardulfi de Cestreton', Petri filii Ogeri, Johannis le Brun, Willelmi Wace, Henrici de Barton', de tricesima collecta et assisa in comitatu Oxonie de termino Sancte Trinitatis anno regni regis Henrici xxij. viij$^{xx ti}$. et xiij. libre, xiij. solidi, vij. denarii, et restat in arreragio de dominicis comitis Ricardi in Wartlinton', dimidia marca de eodem termino.

[m. 3*d.*] *Devonia.*—Willelmus Pyppard, tenens, attornavit Radulfum Cornubiensem contra Willelmum de Kelly in Loverkeber'.

Mandatum est vicecomiti Wilt' quod loquelam que est in comitatu suo inter W. Lungesp' et Simonem de Monte Forti de secta quam idem W. facit versus ipsum S. ponat in respectum usque ad octabas Sancti Martini anno xxiij. Teste rege apud Bobinton', xviiij. die Septembris.

Rex baronibus et baillivis portus Dovr', salutem. Quia Willelmus de Marisco, utlagatus a regno nostro nuper pro morte hominis, nuper machinatus est in mortem nostram sicut manifeste perpendimus per quendam ribaldum quem misit ad nos et reginam nostram interficiendos et qui conceptam maliciam suam adimplesset nisi per captionem ejusdem, qui scelus suum public confessus est, nos clementia divina liberasset, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus sicut nos ipsos diligitis diligenter explorari faciatis si idem Willelmus vel aliquis ex complicibus suis per vos transitum fecerit vel ad transfretandum vel ad aliud querendum, et si contingat ipsos illuc aliquando venire ipsos capiatis et artissime custodiatis donec id nobis significaveritis, scituri indubitanter quod per transgressionem aliquam nos gravius offendere non possetis propter quam nos gravius ad vos non caperemus quam si in portu vestro venientes non caperentur aut aliquo modo ibidem transfretarent, aut tamquam ibidem per vos receptati inde sine impedimento recederent. Teste rege apud Brug' xx. die Septembris.

Eodem modo scribitur aliis baronibus portuum et baillivis Shorham, Suhampt', Bristoll', Portesm', probis hominibus et baillivis Cestrie.

1238.
[m. 2d.] *Norf'*.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod utlagariam quam promulgari debuit ad proximum comitatum suum in homines Rogeri de Cressy quos Nicholaus de Len appellavit, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Omnium Sanctorum anno xxiij. Teste rege apud Salopiam, xxiiij. die Septembris. Per fratrem Galfridum.

De prohibitione riveriarum.—Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione clamari facias et firmiter ex parte nostra prohiberi ne aliquis eat ad riveandum in rivera nostra de Aven' vel in aliis riveriis in baillia tua que in defenso esse consueverunt tempore Henrici regis, avi nostri. Scire etiam facias illis de baillia tua qui pontes facere et reparare consueverunt ad riveandum in predictis riveris quod sine aliqua dilatione reparare faciant pontes riverie de Aven' inter Persor' et Evesham, ita quod ibi reveare possimus cum illuc venerimus. Teste apud Salopiam, xxv. die Septembris.

Eodem modo scribitur	Vicecomiti Oxonie de riparia de Bladen'. Vicecomiti Surr' ne quis eat ad riveandum in brachio aque de Mules'.

Mandatum est vicecomiti Salop' quod fieri faciat perambulationem inter terram Johannis Extranei in Wrocwurthin et terram Petri de Eyton' in Eyton, et terram Thome Rabas in Preston', et eam scire facias justiciariis itinerantibus. Teste ut supra.

Willelmus Pypard' attornavit coram nobis loco suo Radulfum Cornubiensem et Ricardum Walensem versus Warinum de Keylly de una carucata terre cum pertinenciis in Leverikber'.

Oxonia.—Mandatum est vicecomti Oxonie quod assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus accedat ad terram Johannis de Pratell' de la Dun' in Magna Tywe et terras Baldewini de Ver et Rogeri de Sumery de la Cohay et fieri faciat perambulationem inter terras illas etc. quia ipsi posuerunt se super perambulatione illa etc. Teste rege apud Otinton', ij. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Walterum le Neyr, quondam servientem abbatis de Malmesbir', quem rex capi precepit pro retto latrocinii et receptamento latronum et qui evasit a manibus servientum regis postquam captus fuit, interrogari faciat de comitatu in comitatum et si taliter interrogatus non redierit ad standum inde recto super premissis, tunc ipsum secundum consuetudinem regni Anglie faciat utlagari. Teste rege apud Rading', vij. die Octobris.

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia Willelmus de Mar' qui de regno nostro utlagatus est cum suis complicibus itinerat, prout certissime didicimus, per terram vestram ponendo insidias tam ad malefaciendum nobis ipsis quam aliis de regno nostro, tibi precipimus

1238.

quod sicut te et tua diligis nulla occasione omittas quin omnem diligentiam quam poteris apponas ad inquirendum si dictus Willelmus vel complices sui transitum faciant per bailliam tuam et ad ponendum eis insidias ut eos capi facias, sciturus indubitanter quod si per bailliam tuam transitum facerent et eos non faceres utasio levato arestari, ita graviter ad te nos caperemus quod de contemptu hujus mandati nostri te gravatum non mediocriter sentires, et insuper de dampnis que per eos fierent, si aliqua fieri contingere[n]t in baillia tua si per partes tuas transirent, ad respondendum te compelleremus. Teste apud Evesham, xx. die Septembris.

Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod loquelas que sunt coram eis in curia Lond' inter Rogerum Hauekeseye et Sibillam uxorem ejus, Johannem de Fraxino et Lorettam uxorem ejus, Willelmum de Nodariis et Ysabellam uxorem ejus, petentes, et Walterum de Godardvill', quem rex mittit in Scociam, tenentem, de lxvij. solidis et vj. denariis redditus in Lond', ponant in respectum quousque idem Walterus redierit de partibus predictis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris.

Midd'.—Abbas Sancte Katerine de Rothomago attornavit Radulfum de Vernun, monachum, et Radulfum de Sancto Marcello, clericum, contra versus (*sic*) Rogerum filium Gileberti de terra in Rislep'.

Rex vicecomiti Wilt', salutem. Precipe Matheo Hus' quod juste et sine dilatione reddat Matildi Hus' j. carucatam terre de qua Henricus Huse, avus predicte Matildis, cujus heres ipsa est, fuit seisitus ut de feodo die quo obit, ut dicit. Et nisi etc.

Memorandum quod dominus rex precepit breve predictum sigillari per Henricum de Bathonia in presentia Willelmi de Cantilupo.

Cornubia.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram Ricardi filii Johannis de Kenarton et terram Ivonis de la Warderob' in Karewen.

[m. 1*d*.] Gerardus de Furnivall' attornavit Robertum filium Constancie et Willelmum Dod contra Philippum de Bassingeburn' de tenemento in Munden'.

Matheus de Synogun' et Alicia uxor ejus attornaverunt Adam de Chippeham et Willelmum Lunguler contra Willelmum del Ho de terra in . . . . .

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram Andree de Bloyou in Trenat' et terram Willelmi del Hendr' in Hendr'.

Quia abbatissa de Cadamo languida est et est in partibus transmarinis, mandatum est vicecomiti Norf' quod loquelam que est in comitatu suo inter [Johannem] . . . . . hos, petentem, et ipsam abbatissam, tenentem, de duabus carucatis terre in Horsted' ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post diem Cinerum.

24 HENRY III.

1239.

Clause de anno regni domini Henrici regis vicesimo quarto.

[m. 21.] *Pro Engelardo de Cygoyny.*—Mandatum est forestariis et viridariis de baillia Galfridi de Baggeset' in comitatu Suhamt' quod in omnibus que ad forestam pertinent sint intendentes et respondentes Ingelardo de Cygony, constabulario de Windl', sicut fuerunt ante ultimum iter justiciariorum itinerantium ad placita foreste. Teste rege apud Rading', xxv. (*sic*) die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirewud' faciat habere W. Eboracensi archiepiscopo, xx. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Wintoniensis quod faciat habere eidem xij. quercus in bosco de Weregrave quas P. quondam Wintoniensis episcopus, ei concessit, et ipsas nondum habuit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in bosco de Pillingebir' faciant habere abbati Westmonasteriensi xv. bonas quercus, et in bosco de Stanrugg' alias xv. quercus bonas, ad cindulas faciendas. Teste rege apud Rading', xxviij. die Octobris.

De vino dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere fratri Johanni elemosinario unum bonum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Baldewino de Insula x. damas et v. damos vivos in Nova Foresta regis, de dono regis, ad parcum suum de Brummor' instaurandum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Roberto, clerico comitis Cornubie, x. quercus in bosco de Pauncehal' in foresta de [Brehull' *erased*] Bernewud' ad maeremium inde faciendum. Teste rege apud Walingef', xxix. die Octobris.

De pluribus faciendis apud Westmonasterium.—Mandatum est Hugoni de Pateshull' quod in capite capelle nostre Sancti Stephani apud Westmonasterium fieri faciat unum novum bonum et magnum hostium; fieri etiam faciat quandam tunicam de bono samito de longitudine Edwardi filii nostri, offerendam ecclesie Sancte Marie de Suwerc' pro ipso Edwardo et ponendam super crucifixum in eadem ecclesia; fieri etiam faciat tria vexilla magna et bona de rubeo cendallo ponenda ubi [precipiem *erased*] rex precipiet cum facta fuerint. Et cum rex scierit custum, faciet ei habere breve de Liberate. Teste ut supra.

1239.

Pro Stephano de Segrave.—Rex vicecomiti Huntind', salutem. Scias quod reddidimus Stephano de Segrave xviij. virgatas et lxx. acras terre cum pasturis et aliis pertinentiis in Hilton' quas J. quondam regina Scott', dederat Thome de Dunelm' pro homagio suo, tenendas pro x. libratis terre quousque eidem Thome in eschaetis, wardis, vel maritagiis ad valenciam earundem x. libratarum, unde contentus esse deberet, provideretur, quas etiam nos in curia nostra coram nobismetipsis per judicium ejusdem curie recuperavimus versus eundem Thomam eo quod eidem alibi providimus, et quas per te nuper in manum nostram capi precepimus; habendas et tenendas eidem Stephano una cum aliis terris quas prius tenuit in eodem manerio et in Stanton'. Et ideo tibi precipimus quod de predictis xviij. virgatis et lxx. acris terre cum pertinenciis suis eidem Stephano sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste rege apud Radinges, xxvij. die Octobris.

De respectu pro Johanne Maunsel.—Mandatum est Ricardo de la Lad' quod operationes autumpnales quas exigit ab hominibus Johannis Mauncel, qui est in servicio regis in partibus transmarinis, et Agnetis de Meysy de Merston', ponat in respectum usque ad reditum predicti Johannis ad partes Anglie. Teste rege apud Walingef', xxix. die Octobris.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod non obstante eo quod debita Willelmi de Cantilupo, patris dilecti et fidelis nostri Willelmi de Cantilupo, in rotulo Scaccarii nostri anni regni nostri decimi septimi conjuncta et assignata fuerunt, ut dicitur, si sine originali oneretur, prefatum Willelmum filium suum secundum justitiam et sicut ratio expostulaverit exoneretis. Teste rege apud Oxoniam, xxx. die Octobris, anno regni ipsius xxiiij. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod de serviciis que exigitis a Johanne de Tudeham' de feodo unius militis et quarte partis unius militis in Briset', et que quidem servicia idem Johannes nobis facere contradicit, judicium secundum considerationem Scaccarii nostri habere faciatis. Teste rege ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere abbati de Dorkecestr' j. quercum in foresta de Bernewud', de dono. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si invenerint Willelmum de Cantilupo bis honeratum eisdem debitis de debitis que Willelmus de Cantilupo pater suus regi debuit, tunc ipsum juste et secundum justitiam exhonent (*sic*). Teste ut supra.

Rex concessit Humfrido Vis de Lu quod de decem marcis quas regi debet reddat ad Pascha anno xxiiij. xx. solidos, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem xx. solidos, et ad Pascha anno xxv. xx. solidos, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem xx. solidos, et ad Pascha

1239.

anno xxvj. ij. marcas, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem ij. marcas; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo finium.*

Per S. de Segrave.—Rex perdonavit abbati de Stanl' misericordiam in quam incidit coram Rogero de Coderugg' et sociis suis in assisa nove disseisine quam Robertus de Columbariis arramiavit coram eis versus predictum abbatem de tenemento in Fauflor. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem abbati pacem inde habere permittat.

Pro Galfrido de Cauz, de perdonatione.—Rex perdonavit Galfrido de Cauz duas marcas et dimidiam que ab eo exiguntur pro misericordia in quam incidit in assisa nove disseisine quam Henricus de Cern' aramiavit versus eum. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Oxoniam, xxx. die Octobris.

Wasconia.—Mandatum est Huberto Hus, senescallo Wasconie, quod si terram regis Vasconie in pacis securitate dimittere possit, quod, ea ita dimissa, veniat in Angliam locuturus cum rege super pluribus statum terre regis Vasconie tangentibus. Teste rege apud Wudest', primo die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset, justiciario foreste, quod faciat habere abbati de Evesham vj. damos, de dono regis. Teste apud Wudest', ij. die Novembris.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Petro de Bruys ij. damas in foresta de Rokingeham, de dono. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Galfridus de Overton', captus et detentus in prisona apud Salopiam pro morte Hugonis de Overton', unde Johanna que fuit uxor predicti Hugonis eum appellat, appellatus est odio et ata de morte illa et non eo quod inde culpabilis est, mandatum est vicecomiti Salopie quod si idem Galfridus invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapiant etc. tunc eum tradat in baillio etc.

Pro Petro de Bruys.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Petro de Bruys x. matrices bremias in vivario de Fosse, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod faciat habere Galfrido de Stocwell', majori Oxonie, xxvj. quercus in baillia sua ad faciendum quandam capellam et quandam garderobam apud Oxoniam ad opus regine nostre. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Radulfo de Mortuo Mari iij. damos et v. damas in foresta de Savernac ad instaurandum parcum suum de Stratfeud'. Teste ut supra.

1239.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est hominibus de Shypton' quod non obstante eo quod Henricus de Trublevill' custodiam ville de Shipton', quam habuit de dono regis usque ad etatem Ricardi de Clar', dimisit J. de Lascy, comiti Linc', habere faciant eidem xxiiij. boves quos habuit de dono regis ad terras dominicas de Shypton' excolendas. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Pless' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere in foresta de Shotovr' Johanni de Pless' v. robora ad focum suum. Teste rege apud Wud', iij. die Novembris.

De maeremio turris castri Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod per visum proborum et discretorum hominum videri faciat maeremium turris castri Oxonie que nuper cecidit, et per visum eorum salvo reponi faciat quicquid inde valere possit ad operationes nostras ejusdem castri, et residuum ejusdem maeremii [remaneat constabulario ejusdem castri cui rex illud concessit ad focum suum *erased*] reservetur ad opus regis in eodem castro ad focum suum. Teste ut supra.

Pro Leone Blundo.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod si Leo Blundus de Melestret', Judeus, captus et detentus in predicta turri, invenerit bonos et salvos plegios ad standum recto super hiis que rex ab eo exigit, tunc ipsum per plevinam deliberet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere W. de Ferrariis, comiti Dereb', x. damas et vj. damos vivos in foresta de Savernac, de dono nostro, ad quendam parcum suum instaurandum. Teste rege apud Wudestok', iij. die Novembris.

De comitatibus Norf' et Suff'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod commisimus Johanni de Ulecot' comitatus nostros Norf' et Suff' cum castris nostris de Norwico et Oreford' custodiendos quamdiu nobis placuerit ad respondendum inde ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewud' infra bailliam suam faciat habere Imberto vathletto regis xx. quercus, de dono. Teste rege apud Wudestok', iiij. die Novembris.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti [Oxonie *erased*] Devonie quod si Edwardus le Smale, Adam clericus de Hybernia, Walterus le Bol' et Rogerus le Jueine, capti pro morte Ricardi Cuppeg' unde appellati sunt, videlicet singuli eorum invenerint xij. legales homines qui eos manucapiant etc. tunc etc. Teste ut supra.

1239.

De austurcis emendis.—Mandatum est H. de Pateshull', thesaurario suo, quod in civitate Lond' emi faciat ad opus regis duos austurcos et liberari Johanni de Gatesden' et custum eorum regis faciet allocari. Teste ut supra.

De prisonibus capiendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod omnes illos qui prius capti fuerunt pro receptamento Johannis de Acton', et quos postea sine precepto regis in baillium dimisit, sine dilatione capiat et in prisona salvo custodiat donec regis aliud habuerit inde preceptum. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in baillia sua faciat habere abbati Osen' vij. robora ad quendam rogum faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Johanni de Gatesden' vij. damas et iij. damos vivos in foresta de Pokeleya ad quemdam parcum suum instaurandum, et xx. fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De quibusdam attachiandis.—Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod attachiari faciat Radulfum de Levington', Walterum de Twinham, Alexandrum Scelerose de Aldrinton', Thomam filium Syerich', Alanum filium Beatricie, Hugonem filium Alani, Robertum filium Thome del Cragh' per corpora sua, ita quod habeat eos coram justiciariis ad placita foreste responsuros de transgressione foreste de Stanop'. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Nicholao de Molis x. quercus in bosco de Dunton', de dono regis. Teste ut supra.

De quadam domo asportanda.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod sine impedimento permittat quod Willelmus de Cantilupo asportare possit de castro Sarrisburie quamdam domum que fuit Roberti de Crevequor et quam idem Willelmus emit de Nicholao filio ejusdem Roberti. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Coventrensis et Lichefeldensis quod in foresta ejusdem episcopatus faciant habere Herveo de Stafford' vj. quercubus (*sic*), de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Willelmo de Cantilupo duos damos vivos et decem damas vivas in foresta de Blakemor', de dono. Teste ut supra.

[m. 20.] *De xxx[a] carianda.*—Mandatum est Nicholao de Haveresham et sociis suis, collectoribus tricesime in comitatu Buk', quod ipsam tricesimam cariari faciant usque Turrim Lond' liberandam ibidem fratri Hugoni de Stocton' et sociis suis, custodibus totius tricesime regis. Teste rege apud Wudestok', vj. die Novembris.

1239.

Mandatum est eisdem quod ipsam recipiant et salvo custodiant.

Hybernia.—Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Cum Willelmus de Wigornia quasdam terras nostras teneat in Momonia per Galfridum de Mariscis qui illas ei commisit tempore quo fuit justiciarius noster Hybernie sine waranto quod a nobis inde habeat, vobis mandamus quod prefatas terras in dominicum nostrum secundum legem et consuetudinem terre nostre revocetis, summonendo prefatum Willelmum quod coram nobis in curia nostra compareat ostensurus quo waranto teneat terras predictas, super quo cum nullum warantum sufficiens pretendere possit per considerationem curie nostre ipsam recuperare debemus. Ad hoc vobis mandamus quod distringatis Ricardum de Burgo quod arreragia nobis ab eo debita pro terra Conacie reddat, et similiter, si videritis expedire, expensas quas fecistis de thesauro nostro quando ipsum Ricardum posuistis in saisina predicte terre Conac' per preceptum nostrum. Teste rege apud Wudestok', v. die Novembris.

De quibusdam deliberandis qui excommunicati fuerunt.—Rex vicecomiti Staff', salutem. Cum ad mandatum venerabilis patris E., Cantuariensis archiepiscopi, Herebertum de Norwico, clericum, Arturum de Brewud', Willelmum le Visser et Stephanum Makesaus', servientes clerici nostri Simonis de Norwico, propter eorum contumaciam tamquam excommunicatos per te capi preceperimus, ac nobis jam de appellatione ad dominum legatum super prefata excommunicationis sententia per ipsos interposita per litteras ipsius domini legati constiterit, super qua etiam a judicibus ex parte ejusdem domini legati sibi datis absolutionis beneficium, sicut ex eorum litteris accepimus, optinuerunt, archidiacono Staffordiensi qui de mandato ipsius archiepiscopi eos excommunicavit absolutionis beneficium denegante, tibi precipimus quod auctoritate predicti mandati nostri ipsos in nullo molestare presumas, et si forte eos occasione predicta ceperis, eos a prisona nostra deliberes et in pace dimittas quousque a nobis aliud inde habueris mandatum. Teste rege apud Wudestok', vj. die Novembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in bosco de Shothovr' faciat habere recluse de Iftel' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', vij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de la Saucee faciat habere R. comiti Wintonie, vij. damas et tres damos de dono nostro. Teste rege apud Farendon', viij. die Novembris.

Mandatum est baillivis Suhamt' quod. . . . [*Entry unfinished and erased.*]

De vinis eligendis ad opus regis.—Mittit dominus rex Willelmum Chubbe ad eligendum ad opus regis una cum baillivis Suhamt' vina de quibus emendis ad opus [nostrum *erased*] regis litteras regis receperunt, et ad eligendum et capiendum preter dicta vina xij. dolia vini ad opus regis. Mandatum est eisdem baillivis quod ipsum ad hoc recipiant. Mercatores etiam quorum vina fuerunt facia[n]t venire

1239.

usque Clarendon' ad regem cum predicto Willelmo quibus de precio vinorum rex satisfieri faciet. Teste rege apud Merleberg', ix. die Novembris.

Pro Philippo de Wutton'.—Rex concessit Philippo de Wutton' totam terram in Forsterlegh' que fuit Warini de Gunewarton' utlagati pro morte hominis, et que est eschaeta regis occasione episcopatus Dunelmensis vacantis et in manu regis existentis, de quo idem Warinus tenuit, habendam eidem Philippo tota vita sua; et mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod ei inde saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendis in baillio.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Walterus Puleyn, Robertus filius Margarete et Margareta uxor Galfridi Uppyby, capti pro morte Thome de Langetoft', invenerint etc. scilicet singuli eorum duodecim probos et legales homines, tunc eos tradat in baillio etc. eo quod de morte illa rettati sunt odio et atia et non eo quod inde culpabiles sunt. Teste rege apud Merleberg', ut supra.

Pro Willelmo Chubbe de liberatione vij. denariorum et j. oboli.—Rex concessit Willelmo Chubbe liberationem vij. denariorum et j. oboli quem Willelmus Norensis serviens regis habuit in die de elemosina regis constituta. Mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciat (*sic*) a die quo idem Willelmus obiit. Teste rege apud Merleberg', x. die Novembris.

Pro Petro de Burton.—Mandatum est H. de Bohun, comiti Essex' et Hertford', quod loco Hugonis de Chairos, qui mortuus est, retineat Petrum de Burton in warnisona castri Dovr' ad denarios regis, sicut idem Hugo teneri consuevit. Teste ut supra.

Pro Mabillota de Sancto Edmundo.—Mandatum est H. de Pat[es]h', thesaurario suo, quod faciat habere Mabillote de Sancto Edmundo c. solidos ad perficiendum opus casule nostre, et cum predicta casula perfecta fuerit eam a predicta Mabillota recipiatis (*sic*) et eam offeratis (*sic*) Beato Edwardo pro nobis et regina nostra. Faciatis (*sic*) etiam emi unam mitram de precio xx. marcarum et eam salvo custodiat donec rex aliud inde disposuerit, et rex faciet ei allocari. Teste rege apud Merleberg', xij. die Novembris.

De damis capiendis.—Mandatum est constabulario de Windl' quod permittat R. Herefordensem episcopum, capere iiij. damos in foresta de Windl', de dono. Teste ut supra.

De copulis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Imberto Pugeys xv. copulas in foresta de Savernac, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xiij. die Novembris.

Pro Beatricia que fuit uxor Johannis de Basingeham.—Mandatum est vicecomiti Midd' quod Beatricia que fuit uxor Johannis de Basingeham qui de rege tenuit in capite, fecit ipsum regem securum quod non

1239.

maritabit se sine licencia et voluntate regis; et mandatum est predicto vicecomiti quod de omnibus terris et feodis que fuerunt predicti Johannis in baillia sua rationabilem dotem suam sine dilatione ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie, Hunt', Essex', Norhamt', Eboraci', Linc', Noting', Bedef' et Buk'.

De copulis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Johanni Hup de Merleberg', hospiti Magistri Simonis de Steyland', v. copulas in foresta nostra de Savernac, de dono regis, ad quoddam stabulum faciendum. Teste rege apud Merleberg', xiiij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Hasculfo de Hathelakeston' quod in foresta de Salveye faciat habere Hugoni Paynel iij. damas, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xiiij. die Novembris.

De duobus doliis vini.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat habere Hugoni Giffard' duo dolia vini ad opus familie Edwardi filii regis. Teste rege apud Ambresbir', xvj. die Novembris.

De extenta terrarum Roberti de Novo Burgo.—Quia rex per ignorantiam precepit quod terre Roberti de Novo Burgo extenderentur postquam arche Judeorum signate fuerunt per preceptum regis, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod occasione precepti quod rex eis fecit de terris suis extendendis, ad extentam illam faciendam non procedant nisi postea aliud inde habuerint mandatum. Teste rege ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod si Simon Pistor, captus et detentus in prisona Sarrisburie pro apello quod quidam latro, qui postea abjuravit regnum Anglie, fecit versus eum ut dicitur, invenerit etc. tunc tradat etc. Teste rege apud [Wulves' *erased*] Merleberg', xv. die Novembris.

De saisina facienda.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Alicia mater Willelmi le Bretun, cujus heres ipse est, cujus custodiam Willelmus de Gardinis habet de dono regis, tenuit in maritagio j. virgatam terre et dimidiam in Rugenor', mandatum est vicecomiti Suhamt' quod Willelmo de Gardinis de predicta terra ad opus ipsius Willelmi le Bretun' saisinam habere faciat. Teste rege [ut supra *erased*] apud Wulves', xvj. die Novembris.

De vinis capiendis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod de vinis que venerunt Lond' capiat ad opus regis c. dolia vini, de quibus ponat in celario apud Westmonasterium lx. dolia et residua liberari faciat vicecomitibus Lond', quibus rex mandavit quod ex eis xv. dolia vini cariari faciant usque Keninton' et xxv. dolia vini usque Windl'. Teste rege apud Wulves', xviij. die Novembris.

1239.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Willelmo Monacho iij. damas, de dono regis, in foresta de Hyneholt.' Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mittit dominus rex usque Suhamt' ad capiendum ibidem xl. dolia vini preter quater xx. et xij. que ibidem cepit ad opus regis. Teste rege apud Wintoniam, xvij. die Novembris.

Pro abbate de Grimmesby.—Mandatum est baillivis de Grimesby quod, occasione decimarum que exiguntur a vobis (*sic*) de molendino de Kaldehal' quod pertinet ad manerium de Grimesby, quod de rege tenent ad feodi firmam, non detineant abbati de Grimmesby xj. libras annuas quas idem abbas et predecessores sui, abbates ejusdem loci, percipere consueverunt ratione collationis eis facte a predecessoribus suis, regibus Anglie, sicut de decima firme ville, ne, si predictas xj. libras ei solvere noluerint, ad eos rex graviter se capere debeat. Teste rege apud Wulves', xx. die Novembris.

De libertatibus magistri ordinis de Simplingeham'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnes libertates quas magister ordinis de Simplingeham' et priores et canonici et sanctimoniales ejusdem ordinis habent per cartas regum Anglie et confirmationem regis, et quibus hucusque usi sunt, eis allocent sicut hactenus coram eis ad Scaccarium eis allocari consueverunt. Teste ut supra. Per fratrem G.

De saisina.—Quia rex accepit per inquisitionem quam rex fieri fecit quod duo mesagia in Rafford' que Hugo filius Walteri, utlagatus pro morte Thome de Babbewurth', tenuit de Fulcone filio Roberti exstiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Noting' quod de illis duobus mesagiis ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quodam palefrido ad opus fratris Johannis elemosinarii.—Mandatum est Hugoni de Pat[es]hull', thesaurario suo, quod faciat habere fratri Johanni, elemosinario regis, unum palefridum precii c. solidorum vel circa summam predictam, et rex regi (*sic*) breve suum de Liberate inde habere faciet. Teste rege apud Werewell', xxj. die Novembris.

Pro Roberto des Mares.—Rex concessit Roberto de Mares custodiam terre que fuit Laurentii de Sancto Michaele qui de nobis tenuit in capite in Lyndeby usque ad legittimam etatem heredis ipsius Laurentii, una cum maritagio et custodia ejusdem heredis ; et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam custodiam ei habere faciat. Teste ut supra.

De vinis custodiendis.—Mandatum est Galfrido de Wynchecumb' et Thome de Wirmehol' quod intendant ad recipiendum et custodiendum vina castri Wintonie ita quod salvo inde regi possint respondere. Teste ut supra.

1239.

Pro priore Sancti Swythuni Winton'.—Rex custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Quia H. de Rupibus, archidiaconus Wintoniensis, nobis significavit per litteras suas patentes quod fratrem Andream monachum, quondam tertium priorem Sancti Swythuni Winton', quem priorem prefecimus prefate domui ratione vacationis episcopatus Wintoniensis in manu nostra existentis, et quem ipsi archidiacono tamquam ordinario ratione vacationis ejusdem presentavimus confirmandum, ipsius persona diligenter examinata tamquam virum religiosum, providum et discretum, ad dictam domum admisit et quantum ad ipsum pertinet ratione vacationis sepedicte plenam in spiritualibus curam et amministrationem commisit, vobis mandamus quod de predicto prioratu et maneriis et omnibus aliis rebus temporalibus ad dictum prioratum pertinentibus prefato priori sine dilatione plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Clarendon', xxiij. die Novembris.

De coronatore faciendo.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod loco Johannis de Bedlinton', quondam coronatoris in comitatu Lincolnie, qui languidus est, eligi faciat alium coronatorem qui prestito sacramento etc. Teste rege apud Clarendon', xxiij. die Novembris.

Pro obedionariis Wintonie, de bailliis suis recipiendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod committant Henrico Corbin bailliam horderii, Henrico Byset bailliam curtarii, Ade de Oxonia bailliam elemosinarii, Adam (*sic*) de Neubir' bailliam bertonarii, Johanni de Cauz bailliam camerarii, Johanni de Aurevill' bailliam hostelarii, Radulfo de Arcmes bailliam tercii prioris, Jam' de Basing' officium coborarii, Ricardo de Castell' custodiam operationum, Philippo qui fuit refectorarius officium anniversarii et refectorarii, Henrico de Sancta Cruce officium sacristarii, Thome de Henton' officium firmarii prioratus Wintoniensis, quamdiu regi placuerit, et Willelmo Pictori officium pictarii tota vita sua, de dono nostro. Teste rege apud Werewell', xxj. die Novembris.

De tradendo in baillio.—Quia constat per inquisitionem quam rex fieri precepit quod Wrennoc de Wurlegh', captus et detentus apud Lancastriam pro morte Roberti de Halcton', unde Agnes que fuit uxor ipsius Roberti eum appellat, appellatus est odio et ata, mandatum est vicecomiti Lanc' quod si invenerit ei xij. probos et legales homines etc. Teste rege apud Clarendon', xxiiij. die Novembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Ade Coc, baillivo foreste de Graveling', quod faciat habere Magistro H. Tessun duo robora in foresta de Graveling', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Anketillo Malore.—Rex vicecomiti Berk', salutem. Scias quod concessimus Anketillo Malore quod x. libras annuas quas percipere consuevit ad Scaccarium nostrum quamdiu nobis placeret, decetero percipiat singulis annis per manum tuam de exitibus manerii de Falel', eodem tamen manerio in manu nostra retento. Et ideo tibi precipimus quod predictas x. libras ei habere facias sicut predictum est. Teste ut supra. *Habet inde litteras patentes.*

1239.
[m. 19.] *De liberatione ij.d. pro Johanne de Sandon'.*—Rex baronibus de Scaccario', salutem. Sciatis quod concessimus Johanni de Sandon', servienti nostro, liberationem duorum denariorum in die quam Helena, nutrix nostra, percipere consuevit per manum vicecomitis Glouc', cui concessimus loco predicte liberationis duorum denariorum liberationem quatuor denariorum quam Galfridus de Sancto Dionisio percipere consuevit in die. Et ideo vobis mandamus quod predictam liberationem duorum denariorum predicto Johanni habere facias (*sic*) ab eo die quo predictam liberationem iiij. denariorum predicte Helene concessimus. Teste rege apud Clarend', xxv. die Novembris.

De liberatione unius denarii pro Philippo Haket'.—Eodem modo scribitur eis de liberatione unius denarii concessa Philippo Haket, quamdiu regi placuerit, quam Oliva la Normande percipere consuevit per annum per manum vicecomitis Surr', et quod faciant ei habere liberationem illam a die quo liberatio illa devenit in manum regis per mortem ipsius Olive.

Pro Galfrido Dispensario.—Galfridus Dispensarius finem fecit cum rege pro habenda custodia terre et heredis que fuit Roberti Musard' et pro maritagio ipsius heredis. Mandatum est vicecomitibus Noting' et Dereb', Glouc', et Berk', quod de omnibus terris quas predictus Robertus habuit in bailliis suis simul cum predicto herede ei saisinam habere faciant. Teste rege apud Clarendon', xxix. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Luce de Drumar' ij. damas in foresta de Gillingeham'. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ponte.—Rex concessit Johanni de Ponte de Grimmesby quod v. marcas in quibus tenetur Samueli Judeo de Grimmesby, et quas ei solvisse debuerat in festo Sancti Martini anno xxiiij., reddat eidem Judeo infra v. annos, videlicet singulis predictorum v. annorum j. marcam in festo Sancti Martini; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De vinis ponendis in castro Dovr'.—Mandatum est Willelmo de Haverhull, quod de vinis que venerunt usque Pevenes' capiat ad opus regis lx. dolia vini et ea liberet H. de Bohun, comiti Essex', ponenda in castro Dovr'. Teste ut supra.

De libertatibus monialium de Ambresbir'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod libertates monialium de Ambresbir', quas habent per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie, et nostram, tam de amerciamentis hominum suorum quam de aliis quibus hucusque coram eis use sunt, eis observari faciant. Teste rege apud Clarendon', xxx. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus [episcopatus] Wintoniensis quod faciant habere H. de Trublevill' lx. quercus in Hathlo Harold' ad operationem turris de Corf. Teste ut supra.

1239.

De vino dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis faciant (*sic*) habere Magistro Milicie Templi in Anglia unum bonum dolium vini contra festum suum ingressus nove ecclesie sue, de dono [nostro *erased*] regis. Teste rege apud Clarendon', iij. die Decembris.

Pro Magistro Milicie Templi.—Mandatum est H. de Pateshull' quod emi faciat quandam cuppam argenteam deauratam de precio v. marcarum et illam liberet Magistro Milicie Templi ad imponendum Corpus Domini. Teste rege apud Clarendon', vj. die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Ade Coc quod faciat habere abbatisse de Wilton' vj. robora ad focum suum in bosco de Gravel', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Ade quod faciat habere Fratribus Minoribus Sarrisburie iiij. robora ad focum suum in bosco de la Bocholt', de dono regis. Teste ut supra.

Pro ecclesia Sarrisburie, de decima pannagii.—Mandatum est Engelardo de Cyg', constabulario de Windl', quod de tempore quo [habuistis *erased*] habuit hac vice custodiam foreste de Windl' satisfaciat ecclesie de Sarrisburia de arreragiis decime pasnagii quam habere debet, ne iteratus inde clamor ad regem debeat inde pervenire. Teste rege apud Clarendon', vij. die Decembris.

Eodem modo scribitur Reginaldo de Albo Monasterio de arreragiis ejusdem foreste de tempore quo habuit etc. ut supra.

De scindulis faciendis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in Nova Foresta faciat habere vicecomiti Wilt' x. quercus ad scindulas faciendas ad recooperiendum domos de Clarendon'. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod de vinis de prisa que sunt in custodia sua liberari faciant quinque carectariis quos rex ad eos mittit cum v. longis carectis v. dolia vini carianda usque Clarendon' cum festinatione. Teste rege apud Clarend', viij. die Decembris.

Pro quodam mercatore Senensi.—Rex ad instantiam domini pape et petitionem W. electi Laodicensis, concessit quod corpus, catalla et mercandise Chace Cunte Kavelcan, arestata, in manum regis deliberentur. Mandatum est episcopo Wigorniensi quod corpus et catalla et mercandisas ipsius in custodia sua existentia, pro quo constituit se plegium, faciat deliberari. [Teste ut supra *erased.*] Sciturus quod rex quoad hoc ipsum et ecclesiam suam penitus dimittit absolutos [*added*].

Similiter mandatum est constabulario Turris Lond' quod archam suam sigillo signatam, quam poterit per sacramentum suum probare suam esse, et similiter ea in archa illa contenta sua esse, faciat deliberari.

Postea facte fuerunt patentes littere directe episcopo Wigorniensi.

1239.

De bremiis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod faciat habere Magistro Simoni de Steyland' vj. matrices bremias in vivario de Merleberg' ponendas in vivario suo de Farendon'. Teste rege apud Clarend', ix. die Decembris.

Mandatum est Petro de Wakering' quod faciat habere Roberto de Muscegros x. matrices bremias in vivario de Taunton' ad vivarium suum instaurandum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Ricardo Lungespeye clerico duas damas de dono regis in foresta de Blakamor'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Salceto faciat habere Paulino Peyvr' decem bonas quercus de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione, pro Nicholao Avenel.—Rex vicecomiti Wiltes,' salutem. Scias quod ad petitionem dilecti et fidelis nostri Hugonis de Vivon' perdonavimus Nicholao Avenel quinque marcas ad quas ammerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu tuo ad placita foreste pro verberatione cujusdam forestarii. Et ideo tibi precipimus quod de predictis quinque marcis ipsum pacem habere permittas. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Willelmo de Cantilupo decem quercus in foresta de la Blakemor', de dono regis. Teste ut supra.

De prestito sexties xx. et x. marcarum.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere fratri Andree priori Sancti Swithuni Wintonie sexies viginti et decem marcas de prestito usque ad Pentecosten anno etc. xxiiij. Teste rege apud Clarendon', xj. die Decembris.

De scutellis et aliis faciendis et mittendis usque Wintoniam.—Rex Hugoni de Pat', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod fieri faciatis ad opus nostrum decem scultellos et decem salseria argentea et unam cupam deauratam de precio centum solidorum vel decem marcarum, et quandam insulam de precio centum solidorum, et illa vobiscum deferatis ad nos usque Wintoniam contra festum Natalis Domini. Et cum custum inde sciverimus breve nostrum de Liberate vobis habere faciemus. Teste ut supra.

De vinis, pro Magistro S. Normanno.—Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod de melioribus vinis captis ad opus regis, exceptis vinis de prisa regis, faciant habere Magistro Simoni de Steyland' vj. dolia vini pro eodem precio pro quo retenta fuerint ad opus regis. Teste rege apud Clarendon', xj. die Decembris.

1239.

De respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de austurco qui exigitur de Huberto de Roylli per summonitionem Scaccarii respectum ei habere faciant usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xxiiij. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Englewud' faciat habere Fratribus Predicatoribus Karleoli x. quercus ad fabricam ecclesie sue.

De cereis faciendis.—Rex thesaurario et camerariis suis, salutem. Mandamus vobis quod fieri facias ccc. cereos ponendos in ecclesia Beati Petri apud Westmonasterium die Sancti Edwardi, et totidem in die Natali Domini ponendos in eadem ecclesia, et c. cereos ponendos in capella Sancti Stephani die ejusdem Sancti, et c. cereos ponendos in capella Sancti Johannis in die ejusdem Sancti. Faciant etiam lambrescari cameram retro capellam regine et cameram privatam ejusdem camere, et lineari cameram predictam, et fiat quedam lista bene depicta cum imaginibus Domine et Angelorum cum turribulis sparsim in ipsa lista, et depingantur quatuor Ewangeliste in camera predicta. Fieri etiam faciant quoddam vas cristallinum ad reliquias nostras imponendas. Et cum sciverimus custum, breve nostrum de Liberate inde vobis habere faciemus. Teste. Teste ut supra (*sic*).

Pro Roberto de Pavylly.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Philippus de Pavylly, frater Roberti de Pavylly, reddidit pro eodem Roberto fratri Galfrido, custodi garderobe nostre, per preceptum nostrum apud Waltham die Jovis proximo post festum Sancte Lucie anno regni nostri xxiiij., xx. marcas per quas idem Robertus finem fecit nobiscum ut a prisona nostra deliberaretur, qui quidem Robertus captus fuit et in prisona nostra detentus occasione transgressionis quam fecit erga nos de maritagio heredis Willelmi del Estr'. Et ideo vobis mandamus quod de illis xx. marcis ipsum Robertum quietum esse faciatis. Teste rege apud Waltham, xv. die Decembris.

De compoto fratris G. recipiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod in octabis Sancti Hyllarii anno xxiiij. recipiant compotum fratris G. de custodia warderobe a tempore quo ipse alias compotum suum coram rege reddidit de custodia predicta, ita quod compotus ejus de die in diem sine interruptione aut dilatione audiatur. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod si Radulfus le Bret et Ricardus le Bret, capti et detenti in prisona apud Ivelcestr' pro morte Radulfi de Holewell' de qua morte rettati sunt odio et atia, invenerint ei etc. tunc tradat eos in baillio etc. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit abbatisse de Rumes' x. libras quas regi debet pro blado empto de [de] Paulino Peyvre et Th. de Newerc', custodibus episcopatus Wintoniensis. Mandatum est eisdem custodibus quod ipsam inde quietam esse faciant. Teste rege apud Waltham, xvj. die Decembris.

1239.

De tradendo in baillio.—Quia rex accepit per inquisitionem factam quod Johannes Hareng', captus et detentus in prisona de Ivelcestr' pro morte Radulfi de Halwewell', rettatus est de morte illa odio et atia, mandatum est vicecomiti Sumers' quod si predictus Johannes invenerit xij. liberos et legales homines etc., tunc tradat eum in baillium etc. Teste ut supra.

De cheveronibus capiendis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere constabulario de Corf lx. cheveronas (*sic*) in foresta de Blakemor' ad quandam cameram de novo faciendam in castro de Corf. Teste rege apud Waltham, xviij. die Decembris.

De compoto Johannis de Gatesden' recipiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod ex quo audierint compotum fratris Galfridi de custodia warderobe domini regis recipiant compotum Johannis de Gatesden' et Thome de Lek' de custodia warderobe domine regine de tempore quo habuerunt custodiam ejusdem warderobe, ita quod in compoto suo eis faciant allocari quicquid in litteris domini regis patentibus quas rex eis fieri fecit de quodam altero compoto continetur, et quod Robertus del Ho clericus ipsius Johannis admittatur ad respondendum pro eodem Johanne, ita tamen quod si quid regi per computationem illam debeatur prefatus Johannes regi inde plene respondeat. Teste ut supra.

Rex custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis Gerardo de Lambirsard' mil . . . . [*Entry unfinished and erased.*]

[*Schedule.*] Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavie baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod de xv. solidatis terre cum pertinenciis in Hele in comitatu Devonie quas Willelmus filius Ricardi miles impignoraverat Ursello de Exonia, Judeo, et quas cepimus in manum nostram pro debito in quo idem Ricardus nobis tenebatur, et tradidimus aliquando ad voluntatem nostram Simoni de Brackel' pro xv. solidis per annum, et unde audivimus quod iterum cepistis illas in manum nostram, eidem Willelmo filio Ricardi quiete et sine dilatione plenariam seisinam habere faciatis, quia eidem Willelmo debitum illud in quo nobis tenebatur pro predicto Judeo, qui se subtraxit pro felonia quam fecit, perdonavimus pro Deo et pro anima dilecti et fidelis nostri Henrici de Trublevill'. Teste me ipso apud Michildevr', xxvj. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Magistro milicie Templi iij. quercus, scilicet unam in Werewud' et duas in bosco del Parc in foresta de Feckeham, de dono. Teste rege apud Waltham, xx. die Decembris.

Eodem modo scribitur eidem pro Willelmo de Ferrariis de vj. roboribus datis ad focum suum in foresta de Rokingeham.

[m. 18.] *Pro Imberto Pugeys.*—Rex commisit Imberto Pugeys quamdiu regi placuerit terram de Girsech' quam Robertus de Pavylly habuit

1239.

de baillio regis. Mandatum est vicecomiti Dors' quod de terra illa cum pertinentiis eidem Imberto sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Synago.—Rex concessit Willelmo de Synago custodiam terre et heredis Thome Testard' usque ad etatem ejusdem heredis una cum maritagio ejusdem, salvo Johanni de Gatesden' termino suo de terris quas predictus Thomas ei dimisit ad firmam in vita sua; et mandatum est vicecomiti Surr' quod de custodia predicta et herede predicto saisinam eidem Willelmo habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Swithuni Winton'.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod xvij. libras sterlingorum quas receperunt de exitibus berton' tempore quo prioratus Wintoniensis vacans fuit et in manu regis, et adhuc restant reddende priori ejusdem loci, sine dilatione reddi faciant. Teste rege apud Micheldevr'. xxiiij. die Decembris.

Rex baronibus de Scaccario, salutem. Allocate Simoni de Norwico . . . . [*Entry unfinished and erased.*]

De xv. capellanis perquirendis.—Mandatum est Hugoni de Pateshull', thesaurario suo, quod querere faciat xv. capellanos tam apud Oxoniam quam alibi ad celebrandum divina per unum annum pro anima W. electi Valentini, et singulis eorum habere faciat l. solidos pro stipendiis suis super quo rex faciet ei habere breve suum de Liberate. Teste rege apud Rading', xxviij. die Decembris.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Martinus de Slindon' et Benedictus de Slindon', capti et detenti in prisona Cantuariensis archiepiscopi pro morte Rogeri Coci, qui de morte illa non sunt culpabiles secundum inquisitionem inde factam, invenerint xij. liberos et legales homines etc., tunc eos tradat etc. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere fratri Willelmo, capellano capelle de Caveresham, j. quercum in foresta de Windl' ad scindulas faciendas ad ipsam capellam cooperiendam.

Pro Thoma de Stratton'.—Mandatum est [vicecomiti Noting' *erased*] omnibus etc. quod Thomam (*sic*) de Stratton', qui est forestarius de feodo in comitatu Norhumbrie et coronator ejusdem comitatus, non ponatur in assisis, juratis, vel recognitionibus [Teste ut supra *erased*] quamdiu fuerit forestarius et coronator ejusdem comitatus [*added*].

[*Marginal note*] *Postea facte fuerunt patentes.*

1240.

Pro H. de Pateshull'.—Dominus rex adhibuit assensum regium electioni facte de Hugone de Pateshull' in episcopum Coventrensem et Lichefeldensem; et mandatum est custodibus episcopatus ejusdem

1240.

quod de omnibus terris, redditibus, possessionibus ad eundem episcopatum pertinentibus, eidem electo plenam saisinam habere faciant. Teste rege apud Windl', primo die Januarii.

Mandatum est militibus et liberis hominibus ejusdem episcopatus quod eidem Hugoni intendentes sint et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin.—Mandatum est Willelmo de Boeles, custodi insularum, quod manum non mittat ad terram quam Henricus de Trublevill' dedit in insula de Gerner' Drogoni de Barentin, set eam ei in pace dimittat donec idem Drogo redierit a curia Romana quo profectus est in nuncium regis. Teste rege apud Windl', ij. die Januarii.

Pro Radulfo de Chesn'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod si Radulfus de Chesn', captus et detentus in prisona abbatis Rading' pro morte Roberti Blundi, qui inde rettatus est odio et atia per inquisitionem inde factam, invenerit ei xij. liberos et legales homines qui manucapiant etc., tunc tradat eum etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Windl' quod faciat habere Henrico le Tyeys ij. damas in foresta de Windl', de dono. Teste ut supra.

De cuppa emenda ad cor H. de Trublevill' imponendum.—Mandatum est H. Coventrensi et Lichefeldensi electo, thesaurario suo, quod emi faciat unam cuppam pretii iiij. marcarum vel lx. solidorum, et eam habere faciat Drogoni de Trublevill' ad cor H. de Trublevill', fratris sui, in ea ponendum et deferendum usque Normanniam. Teste rege apud Windl', iij. die Januarii.

De vino dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere fratri Galfrido, custodi garderobe regis, unum dolium vini ad opus ipsius dum compotum suum reddet, de dono regis. Teste apud Westmonasterium, v. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Agathe Trussebut vj. damas et ij. damos in foresta de Rokingeham. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windl' quod faciant habere Ingelardo de Cygoyny unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Th. de Sanford' quod permittat Hugonem Paynel capere duas damas in foresta de Braden'. Teste ut supra.

Pro Engelardo de Cygoyny.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Surr' quod loco Ingelardi

1240.

de Cygony recipiat (*sic*) Petrum de Chaunceals ad respondendum loco ipsius coram eis in itinere suo de hiis que ad custodiam foreste pertinent. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod, si frater Johannes, elemosinarius regis, de duobus doliis vini que rex ei dedit tantum unum dolium habuerit, tunc ei sine dilatione aliud dolium vini residuum habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Januarii.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Drogoni de Trublevill' xx. marcas quas nobis solvere deberet ad Scaccarium nostrum Pasche anno regni nostri xxiiij. de prestito. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Drogonem de predictis xx. marcis quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Januarii.

De vinis custodiendis.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Precipimus tibi quod omnia vina nostra Andegavie que habes in custodia tua per visum et testimonium legalium hominum vendi facias et denarios quos inde receperis salvo custodias donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

De focagio insularum.—Rex Willelmo de Boeles, salutem. Quia focagium insularum nostrarum que fuerant in custodia H. de Trublevill' eidem H. concessimus de anno videlicet proximo preterito, vobis mandamus quod predictum focagium habere faciatis Drogoni fratri ejusdem Henrici et aliis executoribus testamenti predicti H. ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Januarii.

De fustis datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere priori de Thefford' l. fusta ad maeremium in bosco predicti episcopatus de la Weste in manerio de Cler', de dono regis. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mandatum est baillivis de Sandwico quod de vinis que applicuerunt in portu suo capi faciant lx. dolia boni vini et ea liberent H. comiti Hereford', ponenda in castro Dovr'. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Januarii.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est constabulario de Noting' quod faciat habere G. Spigurnel j. dolium vini, de dono regis, de vinis regis que sunt in custodia sua. Teste ut supra.

De terra extendenda.—Rex vicecomiti Essex,' salutem. Precipimus tibi quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum de comitatu tuo [diligenter inquiras *erased*] sine dilatione extendi facias totam terram cum pertinentiis quam Bertramus le Gros habuit in Dunmawe, videlicet quantum valeant in dominicis, redditibus, vilenagiis et omnibus aliis proventubus et exitibus ejusdem terre, et, facta extenta illa, de tota terra illa cum pertinentiis Thome de Dunolm'

1240.

sine dilatione plenam saisinam habere facias, et, facta ei inde saisina, extentam illam distincte et aperte factam nobis sine dilatione mittas, et nos audita extenta illa quantum defuerit de x. libratis terre supplebimus alibi usque ad x. libratas terre ad opus ipsius Thome. Teste ut supra.

Pro fratribus Milicie Templi.—Rex baillivo suo de Feckeham, salutem. Scias quod pro salute anime nostre et antecessorum et heredum nostrorum dedimus et concessimus Deo et fratribus Milicie Templi in Anglia omnes terras subscriptas que assartate fuerunt de dominico bosco nostro in foresta nostra de Feckeham, videlicet unam acram et j. quarterium quos Ricardus Faber tenuit de eodem asarto, et unam acram quam Thomas de Werkwud' tenuit de eodem assarto, et duodecim acras quas Nicholaus de Hamm' et Robertus de Rudding' tenuerunt de eodem assarto, et duas acras quas Willelmus Fong tenuit de eodem assarto, et unam acram quam Ricardus Gilb' tenuit de eodem assarto, et unam acram quam Nicholaus Hunter tenuit de eodem assarto, et unam acram et dimidiam quas Willelmus Reyner tenuit de eodem assarto, et unam acram quam Alicia Orel tenuit de eodem assarto, et tres acras quas Engeramus Moming tenuit de eodem assarto, et j. acram quam Geva de Trullun tenuit de eodem assarto, et tres acras quas Petrus le Hauekar' tenuit de eodem assarto, et dimidiam acram quam Ricardus prepositus tenuit de eodem assarto, et dimidiam acram quam Whiteb' tenuit de eodem assarto. et j. acram quam Robertus Hunerl' tenuit de eodem assarto, et unam acram quam Willelmus de Huldebir' tenuit de eodem assarto; habendas et tenendas eisdem fratribus de nobis et heredibus nostris inperpetuum, reddendo inde singulis annis x. solidos ad firmam manerii nostri de Feckeham pro omni servicio. Et ideo tibi precipimus quod eisdem fratribus de predictis terris sicut predictum est tenendis, sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste ut supra. Per ipsum regem coram consilio suo.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet' quod in foresta de Essex' faciat habere domino legato sex damas, de dono domini regis. Teste ut supra.

De quodam dolio vini dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod faciat habere Alesie uxori Willelmi Monachi unum dolium vini, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Roberto Passelewe duas damas in foresta de Wytlewud', de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Januarii.

Pro Gerardo la Grue.—Rex Beatricie que fuit uxor Johannis de Basingeham, salutem. Sciatis quod dedimus maritagium vestri Petro de Malo Lacu ad opus Gerardi de Sancto Flouer', consanguineo ipsius Petri. Et ideo vobis mandamus quod non maritetis vos absque licencia et voluntate ipsius Gerardi si vos maritare volueritis, et sacramentum quod nobis inde fecistis predicto Gerardo faciatis quia sacramentum illud predicto Gerardo remisimus. Teste rege ut supra.

1240.

De attornato recipiendo ad Scaccarium.—Rex concessit Willelmo de Bello Campo, vicecomiti Wigornie, quod Willelmus de Bandehal', clericus suus, respondeat pro eo coram rege ad Scaccarium regis de hiis que ad ipsum pertinent nomine vicecomitis, ita quod si defectus aliquis reperiatur in eodem Willelmo de compoto reddendo vel de arreragiis, prefatus Willelmus de Bello Campo inde respondeat, quamdiu eidem Willelmo placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum clericum ad hoc loco suo admittant. Teste rege ut supra.

De quodam prisone recipiendo.—Rex vicecomiti Kantebrg', salutem. Precipimus tibi quod Walterum filium fabri, qui rettatus est de morte Henrici Luvell' et quem tibi liberabit vicecomes noster de Norhampton', recipias et salvo custodias in prisona nostra usque [ad] adventum justiciariorum nostrorum in partes illas. Teste ut supra.

Iterum mandatum est vicecomiti Northant' quod ipsum Walterum liberet vicecomiti Cauntebrg'.

Pro Imberto Pugeis.—Rex Johanni Biset, salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a vobis fieri precepimus quod non erit ad nocumentum foreste nostre de Salceto si due acre de bosco de Estonston' qui fuit Willelmi de Estre essartentur, concessimus dilecto servienti nostro Imberto Pugeys, in cujus manu boscus ille est, quod de licencia nostra duas acras de bosco predicto faciat essartari; et ideo vobis mandamus quod id sine impedimento et occasione fieri permittas. Teste ut supra.

[m. 17.] *De vinis reddendis.*—Rex custodibus vinorum suorum Suhampt', salutem. Mandamus vobis quod denarios nostros de vinis nostris venditis per preceptum nostrum apud Suhampt' anno regni nostri xxiij. sine dilatione liberetis in garderoba nostra custodi ejusdem garderobe in instanti Media Quadragesima anno regni nostro xxiiij. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Januarii.

De Judeis Norwici.—Rex Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Norf', salutem. Sciatis quod Mosse Mock' et Aaron Henn' et quidam alii Judei nostri de Norwico, qui rettati sunt de circumcisione cujusdam pueri de Norwico, finem fecerunt nobiscum per xx. libras ut deducantur coram vobis secundum legem Judeorum, scilicet per Judeos et Christianos. Et ideo vobis mandamus quod ita fieri faciatis et quod non ponantur in defaltam in itinere vestro propter absentiam suam, quia ipsos hucusque retinuimus penes nos. Teste ut supra.

Pro comite Kancie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat H. de Burgo, comiti Kancie, tertium denarium provenientem de eodem comitatu nomine comitis Kancie sicut hucusque habere consuevit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. Byset, justiciario foreste, quod habere faciat fratri Willelmo de Ambresl', monacho de Evesham',

1240.

iij. quercus in bosco de Assewud' ad operationem ecclesie de Evesham, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

Mandatum est G. de Lucy quod faciat habere Th. de Lech', clerico, viij. quercus in foresta de Porecestr', de dono. Teste ut supra.

De pannis datis.—Rex concessit Alicie uxori Roberti Kele, qui pro felonia abjuravit regnum Anglie apud Dereby, omnes pannos qui fuerunt ipsorum Roberti et Alicie et omnia utensilia sua et duo coria bovina et duo membra carnis bovine; et mandatum est vicecomiti Noting' quod ea sine dilatione ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Medio Vico.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod homines de Medio Wico solebant placitare de tenementis suis forinsecis per sacramentum hominum forinsecorum et non per sacramentum hominum de Medio Wico, mandatum est justiciario Cestrie quod placitum motum inter Willelmum de Venabl' et Mathium Gelde de Medio Wyco de quadam terra forinseca in Kindreton' deduci faciat per sacramentum hominum forinsecorum et non per sacramentum hominum de Medio Wico. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum Bristoll' quod faciant habere Roberto de Muscegros j. dolium vini pro quodam dolio vini quod regi commodavit apud Northkingeston'. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

Pro Edwardo filio Odonis aurifabri.—Rex baronibus Scaccarii, salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra pro nobis et heredibus nostris confirmavimus Edwardo filio Odonis aurifabri et heredibus suis vel assingnatis donationem quam eidem Edwardo fecit Odo filius Johannis fusoris de officio fusorie in Scaccario nostro sicut carta ipsius Odonis quam dictus Edwardus inde habet rationabiliter testatur. Et ideo vobis mandamus quod eidem Edwardo de predicto officio fusorie predicte plenam seisinam habere faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii anno regni nostri xxiiij.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Devon', salutem. Precipimus tibi quod de omnibus terris et feudis militum que Henricus de Trublevill' tenuit de nobis in capite in balliva tua assignari facias Awysie que fuit uxor ejusdem Henrici rationabilem dotem suam. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii, anno regni nostri xxiiij.

Rex dilecto et fideli suo Nicolao de Molis, salutem. Mandamus vobis quod talem seisinam habere faciatis priori de Giseburn' de decima piscis capti et capiendi in costera maris de Hortenesse quamdiu episcopatus Dunholmensis vacans fuerit et in manu nostra, qualem habuit tempore R. quondam Dunholmensis episcopi, et temporibus predecessorum suorum episcoporum Dunholmensium. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii.

1240.

Pro electo Coventrensi.—Mandatum est Radulfo de Lacoc quod fenum anni proximo preteriti de episcopatu Coventrensi et Lichefeldensi, qui fuerat in custodia sua, habere faciat H. Coventrensi et Lichefeldensi electo, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod loco Willelmi de Shouesdon', Gileberti Barre, Gileberti de Oteringebir' et Bartholomei de Moriston', quondam coronatorum comitatus Kancie, eligi faciat alios coronatores qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo la Zuch'.—Mandatum est baillivis portus de Portesm' quod permittant Reginaldo Normanno, vadlettum (*sic*) Willelmi la Zuch', eunti ad dominum suum, transfretare cum duobus dextrariis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Januarii.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Magistro S. de Steyland' v. marcas quas nobis debet de quodam prestito quod frater G. eidem Magistro fecit per preceptum nostrum; que etiam v. marce allocate fuerunt eidem fratri G. in priori compoto suo quem reddidit de custodia garderobe nostre. Et ideo vobis mandamus quod predictum Magistrum S. de predictis v. marcis quietum esse faciatis. Teste rege ibidem, xxiiij. die Januarii.

De Johanne de Eston' liberando.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Johannem de Eston', clericum, captum et detentum in prisona regis de Neugate, liberet Waltero decano Oxonie custodiendum in prisona R. Lincolniensis episcopi, secundum libertatem ecclesiasticum ad respondendum inde coram justiciariis regis secundum legem et consuetudinem regni Anglie. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Januarii.

De respectu.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod demandam quam facit abbatisse de Shaftesbir' pro quadam posterna facienda in castro Sarrisburie ponat in respectum usque in xv. dies a die Pasche anno xxiiij. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Henrico de Baillol iij. damas in bosco de Waltham, de dono. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Magistro Henrico Tessun iij. damas in baillia Willelmi de Luverez.

Pro Elya le Evesk', Judeo.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Scias quod Elyas le Evesk', Judeus Lond', concessit fratri G. elemosinario nostros (*sic*) et custodi hospitalis nostri de Offsprung', pro fine quem idem frater G. fecit cum eo, totum debitum quod Andreas Bukerel et Robertus de Cyryton' debuerunt predicto Judeo. Et ideo tibi precipimus quod eidem fratri G. plenam saisinam habere facias de manerio de Magna Delce cum pertinentiis quod est vadium ipsius

1240. Judei pro dicto debito, et eundem fratrem G. in saisina predicti manerii manuteneas donec a nobis aliud habueris inde preceptum. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Januarii.

De tricesima recipienda.—Mandatum est Hugoni de Stocton' et sociis suis, custodibus tricesime in Turri London', quod a Rogero le Poer, Henrico de Ribbeford', Petro de Wik' et Ricardo de Ambresl', collectoribus tricesime in comitatu Wigornie, recipiant tricesimam regis et salvo deponant in eadem Turri. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Februarii.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario. Sciatis quod perdonavimus Roberto de Lonesdal', clerico, c. libras per quas finem fecit nobiscum pro habendo toto blado quod habuimus in maneriis episcopatus Coventrensis et Lichefeldensis, quod quidem bladum Alexander, quondam episcopus Coventrensis et Lichefeldensis, seminari fecit ante mortem suam in eisdem maneriis. Et ideo vobis mandamus quod ipsum R. de illis c. libris quietum esse faciatis. Teste iiij. die Februarii.

Pro Johanne de Pless'.—Rex concessit Johanni de Pless' manerium de Stottesdon' quod rex in curia sua disrationavit per judicium ejusdem curie versus Godefridum de Gamages ad ipsum Johannem sustentandum in in (*sic*) servicio regis quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti Salop' quod ei de predicto manerio tenendo, sicut predictum est, saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Februarii.

Rex Nicholao de M . . . . [*Entry unfinished and erased.*]

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie x. quercus ad maeremium, de dono. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Lambresard'.—Rex Waltero de Burgo, salutem. Scias quod remisimus dilecto et fideli nostro Gerardo de Lambresard' usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xxiiij. sectam quam debet hundredo nostro de Aulton'. Et ideo tibi precipimus quod ipsum G. usque tunc de predicta secta quietum esse permittas. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Rex custodibus comitatus Cestrie, salutem. Sciatis quod bene placet nobis quod Fratres Minores construant quandam domum ordinis sui in villa Cestrie. Et ideo vobis mandamus quod domum illam eos edificare sustineatis. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Februarii.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windl' quod permittat quod W. Karleolensis episcopus, capi faciat sex damas in foresta de Windl', de dono regis. Teste ut supra.

1240.

De capreolo dato.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod [non faciat distringi abbatem *erased*] faciat habere Ricardo de Watervill' unum capreolum in foresta de Rokingeham', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Johannes le Bonsir', quem Ricardus filius Rogeri appellat de morte Rogeri Coci patris sui odio et atia, invenerit xij. etc., tunc eum tradat in baillio etc. Teste ut supra.

De quadam cuppa data.—Mandatum est fratri Galfrido elemosinario et custodi garderobe quod cuppam quandam deauratam de precio circiter quatuor marcarum emi faciat ad opus nuncii domini Imperatoris, et dominus rex ei faciet allocari custum cum illud scierit.

Pro Galfrido de Lucy.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non faciant distringi Galfridum de Lucy ad reddendum regi firmam manerii de Tychefeld' a tempore quo non tenuit manerium de Tichefeld'. Teste ut supra.

Pro abbate de Tichefeld'.—Mandatum est eisdem quod non faciant distringi abbatem de Tichefeld' ad reddendum regi firmam manerii de Tichefeld', postquam rex manerium predictum dedit ipsi abbati et canonicis in liberam elemosinam per cartam regis. Teste ut supra.

[m. 16.] *De vinis capiendis.*—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis que venerunt apud Lond' capiat l. dolia vini, et ea cariari faciat usque Westmonasterium ponenda in celario regis ibidem. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Februarii.

De xxx[a] carianda.—Mandatum est assessoribus et collectoribus xxx[e] de Lindes' quod totam tricesimam collectam in partibus predictis cariari faciant usque Turrim Lond' liberandam ibidem fratri H. de Stocton' et sociis suis, custodibus thesauri in predicta Turri, et rex faciet ei allocari custum ad hoc appositum. Teste ut supra.

Pro Petronilla que fuit uxor Johannis filii Philippi.—Dominus rex concessit Petronille de Pratell', que fuit uxor Johannis filii Philippi, domos que fuerunt ipsius Johannis in Sturton' ad habitandum in eis usque ad Pentecosten anno regni nostri xxiiij., et mandatum est Johanni Extraneo quod ei domos illas liberet. Teste . . . .

De garderoba lambruscanda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod parvam garderobam, in qua robe regis dependere consueverunt, lambruscari faciat et cameram privatam emplastrari, et quod emat plantas bonas peirar[ias] et eas constabulario Windl' tradi faciat et dominus rex ei allocari faciet. Teste rege apud Windl', xij. die Februarii.

1240.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Nicholaus de Elreton', captus pro morte Walteri de Gripthorp' et Aline uxoris ejus, rettatus odio et atia, invenerint (*sic*) etc., tunc ipsum tradat in baillio etc. Teste rege apud Windl', xj. die Februarii.

De perdonatione pro Eboracensi archiepiscopo.—Rex perdonavit W. Eboracensi archiepiscopo, vastum factum in bosco suo de Blithewurth' qui est infra forestam de Shirewud', pro quo boscus ille captus fuit in manum regis, et mandatum est Roberto de Ros quod de vasto illo predictum archiepiscopum quietum esse et ei talem saisinam habere faciat de eodem bosco qualem inde habuit antequam captus esset in manum regis occasione predicta, salvis canonicis de Oxton' solito estoverio suo quod in eo habere debent. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit priori Sancte Trinitatis Eboraci v. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis apud Westmonasterium contra magistrum hospitalis Sancti Leonardi Eboraci, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Februarii.

De vinis datis.—Mandatum est Johanni de Lexinton', justiciario Cestrie, quod duo dolia vini que sunt in castro Cestrie capiat ad opus suum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De jocalibus emendis.—Mandatum est H. de Pat[es]h' quod emi faciat ij. jocalia de precio l. marcarum, et c. et l. obolos de musc', et domino regi ea mittat. Teste ut supra.

De vinis retinendis.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod retineant regi l. dolia vini, vel de proximo venturis si bona inventa non fuerunt in presenti, et salvo custodiant donec etc.

Pro Rogero fabro et sociis suis.—Rex justiciariis itinerantibus in comitatu Norf', salutem. Sciatis quod concessimus Rogero fabro, Ade de Bukemere, Hamoni pistori, Galfrido le Taylur, Ade de Utwod', Hugoni le Cuillur', Alano Cotter, Simoni le Moyn, Simoni de Mora, Simoni filio Rogeri, Petro Bole, Simoni Rud, Willelmo Huberduncy, Rogero de Wro, Johanni Cyulf, Ricardo le Provost et Stephano de Bromenhal', qui utlagati fuerunt pro transgressione quam dicebantur fecisse Nicholao de Lenn', quod si ipsi coram vobis in continenti venire voluerint et se super patriam suam de facto illo et de bono et de malo ponere, tunc coram vobis, non obstante predicta utlageria, ad hoc admittantur. Et ideo vobis mandamus quod si ipsi coram vobis comparere voluerint in continenti ad standum recto, sicut predictum est, tunc ad prefatas inquisitiones procedatis et secundum legem et consuetudinem regni nostri de prefatis transgressionibus et aliis, si quas per inquisitiones illas inveneritis, plenam justitiam secundum exigentiam predictarum transgressionum exhibeatis, ita quod occasione prefate utlagarie non graventur nisi secundum exigentiam aliarum transgressionum suarum. Teste rege ut supra.

1240.

De denariis liberandis.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod illas lx. marcas, quas tibi (*sic*) alias precepimus liberare H. de Trublevill' ad operationes castri de Corf, liberet Hugoni Paynel constabulario de Corf ad easdem operationes faciendas. Teste ut supra.

De operationibus castri de Corf.—Mandatum est predicto Hugoni quod Magistrum Gerardum, carpentarium, quem rex retinuit ad operationes castri de Corf faciendas, recipiat ad hoc, et pro stipendiis suis faciat ei habere vij. denarios et obolum. Teste rege apud Wind', xiiij. die Februarii.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Warewic' quod si Johannes le Flecher, captus pro morte Agnetis que fuit uxor Henrici Sutons, invenerit etc., tunc tradat etc. Teste ibidem, xv. die Februarii.

De loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Norf' quod loquelam que fuit coram justiciariis de Banco, et que posita fuit coram vobis (*sic*) in itinere vestro (*sic*), inter Matildem de Jarpunvill', petentem, et Adam de Wigehal', quem W. Karleolensis episcopus, vocavit ad warantiam, seu quoscumque alios warantores postea vocatos, deforciantes, de rationabili dote ipsius Matildis in Gerbodesham, ponant in respectum usque ad adventum vestrum ad primam assisam in comitatu Essex', et partibus prefigant diem quod tunc sint coram eis processuri in loquela predicta. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod fratri Galfrido faciat habere unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Februarii.

De prohibitione facta pro clericis ecclesias habentibus de advocatione domus Cluniacensis.—Rex abbati et priori de Rupe, salutem. Accepimus ex relatu quorumdam quod vos, auctoritate cujusdam concessionis abbati et monachis de Clunniaco per dominum papam facte, a rectoribus ecclesiarum, de sua atque prioratuum suorum advocatione existentium, decimam bonorum et reddituum suorum de tribus annis proximo sequentibus exigitis, ipsos rectores ad solutionem decime predicte districte compellendo. Quia vero id absque indebito multorum gravamine sustineri non posset, veluti cum decedentium rectorum ecclesie ad ipsos ultra tempus certum secundum diversarum partium constituta non pertineant, si pro tribus annis responderet rector jam superstes, ipso forte citra lapsum primi anni decedende (*sic*), pro successore suo videretur indebite gravari; et ex parte altera cum ipsi priores quoad jura suorum patronatuum qui de nostra jurisdictione consistunt quasi pro secularibus habeantur personis et a nobis procul dubio in hiis debeant tueri, et preterea cum a domino papa super hoc nequaquam fuerimus requisiti nec moris sit aut esse consueverit in regno Anglie quod sine conscientia et voluntate principum possent hujusmodi taillie vel collecte de ecclesiarum rectoribus extorqueri, nolumus quod ad collectam pecunie extra regnum nostrum trahende auctoritate predicta per vos procedatur. Immo districte prohibemus

1240.

ne ab aliquibus ecclesiarum rectoribus de regno nostro taillias aut collectas predictas seu consimiles exigere vel extorquere presumatis quousque super hoc cum episcopis Anglie et aliis magnatibus, tam clericis quam laicis, tractatum habuerimus et vobis aliud super eodem significandum duxerimus. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Februarii.

De perdonatione.—Rex perdonavit abbati de Thorn' decem marcas quas regi obtulit pro quadam perambulatione facienda inter ipsum et episcopum Elyensem quia non fuit perambulatio illa facta, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De denariis datis.—Rex donavit Deo et ecclesie Sancte Trinitatis Cantuarie ad sustentationem quatuor cereorum perpetuam circa feretrum Sancti Thome Martiris centum marcas quas monachi Sancte Trinitatis debuerunt regi de tricesima sua, et sexaginta marcas quas regi debuerunt de auxilio ad primam transfretationem suam et que ab eisdem monachis exigebantur per summonitionem Scaccarii; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos monacos quietos inde esse faciant. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Rex Willelmo de Haverhull', salutem. Mandamus vobis quod emi faciatis ad opus nostrum viginti dolia vini et ea liberetis vicecomitibus nostris Lond' carianda ad nos usque Windeshour'. Teste etc. ut supra.

De justicia facienda super Judeos Norwici.—Rex Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Nortf', salutem. Ex tenore litterarum vestrarum didicimus quod circumventi fuimus per finem quem Judei de Nortwycō nobiscum fecerunt, quibus imponebatur quod circumcidisse debuissent quendam puerum Christianum apud Nortwycum, ut ipsi deducerentur coram vobis secundum legem Judeorum, scilicet per Judeos et Christianos, et quod istud negotium nulla ratione debito modo coram vobis terminari poterit si Judei Christianis adjungantur. Et ideo vobis mandamus quod non obstante fine predicto quem predicti Judei nobiscum fecerunt celerem justitiam super circumcisione prefata, prout melius videritis expedire, faciatis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Roberto Malor', canonico de Suwell', quandam transgressionem impositam ei et hominibus suis de prebenda sua de Suwell' in foresta nostra de Shirewud', ob quam transgressionem exigitis (*sic*) ab eis̄ per summonitionem Scaccarii xl. solidos; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum et homines suos de predictis xl. soldis quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Februarii.

De prohibitione facta pro clericis transmarinis.—Rex domino legato, salutem. Cum jam ex relatu quorundam receperimus fidedignorum quod de clericis transmarinis tam nostris quam aliis in regno Anglie beneficia et redditus habentibus quintam partem suorum reddituum

1240.

et bonorum ad opus domini pape auctoritate quarundam litterarum suarum, certis ad hoc executoribus ex parte vestra adhibitis nec saltem ipsorum indempnitate provisa, districtius exigitis, nos attendentes et in animo sepius revolventes quod hii qui nostris vacant obsequiis intollerabilibus juxta regni consuetudinem fatigantur expensis propter quod, pensatis rerum circumstanciis, ipsorum foret immunitati ratione multiplici providendum, dilectionem vestram presentium duximus tenore rogandam quatinus honori nostro, qui satis apostolice sedi convenire creditur, sic in hac parte prospicere curetis quod dilectos nobis Magistrum Petrum de Aqua Blanca, Artaldum de Sancto Romano, Magistrum Walterum de Dya, Guydonem de Ruscillun, Magistrum Johannem de Dya, Magistrum de Esteylond, H. archidiaconum Wintoniensem, L. archidiaconum Surr', Johannem de la Herte, Henricum de Berneval, J. de Steyland', Petrum Chacepore, Bertardum de Valencia, Emericum de Roches, Magistrum Willelmum le Brun, W. de Pless', Selmo (*sic*) de Crest, Magistrum Atte, et W. de Poypia, clericos nostros, a prestatione quinte memorate conservetis immunes. [*Entry cancelled from this point to end.*] Confidimus enim quod, si dominum papam super hoc per nostros nuntios interpellemus, sicut proponimus, petitioni nostre poterit de facili ejus animus inclinari. Et cum dominus papa nobis super hoc prout nostrorum predecessorum temporibus fieri consuevit hactenus minime scripserit, prefatis clericis districtius inhibuimus ne ipsi de bonis suis aut redditibus pro portione memorata respondere presumant, unde si id quod in hac parte apud alios agitur quasi dissimulando pertransimus, istos tamen penitus immunes esse volumus, et a vobis id ipsum tollerari petimus quousque super hoc dominum papam per nostros fecerimus nuncios sollicitari; adici etiam petimus supplicationibus premissis ut si que compulsiones circa eosdem per executores predictos in locis exercentur diversis, ipsas penitus ad nostram faciatis petitionem relaxari. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

[*Schedule, substituted for above.*] Cum enim dominus papa nobis super hoc, prout predecessorum nostrorum temporibus fieri consuevit, minime hactenus scripserit, non sustinebimus quod prefati clerici nostri super exactione predicta in aliquo graventur. Immo eisdem districtius inhibuimus ne de bonis suis aut redditibus pro portione memorata alicui respondere presumant. Nam etsi id quod in hac parte apud alios agitur quasi dissimulando pertransimus, istos tamen penitus esse volumus immunes. Adici etiam petimus supplicationibus premissis ut si que compulsiones circa eosdem per executores predictos in locis exercentur diversis, ipsas penitus ad nostram faciatis petitionem relaxari, scituri pro certo quod sustinere nullo modo volumus quod prefate pecunie summa ab eisdem per aliquos extorqueatur. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Februarii.

De vinis liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum de prisa Suhamt' quod liij. dolia vini de prisa liberent baillivis Suhamt' carianda quo rex ei (*sic*) precepit. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Februarii.

1240.

De vinis retinendis.—Mandatum est baillivis Suhamt' quod de vinis Wasconie nunc existentibus apud Suhamt', vel de hiis que ventura sunt, retineant ad opus regis, si bona fuerint, lx. dolia vini et ea in cellario regis salvo custodiri faciat (*sic*) donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Sahero de Wahull'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes de Basingeham tenuit de rege in capite medietatem manerii de Raveneston' et alteram medietatem de comitissa Oxonie, et quod Saerus de Wahull' est heres ipsius Johannis de medietate illa quam idem Johannes tenuit de rege in capite, et Willelmus de Albo Monasterio et heredes Ade de Tindal' sunt heredes ipsius Johannis de alia medietate quam tenuit de predicta comitissa, mandatum est vicecomiti Buk' quod predicto Sahero tanquam heredi ipsius Johannis de medietate illa quam de rege tenuit in capite, et predictis Willelmo et heredibus predicti Ade tanquam heredibus predicti Johannis de alia medietate quam tenuit de predicta comitissa, plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Februarii.

[m. 15.] *De decima balene data.*—Mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod de balena que capta fuit apud Hertenes, habere faciat decimam que inde proveniet priori et canonicis de Gyseburn'. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Februarii.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum Norhamt' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere Stephano de Segrave unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Rex cepit homagium Mauricii filii et heredis Rogeri Rydel de omnibus terris que fuerunt predicti Rogeri, et mandatum est vicecomiti Essex' quod, accepta securitate a predicto Mauricio de xxv. libris pro relevio suo, et (*sic*) saisinam suam ei habere faciat. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo patentium.*

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Reynero Blanchardin iiij. quercus in foresta de Clive ad propius de Stamford' que commode capi possunt, ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de la Lund'.—Rex commisit Willelmo de la Lund' manerium de Brednes cum pertinenciis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Mandatum est vicecomiti Devon' quod de manerio illo ei saisinam habere faciat, et si quid de predicto manerio cepit post mortem H. de Trublevill', salvis tamen mortuo catallis suis, ei similiter reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii.

De tradendo in baillio.—Quia rex per inquisitionem quam fieri fecit accepit quod Johannes le Swynger' et Johannes filius capellani, rettati de morte Roberti de Clydesden' et aliorum, interfectorum apud

1240.

Clydesn', non sunt culpabiles de morte illa, mandatum est vicecomiti Suhamt' quod si predicti Johannes et Johannes invenerint ei xij. etc. Teste ut supra.

De j. dolio vini de prestito.—Mandatum est custodibus vinorum Noting' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere Rogero scissori unum dolium vini de prestito usque ad nundinas Sancti Bothulfi. Teste ut supra.

De compoto Johannis de Gatesden audiendo.—Rex Bertramo de Cryol, Almarico de Sancto Amando, Petro Grimbald', Johanni le Franceis et Willelmo de Burgo. Sciatis quod assignavimus vos ad compotum dilectorum nobis Johannis de Gatesden' et Thome de Leck', diac[oni], recipiendum de custodia warderobe dilecte regine nostre de toto tempore quo habuerunt custodiam warderobe predicte. Et ideo vobis mandamus quod compotum predictorum Johannis et Thome recipiatis de tempore predicto, scilicet compotum predictorum Johannis et Thome de jocalibus ejusdem regine a tempore adventus sui in Angliam usque ad Diem Cinerum anno regni nostri xxiiij^{to}, et compotum predicti Johannis de receptis et expensis denariorum a prefato adventu ejusdem regine usque ad diem Sabbati proximam ante Exaltationem Sancte Crucis anno regni nostro xx° primo. Ita quod in compoto illo allocetur eidem Johanni quicquid in litteris nostris patentibus, quas ei de quodam altero compoto fieri fecimus, continetur. Et similiter recipiatis compotum predictorum Johannis et Thome de receptis et expensis denariorum a die Sabbati ante predictum festum Exaltationis Sancte Crucis anno regni nostri xxj. usque in Diem Cinerum predictum. Ita quod Robertus del Ho, clericus ejusdem Johannis, admittatur ad respondendum pro predicto Johanne in hunc modum quod, si quid nobis per computationem illam debeatur, quod predictus Johannes inde plene nobis respondeat. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex etc. vicecomiti Notingh', salutem. Quia justiciarii nostri ultimo itinerantes in comitatu Noting' nobis significaverunt quod Elyas filius Willelmi interfecit Mariotam la Norice per infortunium et non per feloniam, mortem illam ei perdonavimus quantum in nobis est; et mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

De quodam muro kernellendo.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod murum qui se extendit de elemosinaria nostra usque ad magnam portam versus cimiterium carnellari faciatis, et cameram ubi milites jacent dealbari et lineari, et warderobam ubi robe nostre pendent lambruscari, et cameram privatam capellanorum bordari faciatis in modum navis. Teste rege apud Windeshour', iij° die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Windl' quod Johanni Andr' faciat habere xxix. quercus in foresta de Windl' ad quendam rogum faciendum ad opera regis facienda; et clausuram et palos ad gardinum de Windl' claudendum ei habere faciat. Teste ut supra.

1240

De terris Radulfi de Thoeny.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod, non obstante precepto quod rex fieri fecit de terris que fuerunt Radulfi de Thoeny in baillia sua in manum regis capiendis, permittat servientes qui fuerunt ipsius Radulfi terras ipsas bladis suis seminare et excolere carucis que fuerunt ipsius Radulfi, et custodire per visum servientis domini regis in quolibet manerio et si quid de terris ceperit id sine dilatione predictis servientibus sine dilatione reddat. Teste rege apud Windl', vj. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf', Cantebr', Hereford', Wigornie, Devon', Wilt'.

De restitutione officii.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod fratrem Simonem de operationibus, monachum Sancti Swithuni Wintonie, pristino officio suo, a quo rex ipsum fecit amoveri, restituant. Teste ut supra.

De quodam amicto faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis aurifabri quod fieri faciat amictum decentem et perulis ornatum, et unam albam cum aurifragiis competentibus, et unam tunicam cum una dalmatica de samita similiter aurifragiis competentibus ornatas, et habere faciatis (*sic*) Milicie Templi de dono nostro, proviso tamen quod occasione operum predictorum non desistat ad (*sic*) operationibus quas rex ei injunxit faciendas apud Westmonasterium. Cum autem rex scierit custum predictorum illud faciet rex acquietari. Teste rege apud Windl', vij. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Hugoni Giffard' c.*s.* qui exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii de pluribus scutagiis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de illis c.*s.* quietum esse faciant. Teste ut supra.

De tradendis in baillio.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Rogerus Mock', Walterus filius Alani, Gilebertus le Hattere, Johannes filius Mathei, Willelmus Crompe et Willelmus Faber, capti et detenti in prisona Oxonie pro morte Ingerami de Kirkeham, qui rettati sunt inde odio et atia, si quilibet illorum invenerit vj. probos et legales homines etc. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi de sex acris terre.—Rex Johanni Byset, justiciario foreste, salutem. Sciatis nos dedisse dilectis nobis in Christo magistro Milicie Templi in Anglia et fratribus ejusdem domus et successoribus suis in perpetuum illas sex acras terre de placia illa que jacet inter manerium nostrum de Blakemere et manerium predictorum Templariorum de Sudinton' que pertinent ad predictum manerium nostrum de Blakemere, sicut accepimus per inquisitionem quam inde fieri fecimus, habendas in perpetuum una cum duodecim acris ejusdem placie que pertinent ad manerium ipsorum de Sudinton', ita quod totam placiam illam claudere possint fossato et haya, ita quod fere possint intrare et exire. Et ideo vobis mandamus quod predictis magistro et fratribus de predictis sex acris terre sine dilatione plenam saisinam habere faciatis et eas claudere cum xij. acris permittatis, sicut predictum est. Teste rege apud Windl', viij. die Marcii.

1240.

De perdonatione transgressionis.—Rex Roberto de Lexint' et sociis suis, salutem. Monstratum est nobis ex parte Petri filii [Johannis *erased*] Gerardi de Fremelegh' quod vos in itinere vestro de comitatu nostro Notingham' ipsum utlagari precepistis eo quod, cum indictatus fuisset quod pluries accessum habuit ad Johannem de Acton' qui utlagatus est et societatem ei fecit loquendo cum eo solummodo, et ipsum interrogari faceretis ad respondendum inde, se subtraxit. Quia vero, ut audivimus, animo malefaciendi id non fecit, perdonavimus eidem Petro transgressionem predictam, vobis mandantes quod nisi ob culpam aliam graviorem ipsum interrogari et utlagari preceperitis, [utlagariam *erased*] interrogationem predictam quam occasione predicta [in ipsum promulgari *erased*] de ipso fieri precepistis revocari, et ipsum de transgressione predicta quietum esse faciatis. Teste [me ipso *erased*] rege apud Windeshour', viij. die Marcii.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Mandatum est custodibus operationis de Salopesbir' quod faciant habere Fratribus ordinis Predicatorum de Salop' xxx. quarteria calcis de calce nostra ad operationem suam faciendam ibidem, de dono nostro. Teste ut supra.

De c.s. liberandis.—Mandatum est majori et baillivis Oxon' quod de x. libris de amerciamento panis et cervisie, quas regi [reddidisse debuerant *erased*] reddere tenentur ad Pascha anno xxiiij., faciant habere Galfrido de Stocwell' c. solidos ad perficiendum capellam et [cameram *erased*] garderobam regine apud Oxon'. Teste rege apud Windl', ix. die Marcii.

De perdonatione pro Eboracensi archiepiscopo.—Rex Roberto de Ros, salutem. Sciatis quod perdonavimus venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, imperpetuum omne vastum tam vetus quam novum factum a canonicis suis de Oxeton' in bosco ipsius archiepiscopi de Blithewurth', qui est infra forestam de Shirewud', usque ad ultimum iter vestrum ad placita foreste in comitatu Noting' anno regni nostri xxiij. pro quo quidem vasto predictus boscus captus fuit in manum nostram, quem etiam boscum eidem archiepiscopo reddidimus. Et ideo vobis mandamus quod de toto vasto predicto ipsum archiepiscopum quietum esse, et ei talem saisinam habere faciatis de eodem bosco qualem inde habuit antequam captus esset in manum nostram occasione predicta, salvis (*sic*) predictis canonicis solito estoverio suo quod in eo habere debent. Teste rege apud Windl', x. die Marcii.

De wainagiis sustentandis.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod wainagia carectarum que sunt in terris Walteri filii Roberti adhuc sustentari faciatis usque ad diem Lune proximam post festum Sancti Gregorii. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Waltero filio Nigelli xx. solidos quos nobis debet et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Marcii.

1240.

De quercubus ad operationem Turris Lond'.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere constabulario Turris nostre Lond' xx. quercus in bosco ejusdem episcopatus de Weregrave ad operationes ejusdem Turris. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus monachis ecclesie Christi Cantuarie lx. marcas quas nobis debebant de promissione nobis facta ad sororem nostram maritandam, ita quod ille sexaginta marce assignentur ad operationem feretri Beati Thome Martiris. Et ideo vobis mandamus quod predictos monachos de predictis lx. marcis quietos esse faciatis. Teste ut supra.

De tradendo in baillio.—Mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod si Walterus clericus, Th. Cocus, Thomas le Clerc, Daniel le Porter, et Paganus de Werk', appellati de morte Matildis de Forde, qui rettati sunt inde odio et atia, invenerint, videlicet singuli eorum sex etc. tunc etc.

[m. 14.] Rex abbati et priori de Rupe, salutem. Cum sicut audivimus. . . . . . . [*Entry unfinished and erased.*]

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per visum discretorum et legalium hominum de comitatu suo assignari faciat Hawisie que fuit uxor Johannis filii Alani rationabilem dotem suam de omnibus terris et tenementis et feodis que fuerunt predicti Johannis in balliva sua et que sunt in manus (*sic*) ejus. Teste [ut] supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Susex', Wiltes', Glouc', Oxon', Warr', Cestr', Stafford', Salop'.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Willelmo de Eboraco, preposito Beverlaci, viginti quercus in foresta de Schrewod', de dono regis. Teste . .

De respectu.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod demandam de catallis fugitivorum et suspensorum quam facit per summonitionem Scaccarii decano et capitulo Eboracensi, ponat in respectum usque ad primum adventum justiciariorum regis in partes illas. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Marcii.

Episcopatus Dunelmensis.—Mandatum est Nicholao de Mules, custodi episcopatus Dunolmensis, quod si Eustachius, janitor quondam R. Dunolmensis episcopi, ei ostendere possit cartam ejusdam episcopi, una cum confirmatione prioris et conventus Dunolmensis, de centum solidis annuis ad vitam suam de episcopo predicto recipiendis, tunc ei areragia sua que ei debentur de exitibus predicti episcopatus solvi faciat. Et cum rex summam predictorum areragiorum sciverit eam ei allocari faciet. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Marcii.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Willelmo de Vesci quatuor matrices bremias, de dono regis, in vivario de Fosse. Teste ut supra.

1240.

De vinis ponendis in celario regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis captis per manum suam apud Lond' per manum suam (*sic*) poni faciat in celario apud Westmonasterium xxxix. dolia vini, videlicet xx. de Wasconia, et xix. de vino albo de Rupella. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Marcii.

Pro Thoma Bukerel.—Mandatum est constabulario castri Roffe quod duos equos Thome Bukerel, qui arestati fuerunt apud Roffam pro transgressione ipsius Thome, et qui sunt de manerio suo de Delc' quod est in manu regis tamquam vadium Judeorum, deliberari faciat fratri Galfrido, elemosinario nostro, cui rex predictum manerium commisit vel certo nuncio suo quem rex ad ipsum propter hoc miserit. Teste ut supra.

De impedimento fidelitatis faciende Edwardo filio regis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod assumptis secum coronatoribus comitatus sui in propria persona eat apud Buking' et ibi diligenter inquirat qui impedierunt ibidem fidelitatem faciendam Edwardo filio regis, et qui levaverunt uthasiam et clamorem super baillivos regis qui ibi fuerunt pro fidelitate illa capienda, et corpora illorum capi et salvo custodiri faciat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere vicecomiti Essex' maeremium in forinseco bosco extra parcum de Havering' ad domos regis apud Havering' que corruerunt vento et tempestate emendandas, si ibidem invenire poterit; et quod ibi inveniri non possit faciat ei habere infra parcum ubi melius capi poterit et ad minus detrimentum predicti parci. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii.

De fustis datis.—Mandatum est custodibus parci de Geudeford' quod in predicto parco faciant habere magistro Milicie Templi, ubi ad minus dampnum fieri possit, sex fusta de dono.

Pro priore de Sancta Barbara.—Rex episcopo Lincolniensi, salutem. Quia nobis significastis per litteras vestras patentes quod prior de Sancta Barbara est in possessione advocationis ecclesie de Coleby, sicut etiam nobis scire fecerunt justiciarii nostri de Banco, vobis mandamus quod, non obstante contentione a nobis mota versus predictum priorem super advocatione predicta, idoneam personam ad presentationem ipsius prioris ad dictam ecclesiam ad presens admittatis, salva nobis questione proprietatis quam erga predictum priorem habemus super ipsam advocationem, quam etiam nobis reservamus. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

Pro Michaele de Colemer'.—Rex concessit Michaeli de Colemere, servienti de dispensa regine [nostre *erased*], custodiam terre que fuit Hercberti de Chyteden' in manerio de Hameledon', qui fugit pro morte hominis unde rettatus est, simul cum custodia omnium catallorum que fuerunt predicti Hereberti quousque predictus Herebertus utlagatus fuerit vel ad pacem nostram redierit. Et mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod ei de terra illa saisinam habere faciant

1240.

cum omnibus catallis predictis, catallis illis tamen prius appreciatis, de quibus idem Michaelis ad summonitionem regis respondebit et inde dominum regem fecit securum per Bartholomeum Peche. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Marcii.

De dote assignanda.—Mandatum est Johanni Extraneo quod assignari faciat Hawisie que fuit uxor Johannis filii Alani rationabilem dotem suam alibi in terris que fuerunt ipsius Johannis, exceptis terris que fuerunt ipsius Johannis de Albo Monasterio, Clun' et Shrawurthin. Teste ut supra.

Pro Roberto de Muscegros.—Rex concessit Roberto de Muscegros quod parcum suum de Ferset possit ampliare quadam crofta quam emit de priore de Briweton' jacente ex parte boreali, eo quod crofta illa non est ad nocumentum foreste nostre de Selewud', sicut rex accepit per inquisitionem inde factam. Et mandatum est Johanni Byset quod permittat ipsum Robertum predictum parcum eadem crofta ampliare sicut predictum est. Teste ut supra.

De testamento Baldewini de la River'.—Rex Elye de Rames', salutem Quia didicimus per litteras venerabilis patris R. Lincolniensis episcopi, quod a sentencia excommunicationis qua te ligaverat quia inpedivisti executionem testamenti Baldewini de la Rivere te in forma ecclesie absolvit, tibi precipimus quod executoribus testamenti predicti Baldewini de omnibus catallis que fuerunt ipsius Baldewini liberam administrationem habere facias. Et siquid de ipsis catallis cepisti id eis sine dilatione reddas. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Betun'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Baldewinus de Betun' ostendere poterit per tallias coram vobis (*sic*) quod dilectus frater noster R. comes Pictavie, reddiderit regi quadragesimam suam de terra de Nettlested' antequam eam dederit predicto Baldewino, tunc predictum Baldewinum de predicta quadragesima quietum esse faciant, eo non obstante quod unus eorum qui quadragesimam illam receperunt mortuus est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Willelmo de Say duas quercus in baillia sua, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Aprilis.

De baconibus vendendis.—Mandatum est Warnero Engayne quod in propria persona accedat ad castrum de Noting' et vendi faciat per visum constabularii ejusdem castri bacones in eodem castro, ita quod denarios inde provenientes salvo reservari faciat ad larderium ibidem contra festum Sancti Martini restaurandum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirewud' faciat habere Magistro Petro de Burdeg', clerico domini legati, xx. quercus, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Aprilis.

De armis Henrici de Trublevill'.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod omnia arma que fuerunt Henrici de Trublevill' et que

1240.

Ricardus de Desert et Radulfus le Page ei liberabunt, ab eis recipiat per cyrographum inde inter eos confectum, et ea salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Aprilis.

De vinis capiendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis illis que nuper applicuerunt apud London' capiat ad opus regis quater xx. bona dolia vini, et ea poni faciat in celario apud Westmonasterium. Teste rege ut supra.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod totam pecuniam quam perquirere poterit de exitibus terre Hybernie ducat secum in adventu suo usque London'.

De vinis vendendis.—Mandatum est constabulario de Notingham' quod, retentis ad opus regis sex de melioribus et fortioribus doliis vini rubei, residua vina que sunt in castro de Noting' vendi per manus Henrici Kute et Hugonis le Bel et denarios inde provenientes salvo custodiri faciat ad alia vina inde emenda ad nundinas Sancti Botulfi. Teste rege apud Keniton', iiij. die Aprilis.

Et mandatum est predictis Henrico et Hugoni quod intendentes sint ad predicta vina vendenda. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Lacoc.—Mandatum est Johanni Biset, justiciario foreste, quod habere faciat abbatisse de Lacok' duas quercus in foresta de Chipenham, de dono regis. Teste rege apud Windeshour', iiij. die Aprilis.

De quercu data.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Roberto de Bercamested' unam quercum in foresta de Windl', de dono. Teste ut supra.

De cableicio colligendo.—Mandatum est custodibus domorum suarum de Wudestok' quod cableicium prostratum in parco de Wudestok' colligant et salvo reponi faciant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

[m. 13.] *De perdonatione.*—Rex perdonavit Gerardo Talebot l.s. quos exigit ab eo de relevio pro morte matris sue de feodo de Kynemereton' quod habet ex dono predicte matris sue. Et mandatum est Ricardo de la Lad' quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Windl', v. die Aprilis.

Pro abbate de Evesham.—Mandatum est Willelmo Pippard', baillivo de Fekeham, quod faciat habere abbati de Evesham vj. matrices bremias in vivario de Fekeham de dono, ad vivarium suum de Evesham instaurandum.

De cheveronibus.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere constabulario de Corf l. [copulas *erased*] cheverones ad magnam cameram ejusdem castri reedificandam. Teste rege apud Rading', viij. die Aprilis.

1240.

Pro Magistro Willelmo pictore.—Rex contulit Magistro Willelmo pictori officium pictarie prioratus Sancti Swithuni Winton' ratione episcopatus Wintoniensis vacantis et in manu regis existentis. Et mandatum est priori Sancti Swithuni Winton' quod de officio illo cum liberationibus ad idem officium pertinentibus saisinam ei habere faciat donec rex ad partes illas venerit. Teste ut supra.

De placito namii vetiti.—Rex concessit Engelardo de Cygoyun' quod in manerio de Bensynton' quod habet de concessione regis ad vitam suam teneat placitum de namio vetito contra vadium et plegium sicut consuevit unacum omnibus aliis placitis que consueverunt teneri in eodem manerio. Et mandatum est vicecomiti Oxon' quod ipsum super hoc non impediat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Grosmund' quod faciat habere abbati de Gratia Dei iiij. quercus, et parrochianis ecclesie de Grosmund' iiij. quercus ad reparandam ecclesiam de Grosmund', de dono. Teste ut supra.

De baconibus vendendis.—Rex constabulario castri Noting', salutem. Precipimus tibi quod per visum vj. legalium hominum de villa de Notingeham' vendi facias omnes bacones nostros in castro predicto, et denarios inde provenientes tradi facias Warnero Engaine reservandos ad lardarium nostrum in eodem castro contra festum Sancti Martini, anno xxv. restaurandum. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Aprilis.

Mandatum est constabulario castri de Noting' quod per visum vj. legalium hominum de villa de Noting' vendi faciat omnes bacones regis in castro predicto, et denarios inde provenientes tradi faciat Warnero Engaine reservandos etc. ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Cantebr'.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod si concederet quod vicus ille qui jacet ex australi parte proximus ecclesie Fratrum Predicatorum de Cantebr' includeretur in augmentationem cimiterii eorum, dum tamen predicti fratres de fundo suo proprio in longitudine et latitudine relinquerent in recompensationem vici predicti, non cederet in dampnum ville de Cantebr' set potius commodum ville predicte afferret, mandatum est vicecomiti Cantebr' quod de fundo proprio predictorum fratrum, tanto retento in recompensationem illius quantum ille vicus contingit in longitudine et latitudine qui debet includi, permittat fratres predictos vicum illum in augmentationem cimiterii sui claudere sicut voluerint. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Noting' quod in haya de Bescwud' faciat habere Alvredo de Sulyny, ad maeremium inde faciendum, sex quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Eustachio de Pyham.—Mandatum est R. de Lexinton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Linc', quod cum Eustachius de Pyham, captus pro malo retto, coram eis venerit, ipsum aliud judicium subire non permittant nisi quod, recepto ab eo sacramento

1240.

quod nullum malum vel dampnum per eum regno Anglie eveniet, faciant eum regnum Anglie secundum consuetudinem Anglie abjurare, quod quidem rex ei concessit ad instantiam regine et Thome, comitis Flandrie. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. de Aprilis.

Pro monachis Sancte Trinitatis Cantuarie.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia dilecti nobis in Christo monachi ecclesie Christi Cantuarie questi sunt nobis quod tu ingrederis feoda eorum aliter quam facere deberes secundum inquisitionem nuper a te factam per preceptum nostrum, tibi precipimus quod monachos ipsos teneas in eodem statu in quo teneri debentur per predictam inquisitionem donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

De terminis habendis.—Rex concessit Ade Vinetar' quod de duodecim marcis ad quas ammerciatus fuit coram justiciariis suis ultimo itinerantibus apud Norht' solvat inde sex marcas ad festum Sancte Trinitatis anno regni sui vicesimo quarto, et alias sex marcas ad festum Sancti Hilarii proximo sequens. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod terminos ipsos ipsum Adam habere permittat. Teste rege apud Kenynton', xxj. die Aprilis anno eodem.

De attornato recipiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Willelmum Hay loco Johannis de Pless' recipiant ad compotum reddendum pro ipso Johanne de tempore quo fuit vicecomes comitatus Oxonie. Teste ut supra.

Idem mandatum est de Petro, clerico Johannis filii Galfridi, pro eodem Johanne de comitatu Glouc'. Teste ut supra.

Wasconia.—Mandatum est Huberto, senescallo Wasconie, quod Rusteng' de Solariis plenam administrationem habere faciat de omnibus bonis et catallis que fuerunt Henrici de Trublevill' in Wasconia ad debita ipsius Henrici acquietanda. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Aprilis.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum apud Westmonasterium quod faciant habere fratri Galfrido j. bonum dolium vini de vinis suis. Teste rege apud Keninton', xxiiij. die Aprilis.

De maeremio.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Waltero de Burgo maeremium extra parcum de Geitinton' ad mutas de Geitinton' reparandas. Teste apud Windl', xxv. die Aprilis.

De manerio de Bensinton'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod permittat Engelardum de Cygoyny tenere manerium de Bensinton' cum hundredis ad idem manerium pertinentibus et omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quibus idem Engelardus usus est a tempore quo predictum manerium cum hundredis tenuit de balliio nostro. Teste ut supra.

De maeremio capiendo.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Blakedon' permittat Aviciam uxorem Nicholai de Bolevill' capere maeremium in bosco ipsorum Nicholai et Avicie

1240.

de Blakedon' per visum ipsius vel aliorum forestariorum ad reedificandum quandam domum que combusta est in manerio de Blakedon'. Teste apud Windl', xxv. die Aprilis. Per S. de Segrave.

De arreragiis xxx^e. inrotulandis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod id quod Ricardus de Clifford', Willelmus de Wig', clericus, et Thomas Longus testabuntur coram eis se recepisse de arreragiis tricesime regis per preceptum regis de comitatibus Dors', Sumers', Glouc', Wilt', Heref' et Devon', inrotulari faciant et secundum eorum testimonium, cum milites predictorum comitatuum et a quibus predicta arreragia receperint coram eisdem baronibus inde compotum reddiderint, receptam predictam eis allocari faciant predictis Ricardo, Willelmo et Thome ex quo eorum testimonium inrotulari fecerint. Teste ut supra.

Pro priore de Sanderford'.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere priori de Sanderford' xx. quarteria frumenti apud Cler' ad sustentationem ipsius prioris et canonicorum suorum, de dono nostro. Teste rege apud Rading', xxvij. die Aprilis.

De quodam rogo faciendo.—Mandatum est constabulario Windl' quod capi faciat in foresta de Windl', ubi capi poterit ad minus nocumentum ejusdem foreste, ad faciendum unum rogum ad operationes in castro de Windl'. Teste rege apud Walingef', xxviij. die Aprilis.

Pro Galfrido Dispensario.—Mandatum est vicecomiti Warewic' quod omnes terras et tenementa que Petronilla que fuit uxor Galfridi le Salvag' tenuit in dotem de hereditate Galfridi le Salvag' junioris, cujus custodia ad regem pertinet ratione terrarum quas idem Galfridus de rege tenere debet in capite, in manum regis capiat et liberari faciat Galfrido Dispensario, cui rex concessit custodiam ipsius Galfridi et terrarum predictarum usque ad legittimam etatem ipsius Galfridi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigorn'.

Pro priore Thefford.'—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suff' quod omnes loquelas motas coram eis versus priorem Thefford' postquam iter arripuit eundi in nuncium regis ad curiam Romanam, quod quidem iter arripuit ad festum Purificationis Sancte Marie anno xxiiij., ponant in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro abbate Abbendon'.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod permittat abbatem Abbendon' capere in bosco suo de Hurst', qui est in foresta de Windl', xx. quercus ad faciendum inde maeremium ad stalla sua in choro suo facienda. Teste rege apud Abbendon', xxix. die Aprilis.

Pro operationibus Turris London'.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario suo, quod de thesauro regis faciat habere custodibus operationis Turris nostre Lond' denarios ad predictas operationes sufficienter sustentandas usque ad proximum adventum nostrum

1240.

London', ita quod predicte operationes pro defectu denariorum non remaneant imperfecte, et cum sciverimus quantum eis liberaveritis, breve nostrum de Liberate vobis inde habere faciemus. Teste rege apud Abbendon', primo die Maii. [Teste, &c. *repeated*.]

De vinis arestandis.—Mandatum est baillivis suis Glouc' quod de melioribus vinis que inventa fuerint in predicta villa, x. dolia arestari faciant ad opus regis, et reponi in celario ibidem.

Pro Hugone Fitun.—Mandatum est Johanni de Lexinton', justiciario Cestrie, et Simoni, decano Cestrie, quod catalla Hugonis Fitun in terra de Ruston' inventa quando terram suam ceperunt in manum regis, ipsi Hugoni habere faciant. Teste rege apud Wud', ij. die Maii.

Pro operatione Turris Lond'.—Mandatum est Willelmo de Kasingham quod permittat custodes operationis Turris Lond' capere [l. *erased*] c. quercus in bosco de Byspech' ad eandem operationem. Teste ut supra.

De manerio de Thurnamby.—Mandatum est Roberto de Creppinges quod de manerio de Thurnamby, exceptis duabus [virgatis *erased*] bovatis terre quas habemus in manu nostra, quod Robertus de Mesnill' tenuit de dono Roberti de Vallibus, avo (*sic*) Matilde uxoris Thome de Muleton' cujus heres ipsa Matildis est, et quod manerium in manum regis cepit occasione mortis ipsius Roberti de Mesnill', predictis Thome et Matildi plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Willelmi de Cantilupo Baldewinum de Paunton recipiat (*sic*) ad reddendum compotum pro prefato Willelmo de comitatibus Noting' et Dereb' admittant (*sic*), et assignent ei diem compoti in crastinum Sancti Johannis Baptiste. Teste rege apud Wudestok', ij. die Maii.

Pro preposito abbatis Winchecumb'.—Mandatum est [vicecomiti *erased*] baillivis Hereford' quod Milonem, qui dicitur depredatus fuisse una cum aliis quendam prepositum abbatis Winchecumb' quem incarceratum detinent, salvo custodiri et coram rege venire apud Glouc' die Dominica proxima post festum Sancti Johannis ante Portam Latinam faciant. Teste rege apud Wudestok', iij. die Maii.

Pro monialibus de Bocland'.—Rex custodi manerii de Taunton', salutem. Precipimus tibi quod de exitibus predicti manerii facias habere monialibus de Bocland' xxx. quarteria frumenti, de dono nostro.

De quercu data.—Mandatum est Johanni de Venuyz quod faciat habere Magistro Johanni de Exonia in foresta de Axiholt' unam quercum, de dono regis. Teste ut supra.

1240.

De operatione camere Salop'.—Mandatum est Johanni Extraneo quod in camera Salopesb', in qua operari incepit, operari non desistat, et rex cum apud Glouc' venerit bene providebit ei de sumptibus operationum illarum. Teste ut supra.

Pro fratre Johanne elemosinario.—Mandatum est Thome de Langel' quod faciat habere fratri Johanni, elemosinario suo, duas arabiles in Acornebir' in foresta de Wichewud', ad ollas inde faciendas ad opus regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Pless' quod faciat habere Waltero de Godarvill' duo fusta, de dono, ad focum suum. Teste rege apud Wudestok', v. die Maii.

De Rogero de Grendon' custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Norhumb' quod Rogerum de Grendon', quem Nicholaus de Boteby cepit et captum tenet tanquam malefactorem contra pacem regis, ab eo recipiat et salvo custodiat usque ad adventum justiciariorum itinerantium in partes illas. Teste ut supra.

Pro Willelmo de la Lund'.—Mandatum est custodi manerii de Taunton' quod faciat habere Willelmi (*sic*) de la Lund' xx. quarteria, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', vij. die Maii.

De villa Oxonie liberanda Petro Thoroldi.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod villam Oxonie, quam in manum regis cepit, sine dilatione liberet Petro Thoroldi custodiendam quamdiu regi placuerit simul cum omnibus exitibus si quos ceperit inde quamdiu eam in manu regis tenuit. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro abbate Westmonasteriensi*.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod non faciatis distringi abbatem de Westmonasterio vel homines suos pro amerciamentis hominum suorum vel finibus pro licentia concordandi que idem abbas jam recepit de eisdem hominibus de itinere justiciariorum itinerantium ad omnia placita vel ad placita foreste.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc', Oxon', Buk', Essex' et Hertford', Surr', Wigorn', Norhamt', Mid', quod non distringant, etc.

De cindallis emendis.—Rex Willelmo de Haverhull', thesaurario suo, salutem. Quia audivimus quod in nundinis Sancti Ivonis non fuerunt cindalla ad robas nostras et nostrorum contra instans festum Pentecostes, vobis mandamus quod modis omnibus quibus poteritis provideatis quod habeamus ccl. cindalla contra predictum festum, et ea vobis allocari faciemus. Teste rege apud Oterinton', xj. die Maii.

Pro operatione castri Windl'.—Mandatum est Johanni de Venuiz quod faciat habere custodi operationum in castro Windl' l. quercus in baillia sua ad predictas operationes faciendas. Teste rege apud Glouc', xiij. die Maii.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in baillia sua capi faciant x. capreolos ad opus magistri Milicie Templi in Anglia,

1240.

et ipsos eidem magistro London' sine dilatione venire faciant, de dono regis. Teste. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum suorum apud Westmonasterium quod faciant habere magistro Milicie Templi in Anglia iij. dolia vini de vinis regis, de dono regis. Teste ut supra.

De baronia de Seint Cler.—Mandatum est G. Marescallo, comiti Penbr', quod sine dilatione reddi faciat heredibus Willelmi de Brause baroniam de Seint Cler cum pertinentiis, que est jus et hereditas ipsorum heredum et de qua predictus Willelmus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, ut dicitur, et quam in manum suam cepit, sicut regi est intimatum, occasione mortis Leulini, quondam principis Nortwall'. Teste etc.

De mille libris positis in deposito ad opus comitis Marchie.—Mandatum est W. de Haverull', thesaurario, quod modis omnibus provideat quod sine dilatione mille libre ponantur in deposito in Hospitali Sancti Johannis Jerusalem Lond' penes priorem, si presens fuerit, vel thesaurarium ejusdem Hospitalis, ita quod idem prior vel thesaurarius possit significare priori vel thesaurario Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Paris' quod habet penes se ad opus comitis Marchie pro prorogatione treugarum quinque annorum mille libras vel pro prorogatione treugarum trium annorum sexcentas libras, et quod idem prior vel thesaurarius Paris' pro depositione predicte pecunie penes predictum priorem vel thesaurarium Lond' satisfaciat pro [nobis *erased*] rege prefato comiti in solutione predicte pecunie pro prorogatione treugarum secundum prorogationem termini treugarum illarum, et de predicta pecunia satisfiet predicto priori vel thesauro (*sic*) Paris' secundum quod inter ipsos priorem vel thesaurarium et nuncios nostros sollempnes quos modo ad partes illas transmittit rex poterit convenire. Provideat etiam quod prefati nuncii regis deferant secum Paris' litteras predicti prioris vel thesaurarii Lond' continentes depositionem pecunie predicte et solutionem faciendam comiti predicto secundum quod predictum est. Teste etc.

Pro Beatricia de Fay.—Rex vicecomiti Sussex', salutem. Scias quod de consilio nostro providimus quod, durante causa divortii que est inter Beatriciam de Fay et Hugonem de Playz, virum suum, ne ipsam Beatriciam interim mendicare contingat, eadem Beatricia habeat singulis annis xx. libras de dote sua quam debet habere in comitatu tuo de dono Hugonis de Nevill', quondam viri sui. Et ideo tibi precipimus quod singulis annis, durante causa predicta, eidem Beatricie xx. libras de predicta dote sua habere facias. Teste rege apud Abbend', xviij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro eodem (*sic*) Beatricia de aliis xx. libris percipiendis de terris quas ipsa habuit in dotem de dono Radulfi de Fay. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Fratribus Predictatoribus Oxon' x. robora in foresta de Brehull' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1240.

Pro Simone de Monte Forti.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario suo, quod provideat duas cuppas argenteas, utramque ponderis v. marcarum, et j. justam argenteam ponderis v. marcarum, et eas liberetis (*sic*) nuncio regine nostre dandas Simoni de Monte Forti, comiti Leic', ex parte ejusdem regine, et cum summam precii earundem sciverimus, vobis breve nostrum de Liberate inde habere faciemus. Teste rege apud Abbendon', xx. die Maii. [*Cancelled*] *Quia inde fiebat breve de Liberate.*

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod assignari faciat Katerine que fuit uxor Johannis de Tormerton' rationabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis in Tormerton' et Litleton', que sunt in manu regis, nisi de predictis terris fuerit alibi dotata. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere canonicis de Sancto Oswaldo viij. quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Glouc', xviij. die Maii.

De perambulatione facienda.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod fieri faciat perambulationem inter terram Wigorniensis episcopi in Hambir' et terram abbatis de Bordesl' in Cnoterhull'. Teste ut supra.

De mille libris ad opus comitis de Marchia.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario suo, quod provideat quod mille libre ponantur in deposito in Hospitali Sancti Johannis Jerusalem Lond' penes priorem ejusdem Hospitalis, si presens fuerit, vel penes thesaurarium ejusdem loci, ita quod idem prior vel thesaurarius possit significare priori vel thesaurario Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Parisius (*sic*) quod habet in deposito penes se ad opus comitis Marchie pro prorogatione treugarum v. annorum mille libras, vel pro prorogatione treugarum trium annorum sexcentas libras, et de pecunia ipsa satisfiet predicto priori vel thesaurario Paris' secundum quod inter ipsum et sollempnes nuncios regis poterit convenire. Teste ut supra.

Pro operatione castri Salop'.—Mandatum est Johanni Extraneo quod c. marcas de cc. marcis quas W. de Cantilupo et A. de Sancto Amando ei liberabunt, ponat in operationibus castri Salop', et alias c. marcas custodiat donec rex aliud preceperit. Teste rege apud Cyrencestriam, xviij. die Maii.

De prorogatione consuetudinis Salop'.—Dominus rex prorogavit consuetudinem ville Salop' a die Sancti Michaelis anno xxiij. usque in duos annos.

Pro Luca de Drumar'.—Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Luce de Drumar' j. dolium vini de prisa, de dono regis. Teste rege apud Abbendon', xix. die Maii.

1240.

De terra que fuit Hugonis de Gothal'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod terra que fuit Hugonis de Gothal' in Gothal', qui abjuravit regnum Anglie pro morte hominis, extitit in manu regis per unum annum et j. diem, et quod terram illam tenuit de Waltero de Hopton', mandatum est vicecomiti Salop' quod de terra illa predicto Waltero saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Anketillo Malor'.—Rex concessit Anketillo Malor' manerium de Phalewel' cum pertinentiis quod est de terris Normannorum, et unde dominus rex eidem Anketillo antea concessit x. libras percipiendas singulis annis per manum vicecomitis, tenendum quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti Berk' quod ei de predicto manerio tenendo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Windl', xxj. die Maii.

Habet inde litteras patentes.

De palis habendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in bosco de Weregrave faciant habere fratri Henrico Corbin, hordario Wintonie, lx. palos de fago ad quendam gurgitem reparandum, de dono regis. Teste apud Windl', xx. die Maii.

De fagis habendis.—Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod faciat habere Roberto de Cantuaria iiij. fagos in foresta de Windl' ad focum suum, de dono regis. Teste apud Windl', xxiij. die Maii.

De vinis emendis.—Mandatum est [custodibus vinorum regis apud Westmonasterium *erased*] camerario suo London' quod emi sex dolia vini apud Lond' et liberari faciat [habere *erased*] vicecomitibus Lond' [vj. dolia vini de vinis que sunt in custodia sua *erased*] carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Maii.

Pro Magistro Elya, coco domine regine.—Rex concessit Magistro Elye, coco regine, illos duos denarios et obolum in die quos Johannes de Mez percipere consuevit ad Scaccarium nostrum de elemosina [nostra *erased*] regis constituta; et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Magistro Elye predictos duos denarios et obolum singulis diebus habere faciatis (*sic*). Teste ut supra.

Eodem modo concessit ei dominus rex tres obolos quos Godefridus Spigurnel percipere consuevit. Mandatum est baronibus de Scaccario etc.

De cuniculis datis.—Mandatum est justiciario Cestr' quod faciat habere W. de Ferrariis, comiti Dereb', xx. cuniculos vivos in Wyrhal', de dono regis. Teste ut supra.

De vinis cariandis.—Mandatum est camerario Lond' quod arestari faciat apud Lond' c. et xj. dolia vini, et ex hiis poni faciat in celario apud Westmonasterium c. dolia vini, et xj. dolia liberari vicecomitibus Lond' carianda quo rex eis precepit. Teste rege ut supra.

[m. 11.] *De vinis mutuo datis.*—Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto

1240.

Mynnot duo dolia vini Wasconie pro duobus doliis vini Gallici que rex ab eo cepit anno preterito, et pro cariagio eorundem doliorum usque Oxoniam. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Noting', salutem. Precipimus tibi quod motam turris castri nostri Noting', ubi nuper corruit, et puteum nostrum ibidem reparari facias, et similiter bovam que cecidit reparari facias cum arcubus et columpnis, et murum similiter ejusdem castri qui nuper corruit facias reparari, et custum etc. computetur etc. Teste apud Westmonasterium, xxvj. die Maii. [*Note*] *Hoc deberet esse in rotulo de Liberate.*

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Fratribus Minoribus Oxonie j. dolium vini ad missas celebrandas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod si Willelmus Rinsfet, captus et detentus in prisona apud Norhamt' pro appello Ricardi probatoris, qui suspensus fuit, invenerit ei salvos plegios standi recto si quis versus eum loqui voluerit, tunc ipsum faciat a prisona deliberari, nisi captus sit pro aliquo alio retto quare secundum consuetudinem non sit replegiabilis. Teste ut supra.

De bremiis matricibus datis.—Mandatum est custodi manerii de Taunton' quod in vivario de Taunton' faciat habere Philippo de Columbariis iiij. bremias matrices, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

Pro Albredo de Marines.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Albreo de Marines liberationem suam, qui percipit singulis diebus xij.*d.* ad Scaccarium, de dono regis. Teste ut supra. [*Note*] [*Hoc deberet esse in rotulo de Liberate* erased.]

De placeo mercati providendo.—Quia W. Norwicensis episcopus, non permittit mercatum quoddam commune teneri in cimiterio de Refham sicut antea fieri consuevit, mandatum est vicecomiti Norf' quod placiam aliquam in eodem manerio communem provideri faciat ubi competentius provideri possit et ibidem teneri faciat mercatum illud, sicut prius per diem Sabbati in cimiterio predicto teneri consuevit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat [habere] venerabili patri W. Norwicensi episcopo, x. quercus in parco de Clive ad claudendum parcum suum de Geiwud', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gilberto Basset.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Quia constat nobis per inspectionem carte quam fieri fecimus Thome Basset de manerio de Kertlinton', quod nobis inde non debetur nisi servicium quarte partis feodi unius militis, vobis mandamus quod Gilebertum

1240.

Basset, fratrem et heredem predicti Thome, per predictum servicium de manerio predicto quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

De cervis et damis et damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere abbati Sancte Marie Eboracensis duos cervos et vj. damos in foresta de Galtriz, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Dunelmensis quod in haya Dunelmi faciant habere priori de Finchal' x. quercus ad faciendum inde maeremium ad operationem ecclesie Sancti Godrici, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Junii.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod libertates quas abbas de Bello Loco Regis habet per cartam J. regis, et cartam domini regis, ei teneri faciant sicut hucusque coram eis teneri consueverunt, et ei que hactenus eidem abbati per libertates ipsas allocata consueverunt faciant decetero ei allocari. Primo die Junii.

De vinis datis.—Mandatum est camerario suo Lond' quod sine dilatione faciat habere fratri Willelmo, sacriste de Westmonasterio, de vinis que sunt in custodia sua j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Junii.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, de omnibus terris et tenementis que fuerunt Thome Tyrel in Centing' et que idem Thomas tenuit de rege in capite, rationabilem dotem assignari faciat Alicie que fuit uxor ejusdem Thome; ita quod de terris illis et tenementis habeat in dotem id quod secundum consuetudinem terre eam de jure contingit. Teste rege ut supra. Per Johannem de Pless'.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod si Rogerus filius Roberti Peytevyn, Rogerus et Paganus fratres ejus, capti et detenti in prisona apud Bedeford' pro morte Agnetis que fuit uxor Semani de Keyneston', de qua non sunt culpabiles, [invenerint *erased*] videlicet quilibet eorum [invenerint *erased*] invenerit xij. probos et legales homines qui manucapiant etc. Teste rege ut supra.

De frumento dato.—Mandatum est baillivis de Berton' quod faciant habere Guiberto de Rue viij. quarteria frumenti, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat [habere] M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, iij. damos in foresta de Havering'. Teste ut supra.

Pro hominibus de Navenesby.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod occasione juris quod nos habere dicimur in manerio de

1240.

Navenesby quod est in manu W. de Ferrariis, comitis Dereb', non distringat homines predicti manerii ad redditum suum ei solvendum, nec aliquid inde capiat preter servicium debitum et consuetum, si quid inde capere consuevit, et pacem inde habeat [usque ad *erased*].

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod si Willelmus Levenoch, Ricardus Richardi, et Ricardus Hyppe, capti et detenti pro morte Stephani Cobbe, invenerint etc. Teste rege ut supra.

De denariis in garderoba liberandis.—Mandatum est constabulario suo Wintonie quod Thome de Newerc et Willelmo de Burgo, clericis de warderoba regis, liberet septingentas marcas ad expensas regis, quas ei liberaverunt custodiendas predictus Thomas et Johannes de Gatesden. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Junii.

De damis capiendis.—Mandatum est constabulario de Reigat' quod permittat Robertum des Mares capere iij. damos ad opus regis in parco de Reigat'. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Junii.

Pro Rogero de Acouer'.—Quia Robertus de Lexinton' et socii sui, justiciarii regis, significaverunt quod Rogerus de Acour', quem vicecomes Buk' et Bedef' cepit, finem fecit per quater xx. marcas ut stare possit recto si quis versus eum loqui voluerit de morte cujusdam hominus unde rettatus fuit in itinere prefatorum justiciariorum in comitatu Noting', pro quo îpsum capi rex precepit, mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod ipsum a prisona liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Matheo de Fiham (sic).—Rex dedit Matheo de Pyham (*sic*) xiiij. marcas in quibus Willelmus de Sancto Albano tenebatur Eustachio de Fyham filio ipsius Mathei et quas ipsi Eustachio reddere distulit propter rettum quod ei imponebatur contra pacem regis, propter quod regi incurrebantur; et mandatum est eidem Willelmo quod non obstante retto illo predictas xiiij. marcas ei reddat. Teste ut supra.

De damis ad opus regis capiendis.—Rex Ricardo de Muntfichet, salutem. Mittimus ad vos dilectum et fidelem nostrum Hamonem filium Philippi ad capiendum in parco de Havering' xij. damos ad opus regis. Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod ipsum eos capere permittat. Teste rege ut supra.

Pro priore de Lenton'.—Rex Johanni Byset, justiciario foreste, salutem. Quia per inquisitionem quam dilectus et fidelis noster Johannes de Nevill', tempore quo fuit justiciarius foreste, fecit per preceptum nostrum, didicimus quod prior de Lenton' et predecessores sui habere consueverunt in foresta nostra de Salceto liberum ingressum et egressum cum averiis suis ad herbagium et cum porcis suis ad pannagium occasione manerii sui de Cortenhal', et quod nichil dare consueverunt pro herbagio vel pannagio, vobis mandamus quod de pannagio quod ab eo exigitis occasione illa ipsum quietum esse

1240.

faciatis et decetero cum averiis suis ad herbagium et porcis suis ad pannagium in predicta foresta liberum ingressum et egressum ipsum habere permittatis sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Ivoni de Kandal' iiij. bonas quercus una cum eschaetis inde provenientibus, de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Junii.

Wasconia.—Rex Huberto Hus', senescallo Wasconie, salutem. Intimatum est nobis per Bertramum de la Dywes quod Ernaldus Bernard' de la Dos xxx. villanos et terras eorum nobis injuste deforciat in Basadeys ita quod manifesta, sicut asserit, exheredatio nostra nobis iminebit si prefati villani et terre predicte in manu ipsius Ernaldi remaneant. Et ideo vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum de partibus illis, per quos rei veritas melius sciri poterit, et secundum consuetudinem partium illarum diligenter inquiratis utrum predicti villani et terre predicte ad nos pertineant vel ad ipsum Ernaldum, et, si inveneritis per dictam inquisitionem quod ad nos pertineant, sine dilatione ipsos villanos cum terris predictis in manum nostram capiatis et teneatis donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Linc' et H. de Neketon', escaetori suo in provincia Eboraci, quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt W. quondam comitis Warenn' assignari faciant rationabilem dotem Matildi que fuit uxor predicti comitis, et cum assignatio illa facta fuerit particulas et loca inde regi scire faciatis. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Muntchanesy quod de terris ipsius comitis una cum vicecomite Sussex' et Surr' rationabilem dotem ei assignari faciat et particulas regi scire faciat.

De perambulatione facienda.—Rex vicecomiti Devon', salutem. Scias quod dilectus frater noster R. comes Pictavie et Cornubie, pro parte sua, et Henricus de Mereton', Hamelinus de Eudon', Robertus de Helyun, et Willelmus le Pruz pro parte militum et libere tenentium habentium terras et feoda juxta forestam ejusdem comitis de Dertemor', posuerunt se coram nobis in perambulationem inter terras eorum et predictam forestam ejusdem comitis faciendam. Et ideo tibi precipimus quod si alii de comitatu tuo habentes terras juxta forestam predictam cognoverint coram te et coram custodibus placitorum corone nostre quod predicti iiij. milites de consensu aliorum omnium posuerint se in perambulationem illam pro omnibus aliis, tunc assumptis tecum xij. legalibus militibus de comitatu tuo in propria persona tua accedas ad forestam et terras predictas, et per eorum sacramentum fieri faciatis (*sic*) perambulationem inter predictam forestam et terras predictas, ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas, et scire nobis facias, ubicunque fuerimus, distincte et aperte sub sigillo tuo et per quatuor milites ex illis qui

1240.

perambulationi illi interfuerint, per quas metas et divisas perambulatio facta fuerit, et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro R. comite Pictavie et Cornubie.—Mandatum est Aaron de Eboraco et Leoni, Judeis Eboraci, Aaron Blundus (*sic*) et Aaron filio Abrahe, quod mille marcas, quas abbas Westmonasteriensis eis liberabit, liberet (*sic*) R. comiti Pictavie et Cornubie, et rex faciet eis allocari in fine quem cum rege fecit (*sic*) pro tercia parte catallorum suorum. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti W. comitis Warenn'.—Mandatum est vicecomitibus Essex', Norf' et Suff', Linc', Henrico de Neketon, quod executoribus testamenti Willelmi, quondam comitis Warenn', liberam amministrationem habere faciant de omnibus rebus et catallis et wardis in bailliis suis ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Junii.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat Willelmum de la Lund' habere ingressum, utrum maluerit in parcum de Havering vel in forestam, ad capiendum ibidem de venatione ad opus M. filii Geroldi, justiciarii Hybernie, quantum idem justiciarius voluerit, ita quod inter predictum Willelmum et baillivos suos fiat tallia de numero bestiarum quas ibi ceperit. Teste [*Cancelled*].

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, xij. damos et duos cervos, si voluerit, utrum idem justiciarius maluerit in parco de Havering' vel in foresta ibidem, de dono. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere priori de Shelford' x. bonas quercus in Shirewud', de dono. Teste rege apud Sutton', xvj. die Junii.

Pro Roberto Dent de Fer.—Mandatum est Henrico de Neketon', custodi episcopatus Dunelmensis, quod Roberto Dent de Fer faciat dabere exhibitionem suam in domo de Shireburn' sicut eam habere debet et solet secundum tenorem carte R. quondam Dunelmensis episcopi. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de Nerechich' faciat habere Johanne matri Hereberti filii Mathei iij. damos, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Pro Hawisa de Albo Monasterio.—Rex justiciario suo Cestrie, salutem. Scias quod per extentam factam de terris que fuerunt Johannis filii Alani in comitatibus diversis assignavimus Hawisie de Albo Monasterio, quondam uxori ejusdem Johannis, manerium de Trogford', in comitatu Cestrie, et manerium de Kyvelegh' cum pertinentiis, in comitatu Wilt', et maneria de Cunette, Acton', Wroccestr', Upton', manerium de Nesse cum Muleford', Edenesdon', Forton', Wallegh' cum pertinentiis, in comitatu Salopie, habenda et tenenda eidem Hawisie

1240.

nomine dotis sue que eam contingit de terris que fuerunt Johannis quondam viri sui. Et ideo tibi precipimus quod eidem Hawisie de predicto manerio de Trogford' cum pertinentiis tenendo sicut predictum est sine dilatione plenam saisinam habere facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salopie de maneriis de Cunette, Acton', Wrocestr', Upton', Nesse cum Muleford', Edenesdon', Forton', et Wallegh'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de manerio de Kyvelegh'.

[m. 10.] *De coronatore eligendo.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod loco Simonis de Heddon', coronatoris, eligi faciat alium coronatorem qui prestito sacramento etc. Teste ut supra. Pro domino Eboracensi archiepiscopo.

Pro Willelmo de Warenn'.—Mandatum est Warnero Engaine quod permittat Willelmum de Warenn', conversum Stanford', habere talem saisinam de quadam domo in parochia Sancti Michaelis de Stanford' qualem W. quondam comes Warenn', ei inde habere fecit postquam idem Willelmus conversus est, et in tali saisina ipsum manuteneat.

Pro Judeis Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod Judeis Glovern' liberam amministrationem de catallis suis mobilibus et immobilibus que arestata fuerunt habere faciat sicut habere debent secundum assisam regni [nostri *erased*] regis et solent, ita quod occasione nullius mandati prius habiti non impediantur. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a vobis fieri fecimus quod Galfridus de Appelby fuit in seisina quaterviginti et decem acrarum terre cum pertinentiis in Balibren in vita Kenewrec Walensis qui terram illam ei dedit per cartam suam, et quod idem Galfridus de terra illa disseisitus fuit per Johannem Marescallum, Ricardum Duket et Symonem de Hales quando fuerunt justiciarii itinerantes in Hybernia et inquisitiones fecerunt de purpresturis factis in dominicis nostris, eo quod recognitum fuit quod terra predicta fuit de dominico nostro de Baliskadon et non de Balibren, vobis mandamus quod eidem predicto Galfrido talem seisinam habere faciatis de predictis quaterviginti et decem acris terre cum pertinentiis qualem inde habuit antequam inde disseisitus fuisset per predictos justiciarios nostros. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Junii. Per S. de Segrave.

De homagio capto.—Rex cepit homagium Mereduc filii Resi de terris et tenementis que predictus Resus tenuit de rege in capite. Et mandatum est G. Marescallo quod faciat habere rationabilem partem suam de terris et tenementis que ipsum contingunt de honore de Calverdin. Teste ut supra.

Pro Hawisia que fuit uxor Johannis filii Alani.—Rex vicecomiti Warewyk', salutem. Precipimus tibi quod de serviciis feodorum

1240.

duorum militum et dimidii cum pertinentiis que tenebantur de Johanne filio Alani, quondam barone nostro in comitatu tuo, plenam seisinam habere facias Hawysie que fuit uxor ipsius Johannis, que ei assignavimus in dotem de feodis militum que ab eodem Johanne tenebantur in diversis comitatibus, videlicet de servicio Rogeri de Lulleford' qui tenet feodum unius militis, et de servicio Hamonis de Turvill' qui tenet feodum unius militis, et de servicio heredum Radulfi Extranei qui tenent feodum dimidii militis. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxon' de feodo dimidii militis quod Robertus de Bereford' tenet; et vicecomiti Salop' de feodo unius militis et dimidii cum pertinentiis quod Thomas de Roshal' tenet; et vicecomiti Glouc' de feodo unius militis quod Robertus de Turvill' tenuit; et vicecomiti Stafford' de feodis quatuor militum et sexte partis feodi unius militis que Alanus Malveisin, Hugo de Westun', Willelmus Panton, Henricus Malveisin, Galfridus de Grateleg', Robertus de Hageleton', Jacobus et Michael de Morton' et Johannes Comee tenent; et vicecomiti Wyltes' de duobus feodis et dimidio et quatuor partibus dimidii feodi et quarta parte feodi unius militis que Henricus Kaynel, Ricardus Burdun, Willelmus Musard, Petrus de Lilleshull' et Johannes Wyger, cum suis participibus, tenent; et justiciario Cestrie de feodis duorum militum que ab eodem tenebantur in comitatu Cestr' et spectant ad manerium de Trogford'.

Pro Mauricio de Byrmingham.—Rex concessit [M. filio Geroldi, justiciario *erased*] Mauricio de Byrmingeham quod de xx. marcis quas de prestito recepit ad Scaccarium Dublin' reddat duas marcas et dimidiam ad festum Sancti Michaelis ad Scaccarium Dublin' anno xxiiij., et duas marcas et dimidiam ad Scaccarium Pasche anno xxv., et sic de anno in annum v. marcas ad eosdem terminos donec predicte xx. marce regi persolvantur. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, et G. de Turevill', archidiacono Dublinensi et thesaurario Hybernie, quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Junii.

De tradendo in ballio.—Rex Johanni Biset, justiciario foreste, salutem. Si Henricus filius Savarici qui se subtraxit pro transgressione foreste et aliis rettis que ei imponuntur invenerit tibi xij. probos et legales homines de comitatu Middelsex' qui eum manucapiant habere coram vobis cum videritis expedire vel ubi preceperimus ad standum inde recto si quis versus eum loqui voluerit, bene volumus quod ipsum Henricum illis duodecim tradatis in baillium sicut predictum est; et nomina illorum duodecim nobis scire facias. Teste rege apud Mortel', xx. die Junii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Windl' quod faciant habere Willelmo de Huntercumb' unum dolium vini, de dono, de vinis que venient Lond' et sunt in custodia sua. Teste.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Patricio de Chaurc' duos damos in foresta de Braden', de dono. Teste ut supra.

1240.

De compoto reddendo.—Mandatum est Johanni Gilet, clerico, quondam baillivo Johannis filii Philippi in episcopatu Dunelmensi, quod provideat sibi de compoto suo reddendo una cum Willelmo de London' de tempore quo ipse et idem Willelmus habuerunt custodiam predicti episcopatus sub Johanne filio Philippi, quondam custode ejusdem episcopatus, ita quod in crastino Sancti Petri ad Vincula inde possint sufficienter respondere. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Nicholas de Molis de tempore suo.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Lexint', justiciario Cestrie, quod permittat justiciarium Hybernie capere [x. *erased*] v. damos et [xl. *erased*] xx. damas vivos in partibus de Dernhal' et Maclesfeld', et v. damos et xx. damas in foresta de Wyrhal' extra parcos predictos. Teste rege apud Windl', xxiij. die Junii.

De arreragiis in garderoba reddendis.—Mandatum est Willelmo de Lond' quod arreragia de tempore J. filii Philippi de episcopatu Dunelmensi et Nicholao de Molis, quod similiter arreragia sua de eodem episcopatu reddant in garderoba regis in crastino Beati Petri ad Vincula. Teste ut supra.

Predicto Nicholao mandatum est quod compotum suum reddat in octabis Sancti Michaelis.

De denariis episcopatus Herefordensis cariandis.—Mandatum est custodi Herefordensis episcopatus quod omnes denarios de termino Pasche, et de termino Sancti Johannis Baptiste, et omnes alios denarios quos habere poterit de eodem episcopatu, venire faciat ad regem a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies.

De denariis habendis in garderoba.—Et similiter Henrico de Neketon' quod omnes denarios de termino Sancti Johannis Baptiste et alios denarios quos perquirere poterit habeat in garderoba a die Sancti Johannis Baptiste in tres septimanas.

De damis datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere H. Coventrensi et Lichefeldensi electo, vj. damos in parco de Farnham. Teste rege apud Windl', xxv. die Junii.

De cervis capiendis.—Mandatum est Alicie (*sic*) de Columbariis quod permittat Johannem Stultum et Philippum, venatores nostros, capere sex cervos in baillia sua preter eos quos ceperunt. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in baillia sua faciat habere Johanni Extraneo tres cervos, de dono regis. Teste rege apud Windl', xxvij. die Junii.

De cindulis ex quercubus faciendis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Magistro Simoni carpentario xx. quercus in Pillinber' et xx. quercus in Stanrugg' ad cindulas inde faciendas. Teste ut supra.

1240.

Pro abbatissa de Sancto Edwardo.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod demandam quam facit abbatisse de Sancto Edwardo de reparatione cujusdam pontis in castro Sarrisburie ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno xxiiij. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Junii. Per magistrum Petrum de Aqua Blanca.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Gatesden' et Paulino Peyvr', custodibus episcopatus Wintoniensis, quod in brulliis predicti episcopatus faciant habere Imberto Pugeys xx. quercus, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Junii.

De furcis et cheveronibus datis.—Mandatum est Roberto de Aundely, baillivo de Gillingeham, quod faciat habere in bosco de Gillingeham Artaldo de Seinte Romayne xvj. furcas et lx. cheverones ad quandam grangiam inde faciendam, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shyrewud' faciat habere priori de Lenton' xv. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Waltero de Lascy ccc. marcas de debito quod nobis debet. Et ideo vobis mandamus quod [sic fieri et irrotulari faciatis *erased*] ipsum inde quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Junii.

Pro Waltero de Lacy.—Rex eisdem, salutem. Sciatis quod concessimus Waltero de Lascy singulis annis pro custodia castri de Drogheda xxx. marcas, et pro custodia castri de Athlon xx. marcas. Et ideo vobis mandamus quod predicas l. marcas quas predicto W. concessimus singulis annis pro custodiis predictorum castrorum allocetis ei in debito quod nobis debet. Teste rege ut supra.

De extractis rotulorum de amerciamentis mittendis ad Scaccarium.—Mandatum est Willelmo de Eboraco quod omnia extracta rotulorum de amerciamentis factis postquam itinerare cepit, que nondum ad Scaccarium missa sunt, sine dilatione mittat ad Scaccarium. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Julii.

Eodem modo scribitur Roberto de Lexinton' de itinere suo.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Evering' quod permittat comitem Lincolnie capere v. damos, de dono, in foresta de Shirewud'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Wauberge extra hayam faciatis (*sic*) habere abbati Rames' duos damos ad festum suum de Sancto Benedicto, de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Junii (*sic*).

1240.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere W. Eboracensi archiepiscopo xiij. quercus in bosco ejusdem episcopatus de [Weregrave *erased*] Pillingber', de dono. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Johanni de Pless' xxx. fusta in foresta de Bernewud' in locis propinquioribus terre sue quam habet in Chalfgrave, ubi commodius capi poterunt ad minus nocumentum foreste, de dono. Teste rege ut supra.

De quercubus ad opus de Werregrave.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod Magistro Simoni, carpentario regis, faciant liberari quadraginta quercus in bosco ejusdem episcopatus qui vocatur Starrug' et qui pertinet ad manerium de Weregrave. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Julii.

Mandatum est [Willelmo de Haverhull *erased*] Michaeli May, emptori vinorum suorum, quod capiat apud London' de melioribus vinis c. dolia et ea cariari faciat usque Westmonasterium ponenda in celario regis ibidem. Teste ut supra.

Pro Matillide, comitissa Warenn'.—Rex Henrico de Neketon', salutem. Mandamus vobis quod de manerio de Hathfeld' plenam saisinam habere faciatis Matildi, comitisse Warenn', nomine dotis in comitatu Eboraci cum pertinentiis illis que primo voluistis ei assignare, et preterea cum duobus parcis et advocatione ecclesie ad predictum manerium pertinentibus, retentis in manu nostra mesagio et camera de Torne et aqua de Brademar' et chaciis, ita quidem quod quociens predicta comitissa ad predictum manerium venerit licite ad opus suum in aqua predicta piscari possit sine occasione. Scire autem nobis faciatis si dampnosum esset nobis vel in aliquo essemus perdentes si predictum mesagium et predictam cameram concederemus eidem comitisse de prestito ad voluntatem nostram. Teste ut supra.

[m. 9.] *De damis datis.*—Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Ernaldo de Bosco duos damos, de dono, in foresta de Selveston'. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Mortuo Mari.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione plenam saisinam habere facias Radulfo de Mortuo Mari de terra sua de Melenich' cum̄ pertinentiis quam recuperavit per arbitrium nuper provisum coram domino legato, episcopo Norwicensi, et sociis suis, apud Glouc', inter nos et David filium Leulini, quondam principis Norwall'. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Julii.

[*Schedule.*] Mandatum est vicecomiti Glouc' quod xx. solidos quos Ricardus Burgeis habet de bonis que fuerunt Bonefac', Judei Glouc', et x. libras quas abbas Sancti Petri Glouc' habet de bonis ejusdem Judei, et x. libras quas Willelmus de Samford' habet de bonis ejusdem Judei et iiij. libras quas abbas Winchecumb' habet de bonis ejusdem

1240.

Judei, et xl. solidos quos Walterus Paganus habet de bonis ejusdem Judei, et xxj.*s*. et x.*d*. quos Floria que fuit uxor Vivonis, Judei Glouc', habet de bonis ejusdem Vivonis, ab eis ad opus [nostrum *erased*] regis recipiat et omnes denarios predictos regi mittat liberandos clericis de garderoba regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Julii.

De pannis liberandis Ricardo Feirfax—Mandatum est Rogero scissori quod omnes [prisones *erased*] pannos quos Ricardus Feirfax retinuit in nundinis Sancti Botulfi ad opus venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi, et quos ipse arestavit, sine dilatione ipsi Ricardo deliberet. Teste ut supra.

Pro comitissa Warenn'.—Rex Henrico de Nectun', salutem. Mandamus vobis quod de manerio de Haufeld, quod assignare voluistis Matillidi, comitisse Norf' et Warenn', nomine dotis sue que eam contingit de terris que fuerunt W. comitis Warenn', quondam viri sui, in comitatu Eboraci, plenam seisinam sine dilatione habere faciatis cum eisdem pertinentiis et eodem modo quo illud prefate comitisse assignare voluistis, una etiam cum duobus parcis ad prefatum manerium spectantibus et cum advocatione ecclesie ejusdem manerii, retentis in manu nostra domibus de Torn' et aqua de Brademar', ita tamen quod prefata comitissa in adventibus suis libere et sine impedimento in prefata aqua, si voluerit, faciat piscari. Scire eciam nobis faciatis si dampnosum esset nobis, aut si essemus in aliquo perdentes, si prefatas domos eidem comitisse concederemus de prestito ad voluntatem nostram. Teste ut supra.

Pro hominibus, tenentibus de fratribus Milicie Templi.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod distringat homines de Radeclive quod consimile auxilium faciant hominibus, tenentibus de fratribus Milicie Templi, ad murum quem communiter fieri faciunt in Radeclive faciendum penes ipsos homines de Templo quale ipsi fecerunt predictis hominibus de Redeclive ad partem ipsius muri penes ipsos claudendam.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Gilberto Basset in foresta de Braden' tres damos.

De denariis liberandis custodibus operationis castri Salop'.—Mandatum est Johanni Extraneo quod c. marcas, quas A. de Sancto Amando et Willelmus de Cantilupo ei liberaverunt custodiendas, liberari faciat custodibus operationis castri Salop' ad eandem operationem. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Julii.

De loquela in respectu ponenda.—Mandatum est custodi episcopatus Dunelmensis quod loquele que est coram eo in curia predicti episcopatus inter Jordanum Heyrun et priorem de Gyseburn', in qua loquela predictus prior vocat ipsum Dunolmensem ad warantum et unde habet cartam episcopi per quam ipsum priorem warantizare debet, ut dicit, supersedeat donec ecclesie predicte de episcopo fuerit provisum. Teste ut supra.

1240.

Pro H. de Burgo, comite Kancie.—H. Dei gratia rex Anglie, etc., vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod si assignatio viginti et quinque libratarum terre quam fieri precepimus Philippo Basset de terris dilecti et fidelis nostri H. de Burgo, comitis Kancie, pro manerio de Croxton' de quo idem Philippus in curia nostra coram nobis vocavit prefatum comitem versus nos ad warantum et quod nos postea in eadem curia versus eundem comitem recuperavimus, fieri possit in baillia tua in loco securo extra maneria de Burgo et de Suthton', tunc eam in aliquo alio loco fieri faciatis, ita quod predicta maneria eidem comiti integre remaneant. Teste apud Westmonasterium, v. die Julii.

Pro Ricardo de Burgo et aliis.—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus Ricardo de Burgo quod de quingentis marcis quas nobis debet per annum pro terra sua Connacie et quas nobis debuit solvisse ad duos terminos, videlicet, unam medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascha, solvat nobis easdem quingentas marcas ad alios duos terminos per annum, videlicet, j. medietatem ad festum Omnium Sanctorum et aliam medietatem ad festum Sancti Johannis Baptiste, et sic singulis annis ad eosdem terminos. Concessimus eciam eidem Ricardo quod de quingentis marcis que ab eo exiguntur ad Scaccarium nostrum pro expensis factis in equitatu versus Connaciam pro saisina ei inde facienda, habeat respectum usque ad adventum nostrum in Hyberniam, videlicet ad Pascha proximo futurum anno regni nostri xxv.; et de quingentis marcis que exiguntur ab eodem R. ad idem Scaccarium de pluribus debitis de tempore quo fuit justiciarius noster, concessimus eidem R. respectum usque ad eundem terminum, nisi quietus inde esse debeat per litteras nostras patentes quas inde habet, ut dicit. Concessimus eciam heredibus Thome filii Antonii quod de debito quod ab eis exigitur ad predictum Scaccarium habeant respectum usque ad eundem terminum; et de debito quod exigitur ad idem Scaccarium a Philippo de Barry pro debito Thome Bloet, concessimus ei respectum usque ad eundem terminum. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Julii.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Ricardus Fistel, Robertus filius Simonis, Martinus Attewud', capti et detenti in prisona Roberti de Quency apud Kemston' pro morte Agnetis que fuit uxor Semani prepositi, rettati sunt de morte illa odio et atia et non eo quod inde culpabiles sunt, mandatum est vicecomiti Bedef' quod si singuli eorum invenerint xij. liberos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant etc. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Julii.

Pro Ranulfo filio Petri.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Essex', salutem. Sciatis quod ad instantiam dilecti clerici nostri Magistri Thome de Essex', phisici nostri, perdonavimus Ranulfo filio Petri, nepoti predicti Magistri, qui inprisonatus est, ut dicitur, pro eo quod convictus fuit de falso juramento una cum aliis in assisa nove dissaisine quam Willelmus filius Petri aramiavit versus Thomam

1240.

de Rammesden', inprisonamentum, redemptionem et quicquid ad nos inde pertinet. Et ideo vobis mandamus quod predictum Ranulfum a prisona liberari et de predicta forisfactura quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Magistro Nicholao de Farnham unum bonum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in bosco de Ashwod', qui est in foresta de Kenefar', faciat habere eidem Magistro decem quercus, de dono regis.

Mandatum est Waltero de Aneford' quod in bosco de Pancehal', qui est in foresta de Bernewod', faciat habere eidem Magistro decem quercus, [de] dono regis.

De cheveronibus prosternendis.—Mandatum est baillivis de la Panbere quod permittant Magistrum Simonem carpentarium prosternere vj$^{xx.}$ cheverones in baillia sua ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Rex concessit Willelmo filio et heredi Willelmi de Huntercumb' [*entry unfinished and erased*].

De homagio capto.—Rex cepit homagium Willelmi filii et heredis Willelmi de Huntercumb' de c. et xiiij. acris bosci cum pertinentiis quas tenuit de eodem rege in capite in Huntercumb', et mandatum [est] vicecomiti Oxon' quod de predicto bosco cum pertinentiis eidem Willelmo talem seisinam habere faciant (*sic*) qualem predictus Willelmus, pater suus, inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bedeford' pro eodem Willelmo de manerio de Brasilingewurth, et mandatum est eidem vicecomiti quod capiat securitatem de xl.*s.* ad opus regis pro relevio ipsius Willelmi de predicto manerio. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Stephano de Segrave c. marcas quas ei liberari fecimus per manus fratris Galfridi, tunc custodis garderobe nostre, de prestito ei facto. Et ideo vobis mandamus quod eundem Stephanum inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex Ricardo de Muntfichet, salutem. Mandamus vobis quod permittatis homines domini legati capere decem damos in foresta de Havering' ad opus ipsius domini legati. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

Pro abbate de Stratford'.—Rex cepit homagium Willelmi filii Willelmi de Huntercumb' et concessit quod xx. libras quas abbas Strafford' consuevit reddere annuatim prefato Willelmo reddat decetero prefato filio suo sicut eas prefato patri suo reddere consuevit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictas xx. libras

1240.

allocent predicto abbati ad Scaccarium nostrum solvendas singulis annis predicto Willelmo sicut patri suo solvi consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

Pro Petronilla uxore Radulfi de Touny.—Rex vicecomiti Norfolk', salutem. Precipimus tibi quod [per] probos et legales homines extendi facias maneria de Saham' et Neketon' cum pertinentiis quantum valeant in dominicis, redditibus, villenagiis et omnibus aliis proficuis et, facta illa extensione, maneria illa assignes Petronille uxori Radulfi de Tony ad se sustendandam donec certitudinem audierimus de prefato Radulfo utrum diem clausit extremum vel adhuc sit superstes. Et postea nobis scire facias per extentam illam utrum maneria illa valeant plus quam lx. libras, et si plus valeant, quantum valeant ultra lx. libras. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Hereford' quod teneat Willelmum de Soll' in eodem statu una cum libertatibus suis in quo fuit tempore R. de Tony, ita quod libertates suas in nullo infringat donec aliud inde receperit. Teste ut supra.

[m. 8.] Mandatum est Johanni Byset, justiciario de foresta, quod permittat quod averia abbatis de Quarrera sint in pace in Nova Foresta, sicut ibidem esse consueverunt, quousque inde vobiscum habeamus colloquium. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quid non habuit breve.*

De exitibus de prebenda Winton' (sic) *custodiendis ad opus regis.*—Mandatum est Willelmo de Camera, custodi episcopatus Herefordensis, quod [prebendam Herefordie quam rex concessit Magistro Petro de Aqua Blanca *erased*] omnes exitus de prebenda de Witinton' provenientes, qui ad regem pertinent ratione episcopatus Herefordensis vacantis et in manu regis existentis, in manum regis capiat [et fructus inde provenientes colligi *erased*] et eos salvo custodiri faciat, provisurus quod non distrahantur propter aliquam contentionem motam super prebenda predicta, [Teste ut supra *erased*] donec a nobis aliud inde habueritis mandatum.

De comodo regis in bosco episcopatus Wintoniensis (sic) *faciendo.*—Rex constabulario de Sancto Briavello, salutem. Precipimus tibi quod permittas homines episcopatus Herefordensis de Ros quod de zuch[is] de bosco predicti episcopatus de Ross' possint commodum nostrum facere eo modo quo facere consueverunt tempore R. quondam episcopi Herefordensis. Teste ut supra.

Forma vinorum domini regis per Michaelem le Butiller' talis est et per litteras clausas.—Rex Michaeli le Butiller, salutem. Cum te assignaverimus ad providendum de vinis ad opus nostrum et ad cellaria nostra tempore oportuno per visum et testimonium custodum cellariorum ubicumque vina nostra deposita fuerint evacuanda, volumus quod per universa loca ubi vina nostra sunt in deposito proficiscaris ad videndum statum cellariorum et vinorum, et ad vina que retinenda non fuerint, tempore oportuno cum expedire videris, per visum predictorum custodum vendenda. Volumus etiam quod de omnibus vinis inventis

1240.

in cellariis nostris in vigilia Apostolorum Petri et Pauli anno regni nostri xxiiij., et de aliis in eisdem postea deponendis, sive fuerint de empto sive de prisa, nobis cum preceperimus per visum dictorum custodum plene respondeas. Volumus etiam quod omnes emptiones de vinis nostris et appreciationes facias de cetero per visum quatuor legalium hominum de singulis villis ubi dicte emptiones facte fuerint, quorum nomina facias inrotulari, ita quod cum tu et ipsi, sive personaliter sive per sigilla eorum, de numero doliorum et precio nos certificaveritis, pacaciones inde fieri possint. Et ideo tibi precipimus quod eas per singula loca ubi vina nostra sunt et numerum doliorum in eisdem locis inventorum inrotulari facias, ita quod tam ipsis quam de aliis que postea in eisdem locis fuerint deposita vel deponenda, sive fuerint expensa in hospicio nostro, sive data, sive vendita, per preceptum nostrum, similiter et de denariis de ipsa venditione provenientibus, per visum et testimonium dictorum custodum celariorum nobis cum preceperimus plene possis respondere. Mandavimus vicecomitibus nostris omnium partium illarum ubi vina nostra sunt quod in singu is locis assignent duos probos et legales homines ad custodiendum cellaria et vina nostra per quorum visum et testimonium nobis inde respondeas, quorum etiam nomina in rotulis tuis facias inrotulari. Teste rege apud Roffam, xij. die Julii.

Rex omnibus custodibus cellariorum et vinorum suorum in singulis locis ubi vina sua sunt in deposio, salutem. Sciatis quod attornavimus Michaelem le Butiller, quamdiu nobis plaouerit, ad emendum vina ad opus nostrum et cellaria nostra instauranda et ad vina que viderit nobis non competere tempore oportuno per visum vestrum in singulis locis predictis vendenda. Et ideo vobis mandamus quod ei tamquam emptori vinorum nostrorum et venditori intendentes sitis et respondentes, consilium et auxilium efficaciter impendentes ad commodum nostrum de vinis nostris pro tempore cum necesse fuerit per visum et testimonium vestrum in singulis locis predictis vendendis faciendum, ita quod tam de receptione vinorum ipsorum in celaria et expensis eorundem in bosco nostro seu datis inde per preceptum nostrum, quam de venditione et de denariis inde provenientibus, per tallias inter ipsum et vos in singulis locis sicut predictum est confectas, per eundem et vos nobis plene respondeatur. In cujus etc. Teste ut supra. [*Marginal note*] *Littere iste patentes fuerunt.*

Pro Maddoc.—Rex Johanni Extraneo, salutem. Mandamus vobis quod de manerio de Kinardesl', unde L., quondam princeps Norwallie, Maddoc' filium Griffini de Sutton' pro voluntate sua dissaisivit, sicut nobis significastis, et quod occasione mortis ipsius L. cepistis in manum nostram, eidem M. eandem saisinam habere faciatis qualem habuit eo tempore quo prefatus L. eum inde disseisivit. Teste rege apud Sandwicum, xvj. die Julii.

Mandatum est W. de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Hertford', quod quantum ad loquelam quam rex movit erga priorem de Priterwell' super advocatione ecclesie de Canewedon' ipsum sine die abire permittat. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Petro de Russeals duos damos in Blakemor', et Johanni de la [Huse *erased*] Herte duos damos in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod faciat habere Anselmo [de *erased*] Marescallo unum cervum in foresta de Den', de dono. Teste apud Dovr', xvij. die Julii.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus monachis ecclesie Christi Cantuariensis xl. marcas quas nobis debebant de promisso suo pro tuitione libertatum suarum, ita quod ille xl. marce convertantur in sustentationem quatuor cereorum nostrorum circa pheretrum Sancti Thome Martiris. Et ideo vobis mandamus quod ipsos inde quietos esse faciatis. Teste rege apud Rumenal, xix. die Julii.

Mandatum est Johanni thesaurario quod solvat magistro Alexandro carpentario et sociis suis stipendia sua que eis restant solvenda. Teste ut supra.

Mandatum est domine regine quod, non obstante priori mandato domini regis de c.s. dandis Fratribus Minoribus de Cantebrigia, si dati non fuerint, faciat eis dari decem marcas ad capitulum suum tenendum, de dono regis. Teste rege apud Winchel', xx. die Julii.

Mandatum est baillivis de Mawurthin quod eodem modo decimas bladorum manerii de Mawurthin, quod de rege tenent ad firmam, Deo et ecclesie quibus debentur solvant quo decime ille reddi consueverunt quamdiu manerium illud exstitit in manu regis, quia rex non vult quod de statu et modo solvendi decimas predictas aliquid immutetur propter concessionem regis eisdem baillivis factam de manerio illo ad firmam tenendo. Teste rege apud Bellum, xxj. die Julii.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere priori Sancti Swithuni Winton' x. quercus in foresta de Finkel' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodibus episcopatus Wintoniensis de aliis x. quercubus in bosco de la Wesse.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod de xxx. marcis que exiguntur a Waltero de Clifford' de manerio de Sloctres, quod idem Walterus non habet nec Rogerus de Clifford', nepos ejus, eidem Waltero judicium suum sine ulteriori dilatione habere faciant. Teste rege apud Lewes, xxiiij. die Julii.

Rex perdonavit abbati Sancti Augustini Cantuariensis dimidiam marcam annui redditus quam regi debuit pro quodam tumberello levato in Neweton' ad nocumentum manerii de Middelton'. Mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum abbatem de predicta marcata redditus quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

1240.

Rex Roberto de Creppinges, salutem. Sciatis quod concessimus abbati de Melsa quod stagnum quoddam firmari faciat et attachiari in aqua de Shyrne super manerium nostrum de Driffeld', et ibidem molendinum quoddam levari, ita quod medietas exituum et proficui que decetero provenient de eodem molendino remaneat nobis et heredibus nostris. Et ideo tibi precipimus quod predictum stagnum firmari in aqua predicta et super predictum manerium attachiari, et molendinum ibidem levari permittas, sicut predictum est. Teste rege apud Lewes, xxiij. die Julii.

Rex commisit Johanni filio Galfridi manerium de Ringwud' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod ei inde saisinam habere faciat. Teste rege apud Lewes, xxv. die Julii.

Rex perdonavit Radulfo Gernun v. marcas de x. marcis ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus apud Noting' eo quod non venit coram eisdem justiciariis ad communem summonitionem; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Quicfeld', xxvj. die Julii.

Rex concessit fratribus de Roscida Valle in vestituram xxxij. acr[as] terre quas seminari fecerunt et excoli in Pevenes' de terra quam G. Mar', comes Penbr', eis dedit de predicto honore, et mandatum est custodi honoris de Aquila quod fructus predicte terre instantis autumpni fratres predictos habere permittas (*sic*). Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Munceals, custodi terrarum W. quondam comitis Warenn', quod ad reparationem veteris aulé castri de Lewes capiat maeremium in boscis qui fuerunt ipsius comitis ubi competentius et ad minus nocumentum capi possit. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere G. comiti Mar', iij. cervos in Den'. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Munceals quod faciat habere Ricardo de Clar', infirmo, duos damos in baillia sua, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii.

Mandatum est eidem quod faciat habere singulis annis fratribus infirmis de hospit[ali] de Lewes' unam quercum in bosco de la Beche sicut eam habere consueverunt tempore W. quondam comitis Warenn'. Teste rege ut supra.

Rex custodi terrarum que fuerunt W. comitis Warenn', in comitatibus Surr' et Susex', salutem. Precipimus tibi quod, non obstante precepto nostro de omnibus terris que fuerunt prefati comitis in comitatibus predictis capiendis in manum nostram, de parva insula juxta domum de Lewes' que fuit prefati comitis, et quam ipse legavit eidem domui cum corpore suo, ut dicitur, priori de Lewes plenam seisinam habere facias tenenda de ballio nostro usque ad legittimam etatem heredis

1240. predicti comitis, quia prefatus prior nobis securitatem fecit quod nullum prejudicium prefatis heredibus inde inde (*sic*) poterit g[e]nerari. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

Mandatum est Johanni de Lexinton' et Simoni, decano Cestrie, quod sine dilatione talem seysinam habere faciant Mabilie de Moston' de terra illa cum pertinentiis in Frodesham de qua ipsam disseysiverunt, ut dicit, qualem inde habuit die quo eam disseisiverunt, ita quod eam de seysina sua non impediant donec rex aliud inde preceperit, salvo cuilibet jure suo si quis in eadem terra jus sibi vendicare voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Julii.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere H. comiti Heref', vj. damos in foresta de Braden', de dono. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Augusti.

Mandatum est Johanni Byset quod permittat priorissam de Ankerwic habere averia sua infra forestam regis et parcum de Windl' sine impedimento, sicut ea hucusque habere consuevit, donec rex aliud inde preceperit, et averia que constabularius Windl' capi fecit in foresta predicta deliberari faciat. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum Windl' quod faciant habere Hugoni Giffard' et Magistro Waltero de Dya, custodibus Edwardi filii regis, unum dolium vini, de dono. Teste ut supra.

Rex commisit Willelmo de Ireby custodiam baillie que fuit Alani de Capella in foresta de Cumberl' cum terra et aliis ad eandem abbatiam (*sic*) pertinentibus tenendam donec in curia regis fuerit consideratum utrum ad regem vel ad alium pertineat baillia predicta ; et mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod de baillia illa ei saisinam habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Augusti.

Mandatum est custodi foreste de Blakeburnesir' quod Willelmum filium Walkelini et Philippum de Candevr' recipiat ad capiendum in eadem foresta septies xx. cervos, videlicet quod predictus Willelmus capiat lx. et x. cervos ex una parte ejusdem foreste, et quod predictus Philippus capiat lx. et x. cervos ex una parte ejusdem foreste ; ita tamen quod non ibidem non (*sic*) currant ultra festum Sancti Michaelis. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

[m. 7.] Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Roberto Logerig' quod totum debitum quod debet David, Judeo' Oxonie, solvat ad eosdem terminos ad quos predictus Davit solvere debet debitum in quo nobis tenetur. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Rex Roberto de Everingeham, salutem. Precipimus tibi quod in foresta nostra de Sywud' facias habere W. de Eboraco, preposito Beverlaci, xx. quercus ad faciendum inde maeremium, de dono nostro, nisi prius eas habuerit ad mandatum nostrum inde directum Roberto de Ros, justiciario foreste nostre. Teste ut supra.

1240.

Rex decano vel septimanario et capellano Hereford', salutem. Sciatis quod contulimus Magistro Petro de Aqua Blanca domos que fuerunt Magistri Symonis, quondam archidiaconi Salopsir', ratione episcopatus Herefordensis vacantis etc., quas quidem domos idem archidiaconus habuit sive ratione archidiaconatus sui sive ratione prebende sue sive de collatione episcopi. Et ideo vobis mandamus quod predictum Magistrum Petrum per procuratorem suum in corporalem possessionem ejusdem domus inducatis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod faciat habere Bernardo de Saveya unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Augusti. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia protestatum est coram nobis per viros fidedignos quod, quando recepimus in manum nostram castrum de Corf a dilecto et fidele (*sic*) nostro Petro de Malo Lacu, perdonavimus ei triginta libras de trescentis quercubus venditis ad opus nostrum, et octo libras de quaterviginti quercubus venditis, et de brancuris septingentarum quercuum venditis ad opus nostrum decem et septem libras et undecim solidos et sex denarios, que quidem pecunia ab eodem Petro exigitur per summonitionem Scaccarii nostri, vobis mandamus quod predictum Petrum de omnibus denariis predictis quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Augusti anno regni nostri xxiiij.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Allocate Leoni Blundo, Judeo Lond', in fine quem fecit nobiscum pro tercia parte catallorum suorum de termino Sancti Michaelis anno regni nostri xxiiij., quatuor libras quas liberavit in garderoba nostra fratri Galfrido, custodi ejusdem garderobe, die Dominica proxima post festum Sancti Hillarii anno regni nostri eodem apud Westmonasterium. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Mandatum est Thome filio Godefridi, Alano de London', Henrico Boydin et Willelmo Beaufiz, quod duas galias regis quas rex apud Bellum eis commisit, secundum formam ibidem provisam a Paulino et sociis suis recipiant custodiendas. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Munceals quod non distringat homines comitisse Warenn' ad solvendum arreragia redditus assisi de termino Pentecostes anno xxiiij. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Augusti.

Mandatum est Thome filio Godefridi, Alano de London', Henrico Boydyn, Willelmo Beaufiz quod, visis hiis litteris, duas galias regis quas apud Bellum eis commisit, secundum formam ibidem provisam a Paulino et sociis suis ibidem recipiant custodiendas. [*Cancelled*] *ut proximo superius.*

Rex dilecto et fideli suo Johanni de Venoiz, salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Axesholt habere faciatis venerabili

1240.

patri W. Karleolensi episcopo, quatuor damos, de dono nostro. Teste me ipso apud Westmonasterium, v. die Augusti anno regni nostri xxiiij.

Rex justiciario Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Johanni de Lexynton' duos damos, et Symoni, decano de Cestria, duos damos in ballia vestra, de dono nostro. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Oxon', salutem. Quia per inquisitionem quam a te fieri precepimus accipimus quod terra que fuit Petri filii Willelmi in Chiselhampt', utlagati pro felonia quam fecit, exstitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Dionisia de Wittenham, matre sua, tibi precipimus quod eidem Dionisie de eadem terra cum pertinentiis plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Johanni le Franceis duos [damos *erased*] cervos in foresta Karleoli, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Augusti.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Fulconi de Muntgumery duos damos in foresta de Bocholt'. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat Hamonem filium Philippi capere in foresta extra parcum de Havering' x. damos ad opus regis et ij. damos ad opus W. Karleolensis episcopi, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Augusti.

Rex assignavit Matildi que fuit uxor quondam comitis Warenn' manerium de Melewud' cum pertinentiis in partem dotis sue que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti comitis in comitatu suo; et mandatum est vicecomiti Norf' quod ei de manerio illo saisinam habere faciat.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de manerio de Roynges.

Mandatum est Willelmo de Munceals quod, loco octo libratarum terre que desunt Matildi que fuit uxor W. comitis War' de rationabili dote sua que eam contingit de terris que fuerunt predicti comitis in Norf', assignet eidem Matildi in loco competenti viij. libratas terre de terris que fuerunt predicti comitis et sunt in custodia sua, allocatis ei in assignatione predictarum viij. libratarum terre xlv.*s.* et xj.*d.* quos regi reddere tenebatur pro superplusagio quod habuit in dotem de predictis terris in comitatibus Surr' et Sussex', de quibus xlv.*s.* et xj.*d.* ipsa Matildis decetero quieta remaneat per assignationem predictam. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Luce de Drumar' ij. damos extra parcum de Gillingeham', de dono. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod eidem Luce unum dolium vini habere faciant. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est custodibus vinorum regis apud [Westmonasterium *erased*] Windl' quod faciant habere Engelardo de Cygoni unum dolium boni vini de vinis regis que sunt in custodia sua. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Leic' quod de communi bonorum et catallorum que fuerunt J. quondam comitis Linc', in manerio de Duninton', per visum alicujus ballivi sui quem ad hoc attornaverit et executorum testamenti ipsius comitis, sustentamenta faciat ministrari Margerie comitisse, quondam uxori predicti comitis, donec rex aliud inde preceperit.
Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc' et Notingham.

Rex concessit Luce de Drumar' omnia catalla que fuerunt Rogeri Sampson' qui se ipsum suspendit apud Mere et que vicecomes Wilteshire ea occasione cepit in manum [nostram *erased*] regis; et mandatum est predicto vicecomiti quod catalla predicta vel eorum precium, si ea vendiderit, predicto Luce habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Augusti.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod [de venatione quam Rogerus de Stopham *erased*] capi faciat duos cervos in foresta de Den' ad opus Magistri Petri de Aqua Blanca, de dono regis, et de venatione quam Rogerus de Stopham capiet in eadem foresta faciat habere eidem Magistro Petro vj. damos, ita quod loco illorum capi faciat alios vj. damos in eadem foresta. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de la Lad' quod de venatione quam idem Rogerus capiet in parco de Theokesbir' faciat habere eidem Magistro Petro vj. damos et loco illorum capi faciat alios vj. damos ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est Radulfo de Sancto Amando quod in foresta de Den' capiat unum cervum ad opus Magistri Willelmi de Glouc' et illum ei habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Augusti.

Mand[*atum*]. *Com*[*es*] *Mar*[*escallus*].—Mandatum est custodi honoris de Aquila quod permittat G. comitem Mar', habere maeremium suum quod prosterni fecit in foresta predicti honoris ad usus proprios tempore quo dictus honor fuit in custodia sua, et quod illud faciat abduci sine impedimento. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum Suhamt' quod faciant habere Gerardo de Lambresard' unum dolium vini de prisa, de dono regis Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford', baillivo Johannis de Nevill', quod faciat habere precentori Herefordensi iij. damos in foresta Huntind'. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Wytlewud', Brehull', vel alibi in baillia sua, ubi commodius capi poterit, faciat

1240.

habere R. Londoniensi episcopo, xv. damos, de dono, quos ipsum facere capi de canibus suis propriis per visum forestariorum permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xi. die Augusti.

Mandatum est Rogero Cokerel quod permittat Hamonem filium Philippi capere viij. damos in parco de Havering'. Teste ut supra.

Mandatum est eidem per aliud breve quod permittat ipsum capere vj. damos in parco de Havering'. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod, si Johannes de Legh' invenerit xij. probos et legales homines qui ipsum manucapiant ad standum recto, quando rex preceperit, pro quo captus et rettatus fuit, et quod interim non forisfaciet contra pacem regis, tunc ipsum ipsis xij. liberet. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Windl' quod faciat habere domino legato duas navatas bone busce, una videlicet de grossa buscha et alia de minutiori, et eas Lond' ad hospitium ipsius domini legati venire faciat, et in proximo adventu suo apud Windl' rex providebit quietantiam inde fieri. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Augusti.

Mandatum est Willelmo de Munceals quod singulis annis faciat habere recluse de Dorking' unam fagum in bosco de Dorking' ad focum suum, de dono, quamdiu terre comitis Warenn' in comitatibus Surr' et Sussex' fuerint in custodia sua. Teste rege ut supra.

Rex vicecomiti Warewic', salutem. Scias quod servicium Hugonis Gargat' quod fecit comiti Warenn' de terra sua quam de ipso comite tenuit in baillia sua assignatum est ad dotem comitisse Warenn' que fuit uxor ipsius comitis. Et ideo tibi precipimus quod ipsum Hugonem de servicio illo predicte comitisse intendentem et respondentem esse facias. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' de Radulfo de Wauncy qui tenuit feoda octo militum de eodem comite, Galfrido de Glanvill' qui tenuit feodum unius militis, Petro de Kenet qui tenuit feoda iiij. militum, Adam de Kaylli qui tenuit feoda iiij. militum, et similiter de illis qui tenuerunt feoda v. militum et dimidii de terra de Burneham.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de illis qui tenuerunt feoda vj. militum de eodem comite de terra de assarto.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebr' de Rogero de Colevill' qui tenuit feodum j. militis.

Mandatum est Ade de Periton', baillivo Thome de Sanford', quod in foresta de Braden' faciat habere W. Wigorniensi episcopo, vj. damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Augusti.

1240.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod, si Nicholaus de de (*sic*) Maney, qui rettatus est de morte Willelmi de Wykelawe, reddiderit se carceri nostri et postea invenerit ei xij. probos et legales homines qui eum manucapiant habere ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc ipsum tradat in baillium, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Augusti. Per fratrem J. de Sancto Egidio.

Ballivi nostri Suhamptun' liberaverunt nobis quendam equum qui arestatus fuit apud Suhamptun' pro morte cujusdam pueri ibidem submersi; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suhamptun' quod ab eisdem ballivis nichil exigant nec eos in aliquo occasionari permittant occasione predicta. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvj. die Augusti, anno regni nostri xxiiij.

Rex clericis suis et procuratoribus in curia Romana agentibus, Magistro Actoni Parmensi et Magistro Roberto Anketel, salutem. Mandamus vobis quod dilectis nobis Roberto de Wallingeford et Johanni de Urvill', monachis Sancti Swithuni Wyntonie ad curiam Romanam pro negotiis ecclesie prefate proficiscentibus, habere faciatis de pecunia nostra cum ab ipsis super hoc fueritis requisiti usque ad summam centum marcarum. Et nos vobis id faciemus allocari. Teste ut supra.

Mandatum est Warnero Engayne quod tallagium quod dominus rex precepit per ipsum assideri in villa Stamford', ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

[m. 6.] Dominus rex adhibuit assensum regium electioni facte de fratre Rogero, quondam priore Cestr', in abbatem ejusdem domus. Mandatum est Johanni de Lexinton', justiciario Cestr', et vicecomiti Dereb', quod de omnibus terris, rebus, redditibus et possessionibus ad eandem abbatiam pertinentibus ei saisinam habere faciant. Teste rege apud Windl', xix. die Augusti.

Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus vobis custodiam terre que fuit Roberti de Marisc', quondam fratris vestri, in Kery, una cum herede, habendam donec ad partes Hybernie venerimus vel aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Johanni de Monem' x. damos in foresta de Braden', de dono. Teste.

Mandatum est Waltero de Deneford', baillivo Johannis de Nevill', quod faciat habere Paulino Peyvre ad opus uxoris sue in foresta de Salceto duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Rex justiciario suo Hybernie et G. de Turevill', archidiacono et thesaurario Dublin', salutem. Sciatis quod licentiam dedimus Warino de Fisacr', camerario Scaccarii nostri Dublin', moram faciendi in Anglia usque ad Pascha anno regni nostri xxv. pro negotiis suis

1240.

expediendis. Et ideo vobis mandamus quod Ysaac de Fysacr', fratrem ipsius Warini, ad officium camerarie nostre exequendum, si ad hoc sufficiat, loco ipsius admittatis, feodum annuum quod idem Warinus percepit ad Scaccarium nostrum pro officio illo solvi facientes predicto Ysaac quousque dictus Warinus ad partes Hybernie redierit. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Penber' quod in eadem foresta faciat habere Magistro Simoni carpentario lx. quercus ad operationes faciendas in castro de Windl'. Teste rege apud Windl', xxij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Johanni de Venuiz de l. quercubus in foresta de Axiholt' liberandis eidem Magistro Simoni.

Eodem modo scribitur Engelardo de Cygoyny de quater xx. quercubus in la Rugge liberandis eidem Magistro Simoni, et similiter de busca habenda in foresta de Wind' ad quendam rogum faciendum, et quandam fagum ad faciendum mensas in coquina regis. Teste rege apud Windl', xxij. die Augusti.

Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere [Johanni *erased*] Hugoni Paynel duos damos in foresta de Blakemer', de dono. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Chippeham quod in foresta de Chippeham faciat habere abbati de Stanl' duas quercus, de dono. Teste ut supra.

Rex baillivis suis Suhamt', salutem. Monstravit nobis Johannes Sweyn quod, cum vos tradidissetis ei quoddam dolium vini nostri cariandum usque Rading', contigit casu fortuito quod dolium illud fractum fuit super carettam suam antequam villam illam exiret propter quod vos retinuistis equos suos. Et ideo vobis mandamus quod si dolium illud fractum fuit casu fortuito, sicut predictum est, tunc ei equos suos sine dilatione restitui faciatis et ipsum inde quietum esse [faciatis *erased*] permittatis. Teste rege apud Windl', xxij. die Augusti.

Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Margarete que fuit uxor J. quondam comitis Linc', iij. damos in foresta de Shyrewud', de dono regis.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod, si Willelmus Fraunkeleyn, captus et detentus in prisona regis de Eylesbyr' pro morte duorum puerorum cujusdam leprosi de Wycumb', rettatus odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, invenerit xij. etc. Teste rege apud Windl', xxiiij. die Augusti.

Consimili modo scribitur vicecomiti Kancie pro Thoma de Lee, capto et detento in prisona Cantuarie pro morte Simonis filii Stephani, tradendo in baillio etc. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Bernewud' extra Pancehal' et Yxenhull' faciat habere Sibille de Huntingefeld' duos damos, de dono regis.

Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod sexaginta libras, quas Robertus le Leu nobis solvit de centum libris quas regi solvisse debuerat premanibus de debitis in quibus regi tenebatur, liberari faciat custodibus operationis Turris [nostre *erased*] London', et rex faciet ei habere breve de Liberate. Teste rege ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Rogero, vadletto regine nostre, liberationem duorum denariorum quam Johannes Blundus, quondam nuntius noster, percipere solebat in die per manus vicecomitis Essex' de elemosina nostra constituta. Et ideo vobis mandamus quod predicto Rogero predictam liberationem habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Augusti.

Rex thesaurario et marescallo suo de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod, solutis vobis centum libris a Roberto Lupo de debito quod nobis debet, dimittatis eum libere recedere sub eadem prisona sub qua nunc est, ita quod residuum debiti quod nobis debet solvat nobis ad Scaccarium nostrum in festo Sancti Michaelis anno regni nostri xxiiij. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni le Poer tres quercus in baillia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario, quod instanti die Martis pasci faciat magnam aulam apud Westmonasterium et aliam aulam ibidem plenam pauperibus pro regina que partui vicina est; et rex faciet ei habere breve de Liberate. Teste rege apud Guldeford,' xxv. die Augusti.

Mandatum est constabulario de Corf quod permittat Robertum de Mares, vadlettum, capere x. cervos vel plures ad opus [nostrum *erased*] regis in foresta de Purebic secundum quod viderit sine destructione. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Olivero de Albiniaco vj. quercus in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Augusti.

Mandatum est constabulario castri Dovor' quod vina vetera que sunt in eodem castro Dovor' que non possunt durare vendi faciat, et de denariis quos inde recipiet alia vina emi faciat ponenda in eodem castro. Teste etc., apud Westmonasterium, xxx. die Augusti.

Mandatum est baillivis hundredi de Berdestapl' quod omnia placita mota in hundredo predicto versus Johannem Maunsel, qui est in servicio regis in partibus transmarinis, et omnes querelas ipsum tangentes, et omnes demandas quas ei faciunt, ponant in respectum usque ad adventum ipsius in Angliam. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est R. de Wrotham quod faciat habere Willelmo de Fienes iij. damos in foresta de Nerechich'. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Neketon' et Magistro W. le Brun quod faciant habere priori de Ponte Fracto x. fusta in bosco de Wacfeld' ad maeremium inde faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Augusti (*sic*).

Mandatum est Johanni Byset quod in foresta de Blakemor' faciat habere Nicholao Poinz iiij. quercus, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Mandatum est vicecomiti Noting' quod omnia catalla Amyot' filii David', Judei de Noting', qui pro quibusdam causis captus est et detentus apud Lond', in manum regis capiat et ea salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Rex assignavit Laurencium filium Eustachii ut intendat negociis regis in episcopatu Herefordensi una cum Willelmo de Camera, custodi episcopatus Herefordensis. Mandatum est eidem Willelmo quod ipsum ad hoc admittat ita quod ipse habeat unum rotulum inde et idem Laurencius alium rotulum de exitibus ejusdem episcopatus et de expensis necessariis. Duo solidi assignantur eis singulis diebus pro expensis suis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Matildi de Albo Monasterio iiij. quercus in bosco de Dunton' ad maeremium inde faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Septembris.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in parco, predicti episcopatus de Meredon' faciant habere Emerico de Sacy duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Septembris.

Rex R. Cycestrensi episcopo, cancellario suo, salutem. Intimatum est nobis ex parte H. comitis Arundell', quod super quadam chacia, vobis et eidem comiti communi, in qua tam ipse comes quam predecessores sui libere et sine impedimento chaciare consueverunt, ipsum indebite molestatis inhibendo eidem comiti et suis sub pena excommunicationis ne chaciam illam intrent ad chaciandum. Et ideo vobis prohibemus, si ita est, ne super aliqua libertate laicum feodum ipsius comitis contingente excommunicationis sententiam feratis aut per vos ab aliis fieri permittatis, quia nolumus quod alibi respondeat de hiis que pertinent ad laicum feodum suum nisi in presentia nostra. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

Mandatum est Waltero de Tywe quod personaliter accedat ad nundinas de Abbendon' et per visum Alani, servientis regis, de denariis regis quos habet in custodia emat lx. boves ad opus regis, quales idem Alanus ei dicet, ad larderium nostrum (*sic*) . . . . , [et denarios pro eis solvat *erased*] et tallias inde faciat cum dicto Alano et de garderoba nostra ei satisfieri faciemus, et eos salvo custodiri faciat in parco de Wudestok' quousque aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

1240.

Rex retinuit latorem presentium in obsequio suo ad ministrandum in capella castri Guldeford'. Mandatum est vicecomiti Surr' quod eum ad hoc recipiat et vestimenta cum aliis ad celebrationem divinorum spectantibus ei liberet et stipendia ei singulis annis habere faciat qualia capellani regis ibidem percipere consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Septembris.

Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod manuteneas, protegas et defendas homines, terras, res, redditus et possessiones Matildis que fuit uxor quondam comitis Warenn', quos tenet in dotem de terris que fuerunt predicti comitis in baillia sua (*sic*), non inferens etc. Volumus etiam quod ipsa habeat talem libertatem et quietantiam in terris predictis de sectis comitatuum et hundredorum et de auxiliis, tallagiis et amerciamentis, qualem predictus comes habuit in vita sua, super quibus omnibus tibi precipimus quod eandem comitissam non graves aut molestes contra libertatem predictam. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Eboraci, Linc', Essex', [Warnero Engayne *erased*].

Rex Warnero Engayn', salutem. Sciatis quod concessimus Matildi que fuit uxor W. quondam comitis Warenn', quod libere et sine impedimento percipiat omnes exitus provenientes de terris que ei assignate sunt in dotem de terris que fuerunt predicti comitis tam in redditibus quam in omnibus aliis a festo Pentecostes anno regni nostri xxiiij. in antea. Et ideo vobis mandamus quod de redditibus provenientibus de terris predictis in festo predicto vel aliis terminis sequentibus nichil vos intromittatis nec de tallagiis aliquibus in terris predictis assidendis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Neketon' et Magistro W. le Brun, custodibus episcopatus Dunelmensis.

Mandatum est Ricardo de la Lad' quod faciat habere Roberto Aguillun duos damos in parco de Staundon', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Septembris.

Mandatum est custodi honoris de Aquila quod in foresta de Leston' faciat habere Theobaldo de Engleskevill' ij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Salcet' faciat habere Roberto Passelewe duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Septembris.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Salceto faciat habere Fratribus ordinis Predicatorum Norhamt', xij. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis.

[m. 5.] Rex vicecomiti Oxon', salutem. Precipimus tibi quod non obstante priori mandato nostro quod fecimus de faciendo Dionisio (*sic*)

1240.

de Wytenham habere saisinam terrarum que fuerunt Petri de Wittenham, utlagati, facias habere H. Coventrensi et Lichefeldensi episcopo, totam vesturam anni nostri quem habuimus in terris predictis et quem eidem episcopo concessimus, ita quod idem Dionisius non habeat aliquid de catallis aut rebus ad ipsum episcopum spectantibus occasione saisine predicte. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Septembris.

Pro abbate de Burgo, de decima venationis.—Mandatum est Willelmo Lupell' quod de tota venatione regis quam in hac saysona cepit vel adhuc capiet in comitatu Norht' habere faciat abbati de Burgo decimam bestiam, ita quod sciat regi respondere quot bestias taliter sibi liberaverit. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Septembris.

Si Anketillus de Waleton', Robertus filius Warini, Johannes filius Alicie, capti pro morte Thurstani filii Ernisii, invenerint etc., vicecomes Leic' tunc tradat eos in baillio etc.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Roberto de Bello Alneto duo fusta in foresta de Roking'. Teste rege ut supra.

[*Schedule.*] Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitannie, et comes Andegavie, dilectis et fidelibus Petro de Tany et [Ricardo *erased*] Waltero de [Turri *erased*] Mereton', clerico, salutem. Mandamus vobis quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, de subscriptis articulis diligenter inquiratis, negocia nostra diligenter prosequendo, in maneriis nostris in comitatibus Kancie, Essex', Middelsex' et Hertford'. Seisitis igitur singulis maneriis nostris in comitatibus predictis in manum nostram, amnotis (*sic*) baillivis qui nunc sunt in maneriis ipsis et substitutis illis vel aliis sicut videritis expedire, inquiratis de instauro singulorum maneriorum tam de carucis quam de aliis instauris que modo ibi inveneritis, et quantum instaurum illud valere possit per annum, et quantum instaurum unumquodque manerium possit portare, et quantum et quale fuit instaurum die Pentecostes; item et de redditu assiso in unoquoque manerio, et de consuetudinibus assisis, et de perquisitis et prisis factis, tam intra manerium quam extra, et de hundredis ad manerium pertinentibus, et de perquisitis qualiter fuerint perquisita tam de forestis quam de placitis corone, hundredorum et comitatus, et aliis placitis. Et provideritis qualiter blada et prata melius possint colligi ad opus nostrum et etiam proventus molendinorum et aliorum exituum citra festum Sancti Michaelis, et de consuetudinibus male levatis et per quos baillivos. Et querele audiantur et audite attachientur et judicium reservetur nobis. Et de prisis baillivorum et de alienationibus terrarum, pratorum, pasturarum, libertatum, et de vasto bosci; et quantum quodlibet manerium valeat per annum cum instauro quod nunc ibi est, vel cum instauro tanto quantum possit portare, vel penitus sine instauro. Vos igitur omnia premissa per sacramentum proborum et legalium hominum singulorum maneriorum ita diligenter fieri faciatis quod discretionem vestram debeamus specialiter commendare. Teste me ipso apud Westmonasterium, xj. die Julii anno regni nostri xxiiij.

1240.

Mandatum est vicecomiti Warewic' quod faciat habere episcopo Coventrensi vj. damos in parco de Benetl' qui fuit Matildis de Kamvill'. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Oxon', salutem. Scias quod de x. libris quas exigis de villata Oxonie pro transgressione assise panis et cervisie solverunt baillivi nostri ejusdem ville Galfrido de Stocwell' c.*s.* ad operationes nostras Oxonie, et residuas c.*s.* solverunt in garderoba nostra, ita quod de predictis x. libris omnino sunt sunt (*sic*) quieti. Et ideo tibi precipimus quod predicte villate pacem inde habere permittas. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Suhamt', salutem. Monstravit nobis Stephanus Molendinarius quod cum ipse de Henrico de Bathonia, vicecomite Suh', quandam custodiam in manerio de Aulton' emisset, ita quod prefatus Stephanus a tempore emptionis sue fuit in continua saisina ejusdem custodie usque post amotionem W. de Burgo, tunc custodis dominicorum nostrorum, usque ad adventum P. de Russell' et J. de la Herth', per quos quasdam inquisitiones in eodem manerio fieri fecimus, baillivi quos ipsi inquisitores post ipsos dimiserunt ibidem predictum Stephanum de custodia ipsa disseisiverunt. Et ideo tibi precipimus quod, si predictus Stephanus fuerit in saisina illius custodie usque ad tempus predictum, tunc non dimittas quin ei saisinam inde habere facias et in saisina ipsa ipsum manuteneas. Teste rege [apud] Westmonasterium, vj. die Septembris.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Ricardo de Watervill' duos damos in foresta de Rokingeham, de dono. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Septembris.

Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de tota venatione quam Rogerus de Stopham cepit in foresta de Den' et deinceps capiet, decimam habere faciat abbati Sancti Petri Glouc' ad quem pertinet decima predicta. Teste ut supra.

[m. 4.] Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Henrico de Bailloil tertiam partem quater xx. et v. librarum viij. solidorum xj. denariorum in qua nobis tenebatur pro precio tercie partis bladorum que eidem Henrico et participibus suis de honore de Valoines concessimus de terris predicti honoris tempore quo terras illas reddidimus. Et ideo vobis mandamus quod predictum Henricum de tercia parte predictarum quater xx. et v. librarum viij. solidorum xj. denariorum quietum esse faciatis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod, si Fulco Travers, quem Johannes filius Nigelli et Johannes ——— ceperunt et tenent in prisona pro transgressione foreste, invenerit ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste, tunc eum per predictam plevinam deliberari faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere comitisse Warenn' unum damum in foresta Essex', de dono. Teste ut supra.

1240.

Rex adhibuit assensum regium electioni facte de Magistro Petro de Aqua Blanca in episcopum Herefordensem, et mandatum est custodi ejusdem episcopatus quod ei de omnibus terris ejusdem episcopatus que sunt in custodia sua una cum fructibus autumpni presentis et cum toto stauro quod rex habuit in terris predictis saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est militibus, liberis hominibus ejusdem episcopatus quod ei sint intendentes et respondentes.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod, si Robertus le Moyne, captus apud Gipeswic' pro morte Willelmi filii Johannis et Ricardi filii Galfridi, invenerit etc., tunc eum tradat etc. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere G. de Armenters duos damos, unum in Salceto et alium in foresta de Clive. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Septembris.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Johanni Talebot unum damum in foresta de Clyve. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod si Petrus de Aundevr' et Nicholaus de Aundevr', capti apud Wintoniam pro morte Walteri de Wyk' et Matildis, uxoris ejus, et Johannis de Wyk', invenerint etc. tunc tradat eos in baillio etc. Teste ut supra.

Mandatum est J. de Lexint', justiciario Cestrie, quod inquirat per sacramentum proborum et legalium hominum de visnagio de Shotewic si Willelmus Maubanc aliquando dedit Colebrando de Shotewic', servienti suo, quatuor bovatas terre et unum [toftum *erased*] croftum cum pertinentiis in Shotewic' et idem Colebrandus obiit inde seisitus ut de feodo, et si Godwinus Opendeur' filius ipsius Colebrandi successit eidem in terra et crofto predicto, et si terra illa et croftum illud descenderunt de herede in heredem predicti Colebrandi usque ad Adam filium Colebrandi Widhond qui interfectus fuit, ut dicitur, in Terra Sancta coram Ranulfo, quondam comite Cestrie, et si Simon filius Agnetis, qui sibi jus vendicat in terra et crofto predicto, propinquior heres sit predicti Ade, avi predicti Simonis; et si per sacramentum invenerit quod terra et croftum predictum data fuerunt predicto Colebrando et heredibus suis descenderunt per ipsum et predictus Simon propinquior heres ipsius Ade sit, tunc eidem Simoni de predictis quatuor bovatis terre et crofto saisinam habere facias (*sic*) salvo unicuique jure suo. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Septembris.

Rex admisit fratrem Ernulfum, quondam priorem Sancti Stephani Nivernensis, in priorem Sancti Andree Norhamt' ad instanciam prioris de Karitate qui ipsum Arnulfum in priorem ejusdem domus prefecit; et mandatum est Radulfo de Ayrel quod de omnibus terris et rebus ad ipsum prioratum pertinentibus eidem Arnulfo saisinam habere faciat. Teste ut supra.

1240.

Rex commisit Margarete, comitisse Linc', maneria de Ingoldemoles, Thoresby, Hauton' et Seggebroc cum pertinentiis suis habenda in tenantiam ad se sustentandam donec ei assignaverimus (*sic*) plenam dotem suam de omnibus terris que fuerunt J. de Lascy, quondam comitis Linc', viri sui. Et ideo tibi precipimus quod eidem Margarete de omnibus maneriis predictis cum pertinentiis suis plenam saisinam habere facias sicut predictum est. Interim autem in presentia aliquorum quos predicta comitissa loco suo assignaverit extendi faciat (*sic*) maneria illa quantum valeant in dominicis, vilenagiis, redditibus, serviciis et omnibus aliis proficuis ad eadem maneria pertinentibus et extentam illam sub sigillo suo et sigillis illorum per quos facta fuerit sine dilatione regi mittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Neketon' et Magistro Willelmo le Brun de manerio de Sneyth' et manerium illud extendat (*sic*) et omnes alias terras et tenementa que fuerunt predicti comitis Linc' in baillia sua.

[m. 3.] Rex J. de Lexinton', justiciario Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod diligenter inquiras si predecessores J. de Lascy, quondam constabularii Cestrie, comitis Linc', concesserunt hospitali Sancti Johannis Baptiste de Duninton' decimam novem partium omnium fructuum provenientium de terris quas habuerunt in baillia sua, ut bladorum, feni et aliorum de quibus decime redduntur, postquam omnes fructus predicti semel decimantur, et si predictum hospitale predictas decimas sic perceperit tempore predicti J. de Lascy; et si inveneritis per inquisitionem predictam quod idem hospitale fuerit in saisina decime fructuum predictorum iterato decimatorum, ut predictum est, tunc omnes fructus predictos de terris predictis redecimari faciatis et talem saisinam de decima predicta eidem hospitali habere faciatis qualem inde habuerit tempore predicti J. de Lascy. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Septembris.

Quia datum est regi intelligi quod [H. de Neketon et Magister W. le Brun *erased*] appreciatores bonorum J. quondam comitis Linc', longe minoris valoris ea faciunt et estimant quam valeant et vendi possunt secundum rationabilem emptionem et venditionem, et hoc non solum dampnosum possit esse executoribus testamenti predicti comitis set et regi ad debita que idem comes regi debuit recuperanda, mandatum est H. de Neketon' et Magistro W. le Brun quod bona predicta sic appreciari faciant quod precium ad quod appreciata fuerint justum sit et rationabile et secundum quod bona predicta valent, et quod pro defectu sui non debeat ad regem clamor pervenire. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Septembris.

Mandatum est W. de Haverhull' quod emi faciat ad opus capelle [nostre *erased*] regis de Kenynton' unum par vestimentorum communium ad des[er]viendum capelle predicte, scilicet quandam casulam cum alba et amicto et stola et phano, et illud liberet capellano in eadem capella celebranti, et cum rex custum scierit faciet ei habere breve de Liberate. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est Fulconi Peinfrere quod austurcum regis quem habet in custodia mutandum liberet Henrico le Butiller, servienti regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario castri de Sancto Briavello quod per visum viridariorum et forestariorum foreste de Den' habere faciat custodi Bertone regis extra Glouc' maeremium ad gurgites regis supra rypariam Sabrine reparandos. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Feckeham quod per visum forestariorum predicte foreste faciat habere baillivo manerii de Fekeham maeremium ad exclusas vivarii ibidem reparandas. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Septembris.

Rex P. Peyvr' et J. de Gatesd', custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Mandamus vobis quod de exitibus predicti episcopatus emi faciatis duos baudekinos ad aurum rationabili precio, et tu, prefate Paule, ipsos liberari facias W. de Haverhull', thesaurario nostro, ad faciendum inde quod ei injunximus. Tu etiam, prefate Paule, facias ccc. marcas venire ad Turrim sicut vobis viva voce nuper injunximus, et cum custum predictorum baudekinorum sciverimus illud vobis una cum predictis ccc. marcis allocari faciemus. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere fratri Johanni elemosinario iiij. bona fusta in foresta de Havering' extra parcum ad elemosinariam de Havering' reparandam. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Septembris.

Mandatum est Henrico Kitte et Willelmo Brien, vinetariis de Noting', quod [claves celarii Noting' in quo vina regis deponuntur a constabulario Noting' recipiant et bonam custodiam de vinis regis habeant *erased*] una cum constabulario Noting' bonam custodiam habeant de vinis regis in celario castri Noting' depositis. Teste rege ut supra.

Perdonatio.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Galfrido Croc et Rogero de la Grave duas marcas ad quas amerciati fuerunt coram nobis pro plegio Walteri le fiz Neel, qui se retraxit a quodam appello facto coram nobis de pace nostra fracta et que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod predictos Galfridum et Rogerum de predictis duabus marcis, videlicet predictum Galfridum ab una marca et predictum Rogerum ab alia, quietos esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Septembris.

Rex H. de Neketon' et Magistro W. le Brun, custodibus episcopatus Dunelmensis, salutem. Cum bone memorie R. de Marisc', quondam Dunelmensis episcopus, Roberto de Karneford' quandam terram contulerit in episcopatu predicto, et R. successor episcopi memorati talem conventionem inierit cum prefato Roberto quod predicta terra remaneret ipsi episcopo solvendo predicto Roberto decem marcas annuatim ad totam vitam

1240.

suam pro terra eadem, et vos occasione ejusdem episcopatus in manu nostra existentis terram illam in manu nostra tenetis, vobis mandamus quatinus, si talis fuerit conventio inter prefatum episcopum et predictum Robertum, vos eidem Roberto decem marcas annuas solvatis secundum conventionem predictam. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Septembris.

Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Cantebr' quod omnes querelas et placita tangentia priorem Theffordie, qui agit in partibus transmarinis, et mota contra ipsum in itinere suo, ponat (*sic*) in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum anno xxv. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod omnes demandas quas faciunt priori Theffordie sive facte fuerint per summonitionem Scaccarii, vel pro alia occasione, ponat in respectum usque ad eundem terminum. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod liberari faciat Matheo Bezyl espervarium quem M. comitissa Warenn', ei dedit, similiter etiam Johanni filio Galfridi austurcum quendam quem W. comes Warenn', ei legavit, et qui sunt apud Castelacr', mutandi. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Septembris.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Agathe Trussebut duos damos in foresta de Rokingeham, de dono. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Cum propositum nostrum firmiter habeamus firmatum, Domino permittente, veniendi in Hyberniam post Pascha proximo futurum, pro quo nobis expedit quod provisio fiat a vobis contra adventum nostrum, vobis mandamus quod emi faciatis quadringenta dolia vini in maneriis nostris et castris ponenda prout videritis expedire et secundum quod circumstantie et commoditates locorum deposcent. Provideatis etiam nobis in bladis et victualibus et aliis que in adventu nostro nobis erunt necessaria prout vestra viderit discretio. Domos si quidem nostras que reparatione et emendatione indigent, ubi necesse fuerit reparari et emendari faciatis secundum quod vobis viva voce, cum in nostra essetis presentia, et plenius exposuimus.

Mandatum est constabulario Windl' quod faciat habere Magistro Nicholao carpentario xxx. quercus in Heishull'. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Septembris.

Mandatum est P. Peyvr' quod res monachorum ecclesie Christi Cantuariensis, quos arestari fecit eo quod in carceratione predictarum rerum contigit ut dicitur per infortunium tibiam cujusdam hominis confringi vel alio modo ledi, eis sine dilatione deliberari faciat, ita tamen quod justitia postea leso teneatur si versus aliquem loqui voluerit. Teste ut supra.

1240.

Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod pro dampnis que Johannes Brito sustinuit in disseisina quam Willelmus de Gardino ei fecit, non distringat aliquos homines prefati Willelmi nisi aliqui eorum in illa disaisina cum eo fuissent qui nunc sunt distringendi, set ipsum Willelmum distringat per catalla sua quamdiu sufficiant ad predicta dampna reddenda, et quam cito defecerint id regi significet et quantum restet de predictis dampnis reddendum. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Ricardo de Pless' duos damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod si Alanus Kempe et Thomas Makefar', capti pro morte Willelmi Surbel, si uterque eorum invenerit xij. etc., tunc eos tradat etc.

Mandatum est Aaron, Judeo Eboraci, quod demandam quam facit Willelmo de Lucy pro Waltero de Lascy de septies xx. marcis quas idem Willelmus ei solvisse debuit ad festum Sancti Michaelis anno xxiiij., ponat in respectum usque ad festum Sancti Martini anno xxv., ita quod occasione illius respectus in nullo sit perdens. Teste ut supra.

Mandatum est H. de Aldithel' quod lx. solidos annuos quos rex concessit abbati et monachis Cestrie pro anima R. quondam comitis Cestrie, percipendos de prepositura [Cestr' *erased*] Novi Castri subtus Limam, eidem abbati et monachis una cum arreragiis ejusdem elemosine sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Septembris.

Mandatum est Willelmo de Haverhull', camerario suo, quod de melioribus vinis que sint in London' venalibus capi faciat xxx. dolia vini et ea cariari faciat usque Westmonasterium ponenda in celario regis ibidem. Teste ut supra.

[m. 2.] Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod medietatem manerii quod fuit Walteri de Rudeleford' cum pertinentiis capiat in manum regis, et terras ejusdem medietatis excoli faciat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. (*sic.*) die Septembris.

Mandatum est Hugoni de Kilpec quod faciat habere P. Herefordensi electo x. quercus in haya sine aliqua diminutione, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Octobris.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod non intres boscos episcopatus Herefordensis vel in aliquo inde te intromittas [*sic*] contra libertates quas episcopi predecessores P. Herefordensis electi, habuerunt per cartam regis, quibus libertatibus hucusque usi sunt. Teste ut supra.

Rex concessit abbati Sancti Augustini Bristoll' quod mineram plumbi inventam in feodo ipsius abbatis in pace habeat et in ea per quos voluerit operari faciat. [Ita tamen quod si argentum ibi *erased*]

1240.

Ita tamen quod si vicecomes Glouc' inquirere possit per artifices in hujusmodi peritos quod ibidem inveniatur minera argentea [illa tam cum plumbo quam cum argento ad opus nostrum retineatur *erased*], tota retineatur ad opus regis. Et [ideo tibi precipimus *erased*] mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem abbati predictam mineram in forma illa habere et in ea ut predictum est operari sine impedimento permittat. Teste rege ut supra.

Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quatinus in proximo festo Sancti Thome Martiris, videlicet quinto die Nativitatis Dominice, festum ejusdem Martiris in ecclesia sua apud Dublin' cum octingentis cereis in eadem solempnitate accensis, quos ad hoc fieri faciatis, celebrari a venerabili patre in Christo L. Dublinensi archiepiscopo, faciatis quem ad hoc faciendum ex parte nostra rogetis instanter. Die etiam Beati Edwardi, videlicet in vigilia Epiphanie Domini, tam in capella nostra ejusdem Sancti in castro nostro Dublin' quam in ecclesia Beati Thome Martiris necnon et in ecclesia Sancte Trinitatis solempnitatem ejusdem Sancti cum octingentis cereis ibidem accensis celebrari faciatis. Similiter etiam in die Paraceves octingentos cereos fieri faciatis quos per ecclesias civitatis Dublin' distribui et castrum nostrum pauperibus impleri et recenter pasci et cameram nostram in castro nostro predicto lambruscari faciatis, ut Dominus Omnipotens statum nostrum et regine nostre necnon et gentis nostre prosperum consequare dignetur, et ita vos in hac parte geritis quod debeamus vos ob hoc specialiter commendare. Teste ut supra.

Rex custodibus vinorum suorum Windlesor', salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere Hugoni Giffard' et Magistro Waltero de Dya unum dolium vini ad opus Edwardi filii nostri, de dono nostro. Teste ut supra.

Rex majori et probis hominibus de Karleolo, salutem. Sciatis quod concessimus Fratribus de ordine Predicatorum Karleoli murum civitatis nostre ex parte qua viderint sibi competere ad conductum camerarum suarum ducendum extra civitatem perforare. Et ideo vobis mandamus quod predictam perforationem muri civitatis eosdem Fratres facere permittatis. Teste ut supra.

Rex Waltero de Deneford', ballivo Johannis de Nevil', salutem. Mandamus vobis quod de venatione nostra que est in custodia vestra sine dilatione faciatis habere Willelmo de Burgo tres damos, de dono nostro. Teste ut supra.

Rex ballivis de Reigat' et Dorkingh', salutem. Precipimus vobis quod permittatis Hugonem le Fraunceys capere ad opus nostrum apud Dorkingh' et Reigat' centum cuniculos, et quod eidem Hugoni sint (*sic*) in auxilium ad predictos cuniculos capiendos. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Magistro Radulfo de Neketon' quod de centum libris quas nobis debet

1240.

de prestito quod ei fecimus et de quibus nobis solvendis Henricus, abbas de Sancto Edmundo, constituit se capitalem debitorem pro eodem Magistro Radulfo versus nos, reddat nobis ad Scaccarium Pasche anno regni nostri xxv. viginti marcas et ad Scaccarium Sancti Michaelis anno eodem xx. marcas et sic de anno in annum ad eosdem terminos, singulis annis quadraginta marcas, donec predicte centum libre nobis persolvantur. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari et predictum abbatem de predictis centum libris penitus quietum esse et ipsum a rotulis vestris extrahi faciatis, quia idem Magister Radulfus invenit nobis plegium, videlicet Henricum de Neketon', fratrem suum, de predictis centum libris ad predictos terminos nobis solvendis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Octobris.

Rex concessit quod Radulfus de Haya et heredes sui habeant unam feriam apud manerium suum de Burewell, scilicet in die Sancte Trinitatis, nisi feria illa etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod feriam illam eis habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod, non intret boscos P. Herefordensis electi, contra libertates Herefordensis ecclesie, nec aliquid attemptet facere in eis quam fieri consuevit temporibus predecessorum suorum episcoporum Herefordensium. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Precipimus tibi quod, non obstante eo quod cepisti in manum nostram manerium de Ryers' quod Matildis de Mubray tenuit in dotem, permittas executores testamenti ejusdem Matildis liberam habere administrationem de bladis que habuit in eodem manerio ad executionem illam faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Octobris.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod de demanda unius mille alaudarum et trium lampredarum et trium barillorum ferratorum de bono vino et quatuor doliorum vini quam facitis Petro Pictavensi per summonitionem Scaccarii nostri, perdonavimus eidem Petro usque duo dolia vini, que quidem dolia vini dedimus venerabili patri P. Herefordensi electo. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a predicto Petro de predictis duobus doliis vini eidem electo reddendis usque ad celarium suum apud Hereford' cariandis, de omnibus aliis predictis ipsum Petrum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Rex concessit Imberto Pugeis custodiam terrarum que fuerunt Radulfi filii Bernardi habendam sibi vel assignatis suis usque ad legittimam etatem heredum predicti Radulfi, et mandatum est vicecomiti Essex' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Radulfi in baillia sua una cum toto blado quod est ad presens in orreis et cum toto instauro quod est in terris predictis et cum omnibus exitibus earundem terrarum a tempore quo rex cepit eas in manus suas, plenam saisinam ei sine dilatione habere faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie et Buk'.

Habet inde litteras patentes.

1240.

Rex vicecomiti [Suff', salutem *erased*] Sussex', salutem. Precipimus tibi quod prisones, videlicet Adam de Smethewic, uxorem ejus, et duos filios suos, nuper captos pro morte Willelmi de Smethewyc, et quos dilectus et fidelis noster W. de Munceaus tibi liberabit, ab eo recipias et in prisona nostra de Hasting' salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Octobris.

Rex W. de Munceaus, salutem. Mandamus vobis quod de custodia terrarum que fuerunt Symonis de Perepunt in ballia vestra talem seisinam habere faciatis Hugoni de Playz qualem habuit inde quando custodiam illam per vos capi fecimus in manum nostram, salvo jure cujuslibet in eadem custodia. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Nortf' et Suff' de custodiis terrarum que fuerunt Symonis de Perepunt' et Philippi de Burneham.

Rex vicecomiti Leic', salutem. Quia per inquisitionem quam fieri fecimus accepimus quod Reginaldus de Wythcok', antequam per escambium dimisisset domino J. regi, patri nostro, manerium de Wythcok, non fuit in seisina pasture bosci abbatis de Otholveston' inter Bradegat' et Watteberg', et quod prefatus J. rex, pater noster, post prefatum escambium et nos tempore nostro non fuimus in seisina ejusdem pasture tempore nostro nisi per vim, et quod predictus boscus clausus fuit usque ad tempus H. regis, avi nostri, quo tempore fractus fuit propter forestam partium illarum que jam sunt deafforestate, tibi precipimus quod predicto abbati super clamio commune predicte quantum ad homines nostros de Wythcok' de cetero pacem habere facias, ipsum non impediens ratione hominum nostrorum quominus predictum boscum suum claudere et parcum inde facere possit sicut prius fuit, salvo jure aliorum, si qui communam in dicto bosco clamare voluerint. Et quia per eandem inquisitionem accepimus quod W. de Fort', comes Albemarl', quando habuit custodiam castri nostri de Sauvere, per voluntatem suam ipsum abbatem injuste et sine judicio disseisivit de una acra et una roda prati sub eodem castro et aliter in manum nostram non devenit, tibi precipimus quod de predicto prato eidem abbati plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Rex [custodibus *erased*] custodi domorum suarum de Wudestok', salutem. Precipimus tibi quod venationem nostram que cariabitur usque Wudestok', de quacunque parte veniat, recipias per tallias ita quod inde possis respondere, et eam salvo custodias donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Octobris.

Rex concessit probis hominibus Oxonie licentiam eligendi sibi majorem, et mandatum est eis quod talem sibi eligant majorem qui ad hoc idoneus sit.

Rex J. Byset, justiciario foreste, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere ballivis nostris de Fecham meremium in parco nostro

1240.

ibidem vel extra parcum, videlicet sexdecim quercus vel plus vel minus quantum necesse fuerit, ad bayas vivarii nostri ibidem reparandas. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Octobris.

Rex ballivis suis de Chiltham, salutem. Sciatis quod commisimus venerabili patri P. Herefordensi electo, manerium nostrum de Chiltham cum pertinentiis, tenendum de nobis ad firmam usque in v. annos completos a festo Sancti Michaelis anno xxiiij., et ulterius si nobis placuerit, reddendo inde nobis per annum sexaginta et x. libras, videlicet unam medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Et ideo vobis mandamus quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam seisinam ei habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Octobris. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Finibus.*

Rex ballivis suis de Brikestok'. Sciatis quod commisimus probis hominibus nostris de Brikestok' manerium nostrum de Brikestok' cum pertinentiis tenendum de nobis ad firmam usque in v. annos completos a festo Sancti Michaelis anno xxiiij., et ulterius si nobis placuerit, retento in manu nostra instauro in eodem manerio invento, reddendo inde nobis per annum xl. libras, videlicet unam medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Et ideo vobis mandamus quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam seisinam eis habere faciatis, retentis in manu nostra bladis nostris in eodem manerio inventis simul cum instauro predicto, sicut predictum. Teste rege ut supra. Et mandatum est Waltero de Tywe quod illud recipiat. [*Cancelled, as above.*]

Rex custodibus vinorum suorum apud Windles', salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere Engelardo de Cygoyny unum dolium vini, de dono nostro. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Octobris.

Mandatum est Johanni Gubaut et sociis suis [quod] si aliqua dubietas emergat in assisa mortis antecessoris quam Willelmus de Alneto aramiavit versus [Philippum de *erased*] Henricum de Baylol et Loram uxorem ejus, Petrum de Maune et Christianam uxorem ejus, David Cumin et Ysabellam uxorem ejus, et Henricum de Holewell' de tenemento in Holewell' et Hertfordingebir', venire faciant coram rege apud Westmonasterium in crastino Sancti Martini [et] partibus diem prefigant quod tunc sint recepturi de assisa illa quod jus dictaverit. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Octobris.

[m. 1.] Rex Johanni Byset, justiciario foreste, salutem. Mandamus vobis quod per visum forestariorum et viridariorum in foresta nostra, ubi vicinius et ad minus nocumentum fieri poterit, habere faciatis ballivis nostris de Clive meremium sufficienter ad capellam et garderobam nostras de Clive et baias de vivario nostro de Brikestok' reparandas, ita quod pro defectu maeremii opera illa non remaneant imperfecta. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris.

Rex commisit Willelmo de Boell' manerium de Keten' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, et mandatum

1240.

est Warnero Engain' quod de predicto manerio plenam seisinam ei habere faciat de predicto manerio (*sic*) sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Mandatum est ballivis de Tanton' quod faciant habere Hugoni de Vivon' iij. damos de lardario regis, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod faciant habere j. dolium vini ad opus Thome de Newerc' et unum dolium vini ad opus Willelmi de Sancto Edmundo. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Precipimus tibi quod, si Thomas la Veille excepit se a fine illo quem homines comitatus tui fecerunt coram justiciariis nostris nuper itinerantibus in predicto comitatu ut possent sine occasione placitare, tunc non distringas ipsum Thomam nec distringi permittas ad participandum in fine predicto set finem illum [habeas *erased*] ab aliis de comitatu reddi facias. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Mandatum est Johanni Biset quod per forestarios et viridarios de foresta de Blakemor' et alios discretos et legales homines diligenter inquiri faciat si Alvredus de Linc' vel aliqui predecessorum suorum aliquo tempore aliquid dederunt pro expeditatione canum aut canes suos infra forestam predictam habuerunt expeditatos, et si per inquisitionem illam invenerit quod idem Alvredus vel aliqui predecessorum suorum nullo tempore aliquid pro expeditatione canum dederunt vel canes expeditatos habuerunt, tunc ipsum Alvredum de demanda quam ab eo exigit pro expeditatione predicta quietum esse faciat et eum decetero inde pacem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Rex Waltero de Deneford', senescallo Johannis de Nevill', salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Simoni, decano Cestrie, tria fusta in forinseco bosco nostro de Brikestok', de dono nostro. Teste ut supra.

Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod perdonavimus Gille filie Ricardi Walerond' ij. marcas quas debebat Leoni, Judeo Oxonie. Et ideo vobis mandamus quod ipsam quietam inde esse faciatis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Salop' quod vina regis que sunt apud Brug' vendi faciat, et denarios inde provenientes salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit.

Rex custodi terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc', salutem. Precipimus tibi quod elemosinas quas abbas de Kirkestal percipere consuevit tempore predicti J. de dono predecessorum suorum, eidem abbati sine difficultate reddi faciat: similiter etiam omnibus aliis quibus alique elemosine annue debentur de dono predicti comitis vel predecessorum suorum sicut eas percipere consueverunt tempore predicto. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Octobris.

1240.

Rex eidem, salutem. Precipimus tibi quod tria quarteria frumenti que Muriel reclusa apud Camshal' annuatim percipere consuevit de dono comitis eidem Murieli sine difficultate reddi facias sicut ea tempore predicti comitis percipere consuevit. Teste ut supra.

Quia constat regi per inquisitionem quam ante fieri fecit quod ille xxx. solidate redditus quas prior et conventus de Norton' percipere consueverunt singulis annis de manerio de Souerby de elemosina constituta extente fuerunt in assignatione terrarum quas Matildis que fuit uxor ipsius comitis habet in dotem, mandatum est Nicholao de Mol' quod eidem priori predictas xxx. solidatas redditus . . . . . . faciat, et predicte Matildi xx. solidatas redditus alibi extendi faciat in terris que fuerunt predicti comitis in ballia sua. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

Rex commisit Frang' de Bren' castra de Sandal' et Cunigeburg' custodienda quamdiu regi placuerit, et mandatum est Henrico de Neketon' quod castra illa ei liberet.

Mandatum est Ricardo le Munfichet quod permittat priorissam de Campisse capere maeremium in bosco suo proprio de Dyham' ad edificationem domorum suarum, ita tamen quod maeremium illud capiatur sine vasto ejusdem bosci. Teste rege apud Rading', xxj. die Octobris.

Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus [Robertum *erased*] Wybertum de Rue c. solidos de fine quem nobiscum fecit pro custodia et maritagio fil[ie] et heredis Stephani de Ferenberg' et custodia terrarum ejusdem Stephani ; et mandatum est eisdem baronibus quod predictum Wibertum de predictis c. solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Rading' ut supra.

Rex eisdem, salutem. Sciatis quod perdonavimus Roberto Aguylun c. et decem solidos que (*sic*) exiguntur de episcopo Elyensi per summonitionem Scaccarii de scutagio nostro Britannie et pro quibus c. et x. solidis solvendis idem episcopus distringit predictum Robertum ; et mandatum est eisdem baronibus quod tam predictum episcopum quam predictum Robertum quietos inde esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Octobris.

Rex perdonavit priori de Legh' j. marcam per quam finem fecit cum rege pro habendo quodam recordo coram rege ; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Rex Petro de Wakering', ballivo de Tamton', salutem. Mandamus vobis quod omnes denarios quos habere poteritis in ballia vestra, tam de redditibus, venditionibus bladorum, quam aliis exitibus, venire faciatis ad nos liberandos in garderoba nostra.

Rex concessit Johanni Maunsel, clerico suo, terram de Hildisl' que fuit Magistri Simonis Normanni ad se sustentandum in servicio regis

1240. quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Johanni de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading', xxiiij. die Octobris.

Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, quod sine dilatione faciat habere monialibus de Garinges unam cuppam precii trium marcarum, de dono regis, ad zonam Beate Marie in [ea] imponendam. Teste rege apud Walingeford', xxv. die Octobris. [*Cancelled*] *Quia breve illud redditum fuit; et factum inde fuit breve de Liberate.*

Rex Roberto de Lexinton', salutem. Sciatis quod concessimus R. fratri nostro, comiti Cornubie et Pictavie, hac vice, omnia amerciamenta et omnes fines de itinere vestro in comitatu Rotelaund'. Et ideo vobis mandamus quod extractas amerciamentorum illorum et finium Ricardo de Turry, senescallo predicti comitis, habere faciatis. Teste ut supra.

Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod distringant Judeos ad reddendum regi debita que clara sunt et que solvisse debuerant in festo Sancti Michaelis proximo . . . . fine quem cum rege fecer . . . . tercia parte catallorum suorum. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' et . . . . quod venire faciat ad regem austurcum que est apud Castelacre, vel alibi, quem comes Warann' domino regi legavit.

Rex camerario suo Lond' . . . . . . Precipimus tibi quod de vinis nostris de prisa que sunt in custodia tua facias habere Imberto Pugeis duo dolia vini, de dono nostro. Teste ut supra.

Mandatum est forestariis [et vi]ridariis de Whichewud' quod faciant habere ballivo de Wudestok' buscam cariandam usque Wudestok' ad ardendum ad opus regis. Teste rege apud Wudes', . . vij. die Octobris.

Rex W. de Haverh[ull' thesaurario] suo, salutem. Mandamus vobis quatinus, visis litteris, fieri faciatis centum et quinquaginta cereos ponendos in abbacia de Westmonasterio ad ardend . . . . Lune festo O[mnium Sanctorum] et sequenti die dominica in solempnitate purificationis regine nostre, et sequenti die Lune in divinorum celebratione pro salute anime W. electi . . . . . . nculi nostri, ... lam nostram apud Westmonasterium in predicto festo Omnium Sanctorum pauperibus impleri et eos pasci faciatis, et pro anima predicti electi predicta d . . . . tis . . . . [c]ivitatem Lond' prout melius videritis expedire, et cum custum quod ad hoc posueritis scierimus breve nostrum de Liberate vobis habere faciemus. T . . . . tok . . . . . [*Cancelled*] *Quia breve redditum fuit et factum est inde breve de Liberate in anno xxv.*

1239.
[m. 21*d*.] Mandatum est justiciariis de Banco quod non obstante eo quod baillivi de Wich' protulerunt cartam J. regis, de villa de Wich' de rege tenenda ad firmam, justiciam exhibeant tam baillivis illis quam priorisse

1239.

de Westwud' in contentione mota coram eis quare baillivi predict ceperunt thelonium et alias consuetudines ab ipsa priorissa in villa de Wich' contra libertates suas. Teste rege apud Wudestok', iij. die Novembris.

[m. 20*d.*] *Norf'.*—Hawysia uxor Roberti de Chynham attornavit Willelmum de Chynham contra Willelmum de Englefeld' de terra in Bynetr'.

Oxonia.—Hawisia predicta attornavit eundem Willelmum contra eundem Willelmum et Alanum Basset de medietate feodi dimidii militis in Shyplak'.

Hereford'.—Abbas de Cormeylles, tenens, attornavit Nicholaum de Cantilupo, monachum suum, et Willelmum de Capella, monachum suum, versus abbatem de Glouc' de manerio de Kyngeston'.

Rex etc. Thome de Langel', salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Wodestok' quod cum ipsi tanquam de caro manerio nostro intendentes esse debeant custodi suo et respondentes, tu eos attachiari facis ad veniendum ad swonymotum tuum et ab eis exigis chyminagium et consuetudines quas facere non debent nec consueverunt. Et ideo tibi precipimus quod, cum ipsi et eorum bona nostra sint ad voluntatem nostram, pacem eis habere permittas de omnibus attachiamentis et demandis, et nos in proximo adventu nostro ad partes illas secundum quod coram nobis ostendere poteris, tibi habere faciemus quicquid in predicto manerio de jure habere debetis. Teste, etc.

[m. 19*d.*] Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia pro certo audivimus quod E. Cantuariensis archiepiscopus, ad exheredationem nostram et grave prejudicium corone et dignitatis nostre nuper accessit personaliter usque Maydenestan' et nobis invitis, appellantibus et prohibentibus, ibidem locum ubi ecclesiam prebendalem construere proposuit benedixit, assignando loca in quibus construenda sunt edificia canonicorum, tibi precipimus firmiter injungentes in fide qua nobis teneris quod per totam balliam tuam clamari facias et firmiter super vitam et menbrum prohiberi ne aliqua persona laica de operatione quam dictus archiepiscopus construere proposuit in aliquo, ligna vel lapides carriando vel aliquid auxilium vel consilium prestando sive operando, se intromittat. Et si aliquem laicum contra hanc prohibitionem nostram inveneris aliquid attemptantem, corpus ipsius capias et in prisona nostra salvo custodias donec aliud inde tibi preceperimus, taliter hoc preceptum nostrum executurus ut si te in hac parte neggligentem audierimus, ad te nos graviter capere debeamus tamquam precepti nostri contemptorem. Teste rege apud Clarend', xxiiij. die Novembris. Per ipsum regem et consilium suum.

Rex Drogoni de Barentin et Willelmo Hardel et aliis procuratoribus suis in curia Romana agentibus, salutem. Cum ad comodum et utilitatem dilecti avunculi et fidelis nostri Thome, comitis Flandrie, tam per nos quam per nostros laborare disponamus, vobis presentium tenore injungimus mandantes districte quod ejus procuratoribus ad curiam accedentibus in hiis que ad ipsum comitem pertinere videbuntur

1239. totis viribus assistatis, et ejus negocia quatenus per vos fieri poterit promovere curetis, proviso quod occasione privilegii Anglicis concessi ne ad partes transmarinas seu extra regnum Anglie trahantur in causam nichil contra ipsum comitem nomine nostro impetretur quominus in causa que inter nobilem virum P. quondam comitem Britannie, et S. de Monte Forti vertitur in partibus transmarinis coram judice suo procedatur. Nos enim pro eo quod causa illa prefatum comitem Flandrie velud eum cujus res agitur tangit, magis eligimus quo ad causam illam privilegio renunciare predicto, cum protestatione tamen que ad ejus observationem in aliis causis videbitur necessaria, quam comitem prefatum in ipsius impedire processu. Vos igitur in hac causa nichil contra ipsum impetretis nec quantum per vos fieri poterit impetrari permittatis. Nolumus enim, si super hoc nostro nomine aliquid fuerit impetratum, quod eo ad impedimentum sue cause aliquis utatur. Teste apud Clarend', viij. die Decembris. [*Fœdera.*]

Mandatum est vicecomiti Dors' quod fieri faciat perambulationem inter terram Nicholai de Molis in Cnouton' et terram Roberti de Bosco in Felipeston. Teste rege apud Micheldevr', xxvj. die Decembris.

1240.

[m. 17*d.*] Rex vicecomiti Surr', salutem. Quia ex testimonio litterarum venerabilis patris E. Cantuariensis archiepiscopi, accepimus quod Robertus, rector ecclesie de Clandon', Henricus et Matheus, clerici, quos tanquam excommunicatos et incorrigibiles ad petitionem prefati archiepiscopi per te capi et per corpora sua justiciari precepimus, jam per eundem archiepiscopum a prefata sentencia sunt absoluti, tibi precipimus quod eosdem a prisona in qua ob causam predictam detenti sunt sine dilatione deliberes. Teste apud Westmonasterium, xxviij. die Januarii.

[m. 16*d.*] Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Norf' quod loquelam, que summonita est inter Robertum de Boyton', petentem, et Radulfum de Blunvill', tenentem, de una carucata terre cum pertinentiis in Glemham, unde idem Radulfus vocavit priorem de Thefford' ad warantum, ponant in respectum usque in xv. dies a festo Sancte Trinitatis anno xxiiij. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Februarii.

Linc'.—Mandatum est R. de Lexinton' quod ex sociis suis aliquem idoneum ad certum diem usque Linc' mittat ad gaiolam Linc' deliberandam citra Quadragesimam, et assignet ei socios de comitatu Linc'.

Hybernia.—Robertus de Wyton' attornavit Rogerum Blaunchard' contra Alanum le Bret de terra in Gnoileston', et contra Walterum Cor et Aliciam uxorem ejus de terra in Gnoileston', et contra episcopum Middensem et alios de tenementis in Gnoileston' et Damselston'.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod faciat perambulationem inter terram Bartholomei Peche in Eling' et terram Willelmi de Siffrewast' in Hamsted'.

1240.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris et sicut te ipsum et omnia tua diligis venire facias ad loca certa et ad dies certos, sicut commodius fieri poterit, omnes liberos homines de ballia tua etatis xij. annorum et supra, et eos omnes coram te jurare facias, ita quod hec sit forma juramenti sui, scilicet quod ipsi, salvo homagio et fidelitate nostra qua nobis tenentur et cui in vita nostra nullo modo renunciare volumus, fideles erunt Edwardo filio nostro primogenito, ita quod, si de nobis humanitus contigerit, eidem tanquam heredi nostro et domino suo ligio erunt fideliter intendentes et eum pro domino suo ligio habentes. Et talem circa hoc adhibeas diligentiam ut inde merito debeas commendari. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiiij. die Februarii anno regni nostri xxiiij.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus.

[m. 15*d*.] Dominus rex assignavit Magistrum Walterum de Dya ad custodiendum Eadwardum filium suum una cum Hugone Gyffard', milite, ita quod ipse Magister recipiet denarios domini regis ad expensas predicti Eadwardi et eos expendet per visum predicti Hugonis, et recipiet jocalia predicti Eadwardi et ea custodiet, et tam de jocalibus illis quam de supradictis expensis respondebit. Ita etiam quod ipsi qui ingredientur ad videndum predictum Eadwardum ingredientur de conscientia predicti Magistri. Et ipse Magister stabit sumptibus domini regis cum duobus equis et uno armigero et duobus garcionibus. Hanc custodiam recepit predictus Magister tertiodecimo die Marcii apud Wyndes', anno regni ejusdem regis vicesimo quarto.

Hybernia.—Willelmus de Camvill' attornavit Robertum de Rupe et Rogerum Page contra Walterum filium Philippi et Margaretam uxorem ejus, petentes, et contra abbatem de May.

[m. 14*d*.] Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia in litteris nostris quas tibi misimus de fidelitate facienda Edwardo filio nostro primogenito continebatur quod nomina eorum qui fidelitatem illam facerent scribi faceres et nobis significari, nec volumus quod eorum nomina scribantur occasione predicti mandati, tibi precipimus quod de predictis nominibus scribendis in nullo te intromittas set predictam fidelitatem in forma quam tibi mandavimus fieri facias ab omnibus tam liberis quam villanis etatis xij. annorum et supra et ab omnibus servientibus domuum religiosarum et omnibus mercatoribus in baillia tua commorantibus seu receptaculum habentibus, ita quod forma juramenti sui eadem sit que in priori mandato nostro fuerat contenta, et taliter te circa hoc habeas quod inde merito possis et debeas commendari. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

[m. 13*d*.] Memorandum quod Radulfus Basset et Ricardus de Wrotham itinerabunt cum Johanne Byset ad placita foreste a die Pasche in tres septimanas in comitatu Norhamt'.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram prioris de Bomine in Bomine et terram Walteri de Woscayre in Woscayre etc. Teste rege apud Abbendon', xxix. die Aprilis.

1240.

Mandatum est vicecomiti Staff' quod fieri faciat perambulationem inter terram Ricardi de Grendon' in Magna Barre et terram Ricardi de Barre in Parva Barre etc.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod Willelmum de la Legh', Johannem et Jacobum fratres suos, Thomam le Seeler de Dodeford, capiat et eorum corpora in prisona salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit, et inquirat diligenter qui fuerint plegii predictorum Willelmi, Johannis, Jacobi et Thome, de fidelitate coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu suo, et nomina eorum regi scire faciat. Teste rege apud Wud', ix. die Maii.

Memorandum de militibus qui sunt de familia regis vocandis.

Mandatum est baillivo comitis Ricardi de Berchamested' quod occasione defalte quam homines curie de Berchamested' fecerunt in eadem curia die quo summoniti fuerunt ad fidelitatem faciendam Edwardo filio regis, eos non occasionent (*sic*) ita quod in aliquo sint perdentes quia rex diem illum rex (*sic*) eis warantizat. Teste rege apud Wudestok', ix. die Maii.

Rex vicecomiti, salutem. Precipimus tibi quod occasione defaltarum quas illi de baillia tua coram te fecerunt qui summoniti fuerunt ad fidelitatem faciendam Edwardo filio nostro, nichil ab eis capias nec in aliquo eos occasiones, et si quod ab eis ceperis id eis sine dilatione reddi facias quia nolumus quod ea occasione sint perdentes, ita tamen quod nichilominus fidelitatem illam faciant. Teste rege apud —— ut supra.

[m. 11*d*.] Mandatum est vicecomiti Noting' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus, in propria persona occurrat vicecomiti Linc' ad diem et locum quos idem vicecomes ei scire faciet, ad faciendum perambulationem inter terram R. Lincolniensis episcopi, in Gretton' et Suthscarl' que est in comitatu suo, et terram magistri Milicie Templi in Anglia in Aycle et Northscarle et Swynderby, que est in comitatu Linc', ita quod perambulatio fiat per certas divisas et metas tam per predictos xij. milites de comitatu Noting' quam per xij. milites de comitatu Linc' quos vicecomes Linc' illuc venire faciet, quia predicti episcopus et magister posuerunt se coram rege in perambulationem illam; et scire faciat justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint per quas divisas et metas facta fuerit. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Junii.

Cornubia.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulationem inter terram Radulfi de Tynten in Trevinnoc' et terram Petri de Dinnesheall' in Dinneshal' etc.; fieri etiam faciat perambulationem inter terram ipsius Radulfi in Trevinnoc et terram Ricardi de Trennowic' in Bodynth'.

Rex assignavit Simonem de Hal ad itinerandum cum Roberto de Lexinton' et sociis suis in comitatu Ebor', et mandatum est eis quod ipsum ad hoc admittant. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Junii.

1240.

Johannes Byset, Rogerus de Essex', Radulfus Basset de Sapecot' et Ricardus de Wrotham, sunt justiciarii ad placita foreste in comitatu Oxon' a die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste in xv. dies. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Junii.

[m. 10d.] Quia Rogerus de Thurkylby constitutus est justiciarius una cum W. de Eboraco et sociis suis ad itinerandum ad omnia placita in comitatu Essex', propter quod loquela que est inter Walterum de Louthorp', petentem, et prefatum R. tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Swathorp' et xij. acris prati in Louthorp' coram R. de Lexinton' in comitatu Ebor' interesse non potest, mandatum est predicto R. quod loquelam illam ponat coram eo in itinere suo in comitatu Warewic'. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Junii.

Mandatum est W. de Eboraco quod omnes loquelas motas coram eo versus Magistrum Radulfum de Neketon' et omnes loquelas quas idem Magister movit coram eo versus alios ponat de die in diem donec idem Magister loquelis illis possit interesse.

Rex vicecomiti Huntend', salutem. Cum, sicut audivimus, dilectus nobis Magister W. de Arundell', archidiaconus Huntend', tractatum quendam fecerit de conversione Judeorum, ad cujus interpretationem necesse habet alicujus boni interpretis Judei consilium et auxilium invocare, precipimus tibi quod quemcumque Judeum prefatus archidiaconus ad hoc habere voluerit, ipsum permittas in comitatum tuum inducere et cum ipso ad hoc faciendum morari. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Junii.

Rex vicecomiti Norhamt', salutem. Scias quod assignavimus dilectos clericos nostros Jeremiam de Caxton' et Willelmum Hardel ad inquirendum de catallis et debitis Judeorum per totam bailliam tuam, tam per apertionem archarum que signate sunt per preceptum nostrum quam modis aliis quibus viderint expedire ad commodum et utilitatem nostram. Et ideo tibi precipimus firmiter injungentes quod sicut te ipsum diligis certis die et loco quos predicti clerici nostri tibi scire facient in propria persona tua venias coram ipsis et omnes servientes de baillia tua et tot homines de singulis villis mercandis et burgis et aliis villis forinsecis tam infra libertates quam extra de comitatu tuo quot tibi scire facient per litteras suas, similiter et majores, baillivos, cyrographarios et eorum clericos, et alios probos et legales homines, in quorum presentia arche predicte signate fuerunt per preceptum nostrum, venire facias coram eis ad ipsos certificandos per sacramentum suum super hiis que ex parte nostra ab eis inquirent secundum certa capitula que eisdem clericis nostris injunximus tibi et predictis baillivis et aliis probis hominibus exponenda. Taliter autem et tam diligenter predictis clericis nostris ad predictum negocium exequendum modis omnibus quos tibi scire fecerint intendas quod tibi non possit imputari si aliquid nobis depereat de negocio nostro eis injuncto, propter quod ad te nos graviter capere debeamus. Ad hoc tibi precipimus quod nomina singulorum Judeorum et Judearum de baillia tua qui fuerint xij. annorum et amplius, et maxime

1240.

Judearum tam viduarum quam aliarum viros non habentium, predictis clericis nostris scire facias et corpora eorundem Judeorum et Judearum coram ipsis habeas cum tibi mandaverint, et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebr', Linc', Ebor', Noting', Bedef', Nortf', et Suff'.

[m. 8*d*.] *De mercatoribus transmarinis.*—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Mandamus vobis quatinus omnibus mercatoribus ultramontanis existentibus Lond' ex parte nostra firmiter inhibeatis ne ultra unum mensem, mense illo a die Sanctorum Petri et Pauli computato, in regno nostro morentur, et eisdem mercatoribus ex parte nostra firmiter injungatis quod idem sociis suis scire faciant, ubicunque sint in regno nostro, quod pacem nostram non habebunt ultra terminum supradictum si in regno nostro morantur. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxx. die Junii.

De mercatoribus transmarinis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod permittant mercatores Romanos, Bonon' et Aymer Cose et Frankettum, mercatores Florent', et alios mercatores ejusdem civitatis, non obstante precepto regis de mercatoribus transmontanis ejiciendis a regno, sine impedimento moram facere in Anglia usque ad festum Sancti Martini anno xxv. Teste rege apud Cantuariam, xiiij. die Julii.

De passibus boscorum elargendis.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia datum est nobis intelligi quod propter spissitudinem quorundam boscorum de baillia tua et passuum artitudinem, per quos communis transitus hominum habetur, dampna non modica inferuntur per passus et boscos illos transeuntibus tam in rebus quam corporibus suis, ne malefactoribus in predictis boscis latitantibus relinquatur oportunitas malefaciendi, tibi precipimus quod pro conservatione pacis nostre scire facias omnibus de baillia tua qui hujusmodi boscos habent per quos communis habetur transitus, et ubi necesse est quod predicti passus elargentur, et ex parte nostra eis firmiter injungas quod de boscis suis predictis infra terminum competentem, quem eis prefigas, tantum prosternant et passus predictos elargent quod liber et securus transitus pateat omnibus per partes illas transeuntibus sine dampno rerum et corporum suorum, quod si forte facere noluerint, tu id ex boscis ipsis sine dilatione fieri facias, taliter hoc mandatum nostrum executurus ne si contingat aliquem pro defectu tui in partibus predictis super rebus aut corpore suo periculum incurrere, ad te graviter simul et illos quorum bosci predicti sint nos capere debeamus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vice comiti Sussex'.

Forma de militibus faciendis.—Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi quod per totam balliam tuam in singulis bonis villis et similiter in pleno comitatu tuo clamari facias quod omnes illi de comitatu tuo qui tenent feodum militis integrum vel etiam minus quam feodum integrum, dum tamen de tenemento suo tam militari quam soccagio possint sustentari et milites non sunt, sicut tenementa sua diligunt citra festum Omnium Sanctorum anno regni nostri xxv. arma

1240.

capiant et se milites fieri faciant. Et si qui fuerint tales qui citra terminum illum se milites fieri non fecerint, omnia nomina eorum statim a termino illo et quantitatem et valorem tenementorum suorum nobis scire facias. Teste rege apud Lewes', xxv. die Julii.

Similiter scribitur omnibus vicecomitibus.

Norhumbria.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod [extendi *erased*] fieri faciat perambulationem [inter] terram Johannis de Baillol in Silvingdon' et terram Johannis de Hamelton' in Hamelton etc.

[m. 6*d.*] Hugo de Polsted', quem Johannes Gaymer vocavit ad warantum in assisa de morte antecessoris coram rege, attornavit coram rege Henricum le Bretun, clericum.

[m. 4*d.*] [*Schedule*] Sciant presentes et futuri quod ita convenit inter dominum H. regem Anglie illustrem, ex una parte, et David' filium Lewelyn, quondam principis Norwall' et domini de Abberfrau, ex altera, apud Glouc' die Martis proxima ante festum Sancti Dunstani anno regni ipsius regis vicesimo quarto, de homagio ipsius David' quod ipse offerebat eidem domino regi pro jure suo Norwall' et de terris quas barones ipsius domini regis, scilicet Griffinus filius Wenunwan et alii barones domini regis, petebant versus ipsum David' ut jura sua, excepta terra de Monte Alto secundum quod continetur in scripto nuper confecto apud Crucem Griffini per senescallos domini regis que ad presens excipitur ab arbitrio, salvo tamen in posterum jure senescalli Cestrie in terra illa, si quod habet, scilicet quod predictus dominus rex cepit homagium prefati David' de predicto jure suo Norwall', et quod tam idem dominus rex pro prefatis baronibus suis de consensu eorundem quam prefatus David pro se et suis et heredibus eorum super omnibus terris predictis se submiserunt arbitrio venerabilium patrum O. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconi Cardinalis, apostolice sedis legati, Wigorniensis et Norwicensis episcoporum, et nobilis viri R. comitis Pyctavie et Cornubie, fratris ipsius domini regis, et Johannis de Monem' ex parte ipsius domini regis, et venerabilis patris episcopi de Sancti (*sic*) Asaph, Idinevet Vaghan, Eynguan Vaghan ex parte prefati David, ita quod quomodo ab ipsis omnibus vel a majori parte eorundem super premissis fuerit arbitratum utraque pars ipsorum stabit arbitrio et illud in perpetuum firmiter observabit. Et ad hec fideliter et sine fraude servanda Willelmus de Cantilupo de precepto regis juravit in animam ipsius regis et idem David' in propria persona sua corporale prestitit sacramentum. Et insuper se submiserunt jurisdictioni et ordinationi prefati domini legati quamdiu in Anglia legationis fungatur officio ut partem contra premissa venientem per censuram ecclesiasticam modis omnibus quibus melius viderit expedire tam ad predictum arbitrium observandum quam ad transgressionem contra illud perpetratam emendandam valeat cohercere, ordine juris observato. Dum tamen idem David vel sui, si forsitan contra predicta venire presumpserint, prius coram dicto domino legato vel aliquibus aliis ad hoc ab ipso deputandis et partibus merito non suspectis in confinio March' loco eidem David' et suis tuto legittime connitantur, si ad hoc vocati venerint, vel si legittime vocati non venerint, pro contumacibus habeantur nisi rationabile et

1240.

sufficiens habeant impedimentum; finite (*sic*) vero predicte legationis officio sub forma prescripta, cohercioni et jurisdictioni domini Cantuariensis archiepiscopi et successorum suorum et ecclesie Cantuariensis se partes predicte submiserunt. Et sciendum quod per hanc pacem remanent domino regi et heredibus suis omnia homagia baronum Wallie quieta et remittuntur omnia incendia, homicidia, et alia mala tam ex parte Anglicorum quam Walensium perpetrata, ita quod ad invicem plene reconcilientur, salvo prefato David jure suo si quod habet in aliis terris. Et si forte aliquis predictorum arbitrorum ante hoc arbitrium completum in fata decesserit vel per impedimentum rationabile predicto arbitrio faciendo non possit interesse, alius loco suo substituetur qui neutri partium merito suspectus habeatur. Ad hec prefati episcopus de Sancto Asapho, Idenevet' et Ignan', et Griffinus filius Rotherith' prestiterunt sacramentum quod quantum in eis est predicta fideliter observabunt et ab ipso David et suis modis omnibus quibus poterunt facient observari. Ad majorem autem hujus rei securitatem factum est hoc scriptum inter ipsos regem et David' in modo cyrographi, ita quod parti remanenti penes ipsum dominum regem appositum est sigillum ipsius David' una cum sigillis predictorum episcopi de Sancto Asapho, Idenevet, Ignan, et Griffini, et parti penes ipsum David' remanenti appositum est sigillum domini regis. Hiis testibus, venerabilibus patribus O. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diacono cardinali, apostolice sedis legato, W. Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi, W. Wigorniensi, et W. Norwicensi episcopis, R. comite Pictavie et Cornubie, fratre domini regis, venerabili patre episcopo de Sancto Assapho, W. de Cantilupo, Amaurico de Sancto Amando, senescallis nostris, Johanne Extraneo, Edenewet Wathan, Griffino filio Retherith', David, archidiacono de Sancto Assapho, et aliis.

[m 3d] Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod duodecim milites qui nuper fecerunt recognitionem magne assise nostre coram justiciariis nostris itinerantibus apud Dublin' inter abbatem Sancti Thome Dublin', petentem, et Nicholaum de la Felde, tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinentiis in Kylrethelin, in qua quidem recognitione idem Nicholaus queritur sibi fuisse injuriatum, venire facias coram nobis in proximo adventu nostro ad partes Hybernie ad certificandum nos sine occasione super hiis que a prefatis militibus inquiremus prefatam recognitionem contingentibus. Et summoneatis per bonos summonitores predictum abbatem quod tunc sit coram nobis ad audiendum ea que a predictis militibus inquiremus, taliter vos habentes in executione hujus mandati nostri ne pro defectu vestri remaneat certificatio predicta quam super recognitione predicta inquirere proposuimus. Et habeas ibi summonitores, nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Septembris.

Memorandum quod mandatum est vicecomiti Wigornie quod distringat burgenses Wigornie pro xx. libris regi reddendis de perquisitis mercati ibidem, ita quod rex eos habeat in crastino Sancti Michaelis anno xxiiij., et quod vicecomes predictus tunc sit coram rege auditurus judicium suum de eo quod non habuit dictos denarios in crastino Nativitatis Beate Marie, sicut rex ei precepit.

1240.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suhamt' quod distringat Walterum le Flemeng' pro c. libris, et Benedictum Ace pro x. libris, de fine quem fecerunt coram rege apud Merewell', et quod distringat homines Suhamt' quod reddant regi in crastino Sancti Michaelis pro duobus doliis vini de fine facto coram fratre G. et Paulino Peyvre pro quodam judicio relaxando, et distringat Johannem le Flemeng, Henricum Farham, Simonem le Taverner, Willelmum Theobald', Henricum Brian', Hugonem de Porta, Radulfum Dauwe, Walterum de Glouc', Willelmum Reymund, et Michaelem de Ambl', quod tunc sint coram rege ad faciendum finem de misericordiis in quas inciderunt coram iisdem illuc missis, et quod idem vicecomes tunc sit coram rege ostensurus quare primum mandatum suum non est executus.

Mandatum est vicecomiti Hereford' quod, assumptis secum duobus de discretioribus militibus de visnagio Hereford', inquirat si assisa panis et cervisie custodita fuerit in villa Hereford' sicut custodiri debet, et, si invenerit quod non fuerit observata, id sine dilatione faciat emendari, transgressores castigando secundum legem et consuetudinem regni. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Septembris.

Pro baronibus Quinque Portuum et pro hominibus de Jernem'.—Rex baronibus portus Hasting', salutem. Sciatis quod cum Johannes Page, Johannes Mercator, Andreas Colebraund, Henricus Boydyn, Willelmus Beaufyz, Thomas filius Godefridi, Paulinus de Winchel', Willelmus Alard, et Johannes Alard fuissent nuper in presencia nostra constituti, manceperunt una cum quibusdam aliis de portubus de Rumenal, Heth', Dovr', et Sandwic', quod instantes nundinas de Jernem' hujus anni regni nostri xxiiij. salvo custodient, ita quod si contingat pacem nostram per aliquos de quinque portubus in predictis nundinis perturbari, singuli predictorum qui hoc manuceperunt respondebunt de transgressione eorum qui fuerunt de portu suo proprio et non de alieno. Et ideo vobis mandamus quod singuli vestrum qui ad nundinas predictas accedere proponitis sic caute ibidem vos geratis quod per vos non possit materia dissentionis oriri vel pax nostra debeat in aliquo perturbari, scituri quod si de aliquo vestrum contingat ad nos justam deferri querimoniam pro transgressione in predictis nundinis facienda, non solum ad ipsos qui predictas nundinas custodire manuceperunt set ad vos graviter nos capiemus. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Septembris.

Eodem modo scribitur baronibus Dovr', Sandwic', Heth', Rumenal.

Rex Johanni Extraneo, salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum venerabili patre episcopo de Sancto Asapho et Johanne de Monem' et Waltero de Clifford' ad audiendum contentiones ortas inter G. comitem Mar', ex una parte et Maylgum filium Mailgum ex altera de terris et tenementis hinc inde occupatis et ad inquirendum de rectis divisis inter terram castri de Cardigan' et terram prefati Mailgum, et tam de jure quod prefatus Mar' habet in terris unde contentio orta est quam de jure ipsius Mailgum in forma quam prefato Johanni de Monem' liberari fecimus. Et ideo vobis mandamus

1240.

quatinus nullatenus omittatis quin, dimisso castro de Muntgumery in salva custodia, prefatis sociis vestris apud Kardigan occurratis a die Sancti Michaelis in unum mensem ad prefatum negocium exequendum. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Septembris.

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia xij. legales et discreti homines de hundredis de Calehull', Thenham, et de Bucton', satis sufficiunt ad certificandum nos de recordo judicii quod factum fuit in hundredo E. Cantuariensis archiepiscopi, de Calehull' de iij. hominibus suspensis contra libertatem monachorum Sancte Trinitatis Cantuarie, ut dicunt, una cum militibus qui interfuerunt recordo predicto, tibi precipimus quod plures quam xij. discretos et legales homines una cum predictis militibus cum recordo predicto coram nobis venire non facias ad diem ad hoc prefixum, nec alios de hundredis predictis vexes occasione predicta. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. (*sic*) die Septembris.

Rex vicecomiti Suff', salutem. Scias quod Johannes de Govel' fecit nos securos per Stephanum de Clamford', Philippum de Cofl' et Johannem de Cofl' qui sunt de comitatu Middels', Hugonem de Drimar [et] Rogerum de Scaccario qui sunt de comitatu Oxonie, et Ricardum le Rus qui est de comitatu Sussex', ad standum recto super appello quod Thomas Crawe fecit versus eum in comitatu tuo de pace nostra fracta . . . . . cujus appelli se subtraxit. Et ideo tibi precipimus quod predictum Johannem per predictam securitatem in ballia tua in pace stare permittas usque ad adventum justiciariorum vel donec aliud inde tibi preceperimus. Teste rege ut supra.

[m. 2*d*.] Rex David' filio L. quondam principis Norwall', salutem. Quia significastis nobis quod arbitrium faciendum inter vos et Rogerum de Mohaud alia vice remansit eo quod dominus legatus a latere suo neminem destinavit ad arbitrandum, scire vos cupimus quod idem dominus legatus missurus est ex parte sua usque ad hogam de Kynarton' in crastino Sancti Luce priorem de Wenloc' vel abbatem de Cumbremar' ad probationem vestram recipiendam. Quia volumus quod negocium predictum inter vos procedat sicut provisum est, nos quidem ad diem predictum mittemus justiciarium Cestrie loco nostro, et loco R. comitis Cornubie et Pictavie, Henricum de Aldithel', pro negocio memorato. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Octobris.

Breve placitorum de foresta.—Rex vicecomiti Bokingham', salutem. Summoneas per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, priores, comites, barones, milites et libere tenentes qui terras vel tenementa habent infra metas foreste nostre in ballia tua, quod sint coram Johanne Biset, capitali justiciario foreste, Radulfo Basset de Sapecot', Rogero de Essex', Ricardo de Harecurt apud Bokingh' in crastino Sancti Martini ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summoneas etiam de qualibet villa comitatus tui infra metas foreste nostre iiij. homines cum preposito et forestarios villarum, quod tunc sint ibi. Summoneas etiam omnes forestarios nostros et viridarios, tam illos qui modo sunt quam illos qui fuerunt forestarii et viridarii post

1240.

ultima placita foreste, quod ibi habeant omnia attachiamenta sua tam de viridi quam de venatione, videlicet tam de illis attachiamentis qui manent infra metas foreste nostre quam illis attachiamentis qui manent extra forestam post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt. Summoneas etiam omnes regardatores de ballia tua quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis sigillata, et agistatores quod ibi sint cum agistamentis suis, et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris.

Mandatum est constabulario de Grosso Monte et Albo Castro quod nullo modo receptari permittat David filium Yareford' vel alios Willelmi de Cantilupo inimicos nec eorum averia in ballia ipsius constabularii in terra regis, set si eos invenerit ipsos tanquam pacis regis perturbatores habeat. Mandatum est etiam eidem constabulario quod si predictus Willelmus vel ejus ballivi necesse habeant ad ejus auxilium ad ipsius inimicos gravandos, eis efficax auxilium impendat. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris.

Consimiles litteras habent Resus filius Griffini et Morganus de Karlyun.

Mandatum est Johanni de Munemuth' quod justiciet inimicos ejusdem Willelmi de Cantilupo, si eos invenerit, ad transgressiones illas erga predictum Willelmum ab eis factas emendendas.

Rex Ricardo de Harecurt, salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum Johanne Byset, justiciario nostro foreste, Rogero de Essex', et Vitale Engayne, ad itinerandum ad placita foreste in comitatu Bokinham', et ideo vobis mandamus quod in crastino Sancti Edmundi predictis sociis vestris occurratis apud Bokingh' huic negocio una cum eis talem diligentiam adhibentes quod grates inde speciales vobis scire debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Octobris.

Eodem modo mandatum est Vitale (*sic*) Engayne.

Mandatum est vicecomiti Salopie et Staff' quod faciat venire archiepiscopus, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes coram Roberto de Lexinton' et sociis ad diem et locum quos ei dicent.

[m. 1*d*.] Rex concessit Willelmo de la Launde respectum de armis capiendis et de se milite faciendo usque ad Pascha anno xxv., et mandatum est vicecomiti Linc' quod de milicia sua interim pacem habere permittat. Teste rege apud Rading', xxiiij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buking' pro Willelmo de Seint Cler' usque Natale Domini.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione clamari facias et firmiter prohiberi ex parte nostra ut nullus eat ad

1240.

riveandum in ripariis nostris in ballia tua que in defenso fuerunt tempore H. regis, avi nostri, et scire facias omnibus de comitatu tuo qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ad riparias illas quod provideant sibi de pontibus illis faciendis, ita quod prompti sint et parati in transitu nostro per partes illas. Teste.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Warewic', Leic', Cauntebr', Huntindon', Rotel', Norht', Bedef', Buk', Noting', Dereby', Glouc', Essex', Hertf', Dorset', Oxon', et Wilt'.

25 HENRY III.

1240.
[m. 19.] *Pro Johanne de Pless'*.—Rex custodibus vinorum suorum Oxonie, salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere Johanni de Plescet' unum dolium boni vini pro uno dolio novi vini quod vobis habere faciet ad mandatum nostrum. Teste rege apud Wudestok', xxix. die Octobris anno regni nostri vicesimo quinto.

Pro Ricardo filio Walteri.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Wilt', salutem. Ostensum est nobis quod cum Ricardus filius Walteri de Wik' et Walterus filius Agnetis de la Wes', infra etatem existens, colluderent, contingit quod, prefatus Ricardus predictum Walterum ictu cujusdam bachilli a manu sua evulsi per infortunium interfecit. Et ideo vobis mandamus quod, si per inquisitionem patrie vobis constare poterit prefatum Walterum per infortunium tantum et non per aliquam feloniam a prefato Ricardo fuisse interfectum, tunc predictum Ricardum de eo quod ad nos pertinet de morte predicta quietum esse faciatis, quia, si ita est, nos sectam nostram et quicquid ad nos pertinet occasione mortis predicte, ad instantiam dilecti nobis fratris Henrici Biset, monachi, prefato Ricardo perdonavimus, ita tamen quod stet recto si quis versus eum inde loqui voluerit. Teste rege apud Wudestok', j. die Novembris.

Pro abbate de Gresteng'.—Rex custodi terrarum que fuerunt Gilberti de Aquila salutem. Quia per inquisitionem quam fecisti per preceptum nostrum, accepimus quod abbas de Gresting' habere debet omnes libertates et omnia aisiamenta subscripta, et fuit inde semper in seisina, videlicet in foresta de Aisindon omnes boves suos de Wilminton' indefenso apud Brumighnoll' et per vj. septimanas in herbagio, et idem abbas debet habere husbot' et heibot' in foresta et in boscis apud Waldern' et de Lagdon' per liberationem et per visum forestariorum, et porcos suos in tempore pannagii et per sex septimanas, et secundam decimam garbarum de dominicis omnium maneriorum baronie de Aquila in rapo de Pevenness' in quascumque manus fuerint, et xxix. solidos sterlingorum ad festum Sancti Michaelis de decima redditus leucote (*sic*) de Pevenness' et decimam piscarie de Wilendon', set debet invenire j. hominem ad adjuvandum ad piscandum ibidem et ad percipiendum decimam, et debet habere decimam molendini de Wilendon' [et quandam porcionem salis in broco de Pevenness' secundum quod contingit per annum sal ibidem fieri *erased*] tibi precipimus quod eidem abbati omnes libertates et omnia aisiamenta predicta habere facias quamdiu predicta terra de Aquila fuerit in manu nostra, sicut ea habuit antequam predicta terra de Aquila devenit in manum nostram. Teste ut supra.

De castro de Colecestria.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, assumptis secum iiij. discretis militibus de visneto de Colecestria, videat in quo statu Ricardus de Munfichet recepit castrum illud. Teste rege apud Wudest', iij. die Novembris.

1240.

De saisina domus cujusdam Judei.—Rex vicecomiti Norf' et ballivis suis de Norwic', salutem. Sciatis quod domus (*sic*) que fuit Theor Judei de Norwic', suspensi pro circumcisione cujusdam pueri Christiani, dedimus Magistro Benedicto de Norwic,' salvo illis redditu de domo illa de quibus debet eam tenere. Et ideo vobis mandamus quod predicto Magistro Benedicto de domo predicta sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Wudestok', iij. die Novembris.

Pro Johanne Andreu.—Mandatum est constabulario Lond' quod si Johannes Andreu invenerit ei bonam securitatem quod in crastino Sancti Martini respondebit coram rege de areragiis que regi debet de tempore quo fuit ballivus de Winles' et de prisis suis quas fecit eo tempore et de querelis factis super eum, tunc ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro monialibus Stamford'.—Mandatum est Nicholao de Molis quod, si per inquisitionem quam fieri faciet regi constare posset quod moniales de Stanford' hucusque fuerunt in seisina xl. solidorum annuorum, quos W. quondam comes Waren', eis per cartam suam quam inde proferunt dedit percipiendos de quondam (*sic*) molendino in Wakefeld', tunc eis predictos xl. solidos singulis annis solvi faciat quamdiu predictum molendinum fuerit in custodia sua. Teste ut supra.

De vinis de prestito.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brug' quod de vinis regis faciat (*sic*) habere justiciariis proximo itineraturis in comitatu Salop' iij. dolia vini de prestito, videlicet Roberto de Lexinton' ij. dolia vini de prestito et Willelmo de Culewrth' et Roberto de le Hay j. dolium de prestito.

De baudekino empto.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod emi faciat quoddam baudekinum cum auro et inde fieri faciat quandam tunicam et dalmaticam cum largo aurifrigio et eas adeo bene et competenter parari quod rex honorifice eas possit habere ad Natale Domini, et cum rex scierit custum quod ad hoc posuerit ei breve de Liberate faciet habere. Teste rege apud Wudestok', iiij. die Novembris.

Pro priore de Chyrebyr'.—Rex constabulario castri de Mungumery, salutem. Precipimus tibi quod permittas priorem de Chyrebir' hoc anno de gratia nostra habere pasturam ad animalia et pecora sua infra honorem castri predicti ubi illam ad minus nocumentum habere possit, ita quod inde nobis nullum prejudicium inposterum oriatur. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex constabulario Divis', salutem. Precipimus tibi quod facias habere Waltero de Godarvill' duas quercus in foresta de Schipham ad focum suum, de dono nostro. Teste rege apud Wud', v. die Novembris.

De forisfacto perdonato.—Rex ballivis Sudht', salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo de Neubir' forisfactum unius dolii vini

1240.

nostri quod traditum fuit eidem Willelmo cariandum a Suhampt' usque Abbend', et quod fractum fuit et deperditum super carectam suam per infortunium; et ideo vobis mandamus quod ipsum inde pacem habere permittatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex Ricardo de Wrotham salutem. Mandamus vobis quod in ballia vestra faciatis habere Hugoni de Vivon' vj. damos. Teste rege apud Wudest', vj. die Novembris.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Reginaldus filius Stannard', captus et detentus in prisona apud Gipeswic' pro morte Galfridi Petipas, rettatus est inde odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Suff' quod si idem Reginaldus invenerit ei xij. legales homines qui manucapiant eum etc., tunc tradat eum etc.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Langelegh' quod faciat habere Eve de Grey duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De unciis auri emptis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod emi faciat xxxvj. uncias auri et de eis liberari faciat regine xij., et filie regis xij., et residuas custodiat usque ad adventum regis apud Lond', et cum precium earum scierit breve de Liberate ei faciet habere. Teste ut supra.*

De amerciamento perdonato.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Audivimus quod cum Robertus filius Oweyn nuper amerciatus fuit pro quadam nova disseisina capta apud Oxoniam coram nobis, tu ipsum pro amerciamento illo distringis. Et ideo tibi precipimus quod, si predictus Robertus sit liber hospes Hospitalariorum Sancti Johannis Jerlm' et amerciamentum illud ad eos spectetur, tunc illum de amerciamento illo pacem habere permittas, [si per hoc debeat de jure esse quietus *erased*]. Teste rege apud Oxoniam, vij. die Novembris.

De maeremio habendo.—Mandatum est Johanni filio Nigilli quod faciat habere custodibus operationum Oxonie maeremium quantum necesse fuerit ad faciendum apenticium inter capellam et garderobam regine, et ad alias operationes Oxonie faciendas. Teste ut supra.

De respectu.—Abbas de Wardon' habet respectum usque ad festum Sancti Illarii de v. marcis que exiguntur ab eo de quodam [a]merciamento.

De quodam prisone liberando.—Rex ballivis suis Oxonie, salutem. Precipimus vobis quod Henricum de Walingf', qui est in prisona

---

* The following words have been cancelled in this entry:—"Mandatum est etiam eidem quod impleri faciat magnam aulam pauperibus et eos pasci per iij. dies, videlicet die Mercurii, et die Jovis, et die Veneris ante festum Sancti Martini, et cum dominus rex scierit custum ad hoc appositum."

1240.

nostra Oxonie et in custodia vestra, liberari faciatis Nicholao de Stall' et Alexandro Dublet' cariandum ad nos usque Windles'. Teste rege apud Walinf', viij. die Novembris.

De quercubus datis.—Rex Waltero de Denford', salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Alicie uxori Willelmi Maudut iiij. quercus in foresta de Clive ad maeremium inde faciendum, de dono nostro, nisi eas prius habuerit per aliud mandatum nostrum inde prius vobis directum. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Novembris.

De plumbo emendo.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' quod emi faciat iiij. carratas plumbi et eas liberari faciat [vicecomitibus Lond' cariandas usque Windles', *erased*] custodibus operationum de Windles' ad easdem operationes et cum rex scierit precium earum breve de Liberate ei faciet habere.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni filio Roberti defaltam quam fecit coram rege quantum ad communem sumonitionem in itinere justiciariorum in comitatu Bedef', et mandatum est eisdem justiciariis quod idem Johannes in nullo sit perdens occasione predicta.

Eodem modo scribitur eisdem justiciariis pro Roberto de Chines.

Pro Bernardo de Sabaudia.—Ex quo rex dimisit Bernardo de Sabaudia illam partem manerii de Teford' que fuit W. quondam comitis Warann', tenendam ad firmam quamdiu regi placuerit a festo Sancti Michaelis anno regni nostri xxiiij. usque in v. annos completos, rex concessit eidem Bernardo fenum de anno regni regis xxiiij. et omnia alia pertinentia ad warectam.

De vinis datis.—Rex custodibus vinorum suorum de Windles', salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra sine dilatione faciatis habere custodibus Edwardi filii nostri ij. dolia vini, de dono nostro. Teste ut supra.

De larderio faciendo.—Rex constabulario castri de Windles', salutem. Precipimus tibi quod ex quo receperis porcos nostros de Selveston' quos tibi liberari precepimus, eos facias habere Hugoni Giffard' et Magistro Waltero de Dya ad lardarium Edwardi filii nostri inde faciendum.

De quibusdam mercatoribus liberandis.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Quia Michaelis Hardwyn et Johannes de Ipr', mercatores Iprenses, fecerunt nos securos ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit de metallo et quadam massa argenti cum eis apud Cantuariam inventis, vobis mandamus quatinus ipsos cum omnibus catallis et rebus suis que illa occasione arestata fuerunt liberetis Magistro Henrico, clerico dilecti avunculi nostri Th. comitis Flandrie et Hann'. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Novembris.

1240.

De perdonatione pro Bertramo de Cryoyl.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Bertramo de Crayoyl lj. libras, xix. solidos, vj. denarios, quos nobis debuit de arreragiis firme sue comitatus Kancie de tempore quo idem Bertramus habuit custodiam ejusdem comitatus. Et ideo vobis mandamus quod prefatum Bertramum de predictis lj.*l.* xix.*s.* vj.*d.* quietum esse faciatis Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex vicecomiti Wilt', salutem. Scias quod concessimus Hugoni de Vivon' quod habeat liberam warennam in manerio suo de Westkinton'. Et ideo tibi precipimus quod illam in comitatu tuo habere permittas et illam in comitatu clamari facias. Teste ut supra.

Pro priore de Hamel'.—Rex vicecomiti Sudhampt'. Precipimus tibi quod de terra Willelmi de Gardin', que capta est in manum nostram, priori de Hamel' redditum quem de terra illa annuatim percipere consuevit sine dilatione habere facias sicut ipsum habere solet terminis constitutis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Novembris.

De saisina.—Mandatum est Johanni de Munemue quod faciat habere Rogero de Bochan talem seisinam de terra sua de Bochred qualem inde habuit die quo captus fuit per H. comitem Heref' et Essex'. Teste ut supra.

Pro hospitali Oxonie.—Mandatum est Johanni Byset quod quandam partem bosci de Sothor' per visum forestariorum et viridariorum assignari faciat ad opus hospitalis regis Sancti Johannis extra muros Oxonie pro ij. summagiis de subbosco que idem hospitale consuevit habere singulis diebus in eodem bosco per cartam regis, et quandam partem etiam assignari faciat monialibus de Litlemor' de eodem bosco pro ij. summagiis subbosci que percipere consueverunt singulis diebus in eodem bosco per cartam regis, sicut melius et ad minus nocumentum regis viderit faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, xviiij. die Novembris.

Pro fratribus Templi.—Rex concessit fratribus Milicie Templi in Anglia quod loco mercati quod rex eis prius concessit apud Walesford' per diem Martis habeant decetero quoddam mercatum apud Werreby per diem Jovis, et quod loco ferie quam prius eis co cessit habendam apud Walesford per quatuor dies, videlicet in vigilia Nativitatis Sancti Johannis Baptiste et ipso die et duobus diebus sequentibus, habeant decetero quandam feriam apud Werreby per tres dies videlicet in vigilia et die et crastino Sancti Jacobi Apostoli, nisi etc. Mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictum mercatum et predictam feriam per bailliam suam clamari faciat et ibidem teneri sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex remisit H. comiti Arundell' transgressionem quam fecit non solvendo ad Scaccarium nostrum spervarium quem regi debet singulis annis de terra quam de rege tenet in Havering'.

[*Cancelled.*]

1240.

De perdonatione.—Rex perdonavit Henrico de Baillol et Lore uxori ejus, xxxi. libras, xj. solidos, ix. denarios, qui exiguntur ab eis per summonitionem Scaccarii pro novies xx. acris terre seminatis frumento in manerio de Beniton' quod tenet de baronia de Valoines, et pro xiiij. acris terre seminatis mestillone in eodem manerio simul cum aruris, et similiter pro xxxv. acris et una roda terre seminatis frumento cum aruris earum in tercia parte manerii de Hecham quam tenent de eadem baronia; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod faciat habere Johanni Spigurnel, servienti de capella, duas damas in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste rege ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est Michaeli, emptori vinorum regis, quod emat apud Lond' ad opus regis lx. et v. dolia vini Wasconie et iiij. dolia vini Francie, de quibus ponat in celario regis apud Westmonasterium xl. et ij. dolia vini Wasconie et iiij. dolia vini Francie, et de residuis doliis vini cariari faciat usque Windles' xv. dolia, et usque Keninton' v. dolia, et usque Mortelak' iij. dolia. Teste ut supra.

De quodam fossatore recipiendo.—Rex custodibus operationum Turris Lond', salutem. Mandamus vobis quod Magistrum Johannem le Fossur de Flandria recipiatis ad operandum in prefato castro, et ei necessaria inveniatis donec nobis scire feceritis quomodo operatur. Teste ut supra.

[m. 18.] *De j. dolio vini dato.*—Mandatum est [custodibus vinorum regis de Lond' *erased*] Michaeli, emptori vinorum regis, quod de vinis que sunt [in custodia sua *erased*] apud Sudht' faciat habere Paulino Pevre unum dolium vini, de dono [nostro *erased*]. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Rex R. de Munfichet, salutem. Mandamus vobis quod omnes prisones quos vicecomes noster Essex' et Hertford' vobis liberabit de comitatibus illis, ab eo recipiatis et eos salvo in prisona nostra Colecestrie custodiri faciatis donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

De venatione capienda.—Rex mittit venatores suos ad capiendum xx. bissas in billia (*sic*) Johannis de Venuz, et mandatum est eidem Johanni quod ipsos ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario de Sancto Briavello quod Willelmum Lovel, quem rex mittit usque forestam de Den' ad capiendum in ea xxx. damas, ad hoc admittat.

Eodem modo scribitur Ade de Periton' quod predictum Willelmum, venatorem, recipiat ad capiendum in foresta de Braden' xx. damas. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario de Sancto Briavello quod Willelmum filium Walkelini, Johannem le Fol [Lovel *erased*] et Philippum de Camdever' recipiat ad capiendum in foresta de Dene xx. bissas. Teste ut supra.

1240.

Eodem modo scribitur Galfrido Esturmi quod Rogerum de Stopham recipiat ad capiendum in foresta de Savernac xxx. damas, et in foresta de Chipeham x.

De perambulatione facienda.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad terram Nicholai filii Martini in Parcumb' et terram Roberti de Sydeham in Kinewauton', et per eorum sacramentum fieri faciat perambulationem etc, et perambulationem illam scire faciat justiciariis proximo itineraturis in comitatu Devon'. Teste rege apud Windles', xxv. die Novembris.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Alanus Jambel, captus et detentus in prisona regis de Gippeswic' pro morte Willelmi filii Johannis et Ricardi filii Galfridi rettatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Suff' quod si predictus Alanus invenerit etc , tunc eum tradat etc.

De pecunia recipienda.—Rex J. de Lessinton, justiciario Cestrie, et S. decano Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod de exitibus comitatus Cestrie liberetis W. de Haverhull' quadringentas libras ad faciendum inde quod ei preceperimus, et cum residua pecunia de exitibus ejusdem comitatus liberanda in garderoba nostra ad nos veniatis. Teste rege apud Windles', xxvj. die Novembris.

Rex W. de Haverhull', salutem. Mandamus vobis quod de (*sic*) quadringentas libras quas J. de Lessinton', justiciarius noster Cestrie, et S. decanus Cestrie, vobis liberabunt per preceptum nostrum, ab eis recipiatis et eas sub sigillo vestro in Turri nostra Lond' salvo deponi et custodiri faciatis donec aliud inde preceperimus, ita quod pecunia illa sit quasi sepulta. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Rex camerario vinorum suorum Lond', salutem. Precipimus vobis quod de primis vinis Wasconie que venient Lond' ematis ad opus nostrum c. dolia, carianda inde xxx. dolia usque Windl'. et reponenda inde x. dolia in celario abbatis Westmonasteriensis, et lx. in celario nostro ibidem, que liberari faciatis vicecomitibus nostris Lond' quibus mandavimus quod ea a vobis recipiant carianda sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xxviij. die Novembris.

De vinis cariandis.—Rex vicecomitibus Lond'. salutem. Precipimus vobis quod c. dolia vini que camerarius noster Lond' vobis liberabit ab eo recipiatis et xxx. dolia inde usque Windles', et x. dolia inde usque celarium abbatis Westmonasteriensis in eo reponenda et lx. dolia inde usque celarium nostrum Westmonasterii in eo reponenda, cariari faciatis, et custum etc. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De compoto Johannis de Gatesden'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod, adhibito vobis aliquo de consilio nostro, audiatis absque intervallo compotum Johannis de Gatisden'

1240.

et Thome de Lecche de omnibus receptis et misis garderobe regine nostre de tempore quo ipsi compotum predictum nondum reddiderunt, et ex quo predictum compotum audieritis nobis scire faciatis in quantis debitis predicta regina teneatur ut ea solvere possimus. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Novembris.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles' quod faciant habere Engelardo de Cygony unum dolium vini, de dono regis. Teste rege ibidem, xxix. die Novembris.

De dote assignanda.—Rex Ricardo de la Lade, custodi terrarum que fuerunt G., quondam comitis Glouc', salutem Mandamus vobis quod de terris quas Robertus de Barnevill' tenuit de predicto comite et que sunt in manu nostra ratione custodie terrarum et heredis predicti comitis, Constancie que fuit uxor predicti comitis (*sic*) rationabilem dotem assignari faciatis. Teste rege apud Windles', ij. die Decembris.

De quodam austurco emendo.—Rex [baronibus de Scaccario *erased*] Petro Grimbaud, salutem. Significavit nobis Johannes de Gisorz, alter vicecomitum Lond', quod quendam austurcum invenerat venalem in civitate nostra Lond,' et ideo vobis mandamus quod videntes austurcum illum, si talis inveniatur quod sit ad opus nostrum, eum ematis et cum precium inde sciverimus vobis reddi faciemus. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est Michaeli, emptori vinorum regis, quod emat duo dolia vini ad opus P. Herefordensis electi, de dono regis.

Mandatum est W. de Haverhull' quod emat iiij. dolia vini ad opus P. Herefordensis electi, de dono regis.

De domibus de Lamh' capiendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod capiat in manum regis domos de Lammegh' et eas liberet nuncio P. Herefordensis electi, cui rex eas accommodavit ad tenendum in eis festum consecrationis sue.

De vinis emendis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod emat x. dolia vini ad opus regis liberanda vicecomitibus Lond' carianda quo eis precepit rex. Teste ut supra.

Item de vinis.—Mandatum est abbati de Faveresham quod tria dolia vini que regi debet prompta habeat ad opus regis in proximo adventu suo apud Faverisham, scilicet post festum Sancti Nicholai. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norht' quod de v. acris terre et dimidia quas rex nuper recuperavit in curia regis versus Willelmum de Horton' et que nuper capte fuerunt in manu regis, faciat habere Magistro Galfrido, salsario domini regis, plenam seisinam cui rex terram illam dedit. Teste rege apud Windles', iij. die Decembris.

1240.

De quercubus capiendis.—Mandatum est Hugoni de Kylpec quod faciat habere Emerico de Cancellis viij. quercus ad operationes castri regis Hereford' que eidem Emerico injuncte sunt faciende. Teste ut supra.

Pro priorissa de Ankerwic'.—Rex concessit priorisse de Ancrewyc quod ipsa et homines sui quieti sint de pannagio et herbagio que ab eis exiguntur in ballia tua (*sic*) de anno proximo preterito, et mandatum [est] constabulario castri regis de Windles' quod ipsos de predictis pannagio et herbagio et de attachiamentis ipsorum et plegiorum suorum quietos [esse] quantum ad annum predictum permittat. Teste rege apud Windles', v. die Decembris.

De allece deliberando.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Monstraverunt nobis barones nostri de Sandwic' quod tu, ea occasione quod tibi precepimus emere lx. lesta allecis ad opus nostrum, allec predictorum baronum quod emerunt apud Jernem' arestari fecisti. Et ideo tibi precipimus quod, si tu sexaginta lesta ad opus nostrum emisti et ea occasione allec predictorum baronum arestari fecisti, tunc illud eis sine dilatione deliberari facias. Teste ut supra.

De pace habenda.—Rex constabulario castri de Farnigham, salutem. Monstravit nobis Eugenia que fuit uxor Stephani de Farenburgh' quod pro relevio filii sui, cujus custodiam et maritagium dedimus Gilberto de Rues, eam vexas et distringis. Et quia predicta Eugenia pro relevio filii sui, etsi relevium deberet, cum non debeat eo quod in custodia sit, non est distringenda, tibi precipimus quod predictam Eugeniam pacem inde habere permittas et averia sua ea occasione capta ei sine dilatione deliberari facias. Teste ut supra.

De tabulis faciendis.—Rex constabulario castri de Windles', salutem. Precipimus tibi quod, visis litteris istis, facias habere Magistro Symoni carpentario quandam bonam fagum in foresta de Windles' ad faciendum inde tabulas in coquinis nostris de Westmonasterio contra Natale. Teste ut supra.

Rex concessit Matheo Bezyl manerium de Shorestan' habendum tota vita sua reddendo inde regi singulis annis ad Scaccarium xx. libras. Et ideo tibi (*sic*) precipimus quod ei de predicto manerio saisinam habere faciat (*sic*). Teste rege apud Windl', v. die Decembris.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Finium.*

De cc. bordis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod faciat habere custodibus operationum Windles' cc. borda de quercu ad faciendum inde plancheas ad novam cameram de Windles', que quidem borda fuerunt empta in coga et jacent in novo gardino. Teste ut supra.

London'.—Rex baronibus suis Lond', salutem. Sciatis quod nolumus quod id quod fecimus per voluntatem nostram de Gerardo Bat, concive vestro, quem in majorem vestrum elegeratis, vobis imposterum vertatur in aliquid prejudicium libertatum vestrarum. Teste ut supra

1240.

Pro Magistro Rogero, scissore domini regis.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod dedimus et concessimus et per cartam nostram confirmavimus Magistro Rogero de Ros, scissori nostro, totam terram illam cum pertinentiis in Halliggebur' quam Gilbertus de Hawvill' tenuit de ballio nostro, habendam et tene dam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis vel assignatis suis, reddendo inde nobis per annum ad Scaccarium Pasche j. acum argenteam vel j. denarium, ita tamen quod prefatus Gilbertus nichilominus tota vita sua terram illam teneat de prefato Rogero et nomine seisine reddat eidem Rogero dimidiam marcam per annum. Et ideo tibi precipimus quod prefato Rogero de prefata terra seisinam sicut predictum est habere, et ipsum Gilbertum ipsi Rogero tanquam domino suo de predicto servicio intendentem esse facias. Teste rege apud Windles', vij. die Decembris.

De vino dato.—Rex custodibus vinorum suorum apud Windles', salutem. Precipimus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere Johanne de Gorges j. dolium vini, de dono nostro, et Emme uxori Bartholomei le Bigod j. dolium vini, de dono nostro. Teste ut supra.

De paruris faciendis.—Rex Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod fieri faciatis duas paruras de largo aurifrigio ad quandam albam cum perlis, ita quod in una earum fiat quedam majestas cum duobus angelis et in altera fiat ymago Beate Marie cum ij. angelis et ad instar illius amicti quod est apud Novum Templum Lond' in custodia Rogeri, cissoris nostri. Teste ut supra.

[m. 17.] *De capis de samito emendis.*—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, salutem Mandamus vobis quod emi faciatis ad opus nostrum duas capas de samito breudatas et unam capam de baudekino, ita quod predictas capas habeamus ad instantem festivitatem Natalis Domini, et similiter fieri faciatis quandam capam de samitto ad opus P. Herefordensis electi, cum largo aurifragio secundum quod idem electus vobis exponet, et eam liberetis eidem electo, et cum custum scierimus faciemus vobis habere breve de Liberate. Teste ut supra.

De casulis emendis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod emi faciatis ad opus nostrum iij. casulas de samitto de optimis samittis que invenire poteritis apud Lond', ita quod eas habeamus in instanti festo Natalis Domini. Et cum scierimus precium earum faciemus vobis habere breve nostrum de Liberate. Teste rege apud Windles', viij. die Decembris.

De quodam deliberando.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Quia significasti nobis per litteras tuas quod Hugo filius Hugonis de Upton', captus et detentus in prisona nostra de Flete pro falsaria, invenit tibi plegios, videlicet Henricum de Hope, Ricardum de Hope, Robertum le Fraunceis, Hugonem le Fraunceis, Ricardum de Hosperton', Willelmum de Fonte, Rogerum Joce, Walterum Joce, David Joce, Robertum Balle, Ricardum de Wyle et Adam de Bosco, qui manuceperunt ad habendum eum coram justiciariis nostris ad

1240.

primam assisam cum in partes Hereford' venirent ad standum inde recto, tibi precipimus quod cum a prisona deliberatus fuerit permittas ipsum in pace sine impedimento in partibus illis morari. Teste ut supra.

Mandatum est custodi gaiole de Flete quod ipsum a prisona deliberet.

Pro monachis Cantuariensibus.—Rex Magistro Roberto de Abbendon', salutem. Mandamus vobis quod capellam quam ob honorem et intuitu ecclesie Christi Cantuariensis quondam E. ejusdem loci archiepiscopo, et ecclesie dedimus memorate, priori et monachis predicte ecclesie integre faciatis restitui reservandam ad opus ecclesie et successoris archiepiscopi supradicti. Teste ut supra.

Pro Magistro Johanne de Flandria, fossatore.—Rex concessit quod xl. solidos quos custodes operationis Turris Lond' comodari fecerunt de prestito Magistro Johanni de Flandria, fossatori, habeat de dono regis; et mandatum est eisdem custodibus quod permittant ipsum eos ita habere et quod faciant ei habere liberationem suam de cetero, videlicet singulis diebus xij. denarios, et quod habeat premanibus de prestito xl. solidos super liberatione sua. Teste ibidem xj. die Decembris.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Pro Willelmo Fyllol.—Quia Walterus Marescallus et Thomas de Hemmegrave manuceperunt coram rege ad habendum Willelmum Fillol qui rettatus est de morte Roberti filii Ricardi, si quis versus eum loqui voluerit, coram Justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint, mandatum est vicecomiti Essex' quod ipsum Willelmum interim in pace esse permittat. Teste ut supra.

Mandatum est Engelardo de Cygoyny quod ipsum a prisona regis deliberet.

Mandatum est W. de Haverhull' quod fieri faciat quandam casulam de bono panno de musce sine auro cum aurifragio aliquantulum lato sine auro, quo uti posset in festis ix. lectionum. Et cum rex precium illius scierit breve de Liberate ei faciet habere. Teste ut supra.

Pro Matheo Besyl.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod heredes quondam Rogeri de Notton', qui infra etatem sunt, ut dicitur, et quorum custodia ad nos pertinet ratione custodie terre et heredis J. quondam comitis Linc', in manu nostra existentis, liberari facias Matheo Bezil', vel certo nuncio suo has litteras nostras deferenti, custodiendos donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Rex W. de Haverhull', camerario suo Lond', salutem. Mandamus vobis quod preter sex dolia vini que dedimus venerabili patri P. Herefordensi electo, ematis ad opus suum iiij. dolia vini, de dono nostro. Et cum precium eorum scierimus breve nostrum de Liberate vobis faciemus habere. Teste rege apud Windles', xiiij. die Decembris.

1240.

Pro Ricardo le Noreis, appellato.—Mandatum est vicecomiti Sudhampt' quod si Ricardus Noreis, qui appellatus est de morte hominis in comitatu suo et qui debuit pro morte illa utlagari ad proximum comitatum suum, voluerit se ponere in prisonam regis, tunc ipsum recipiat et salvo custodiri faciat donec aliud inde rex preceperit; et significiet regi causam illius appelli et qualiter appellatur et quomodo loquela illa deducta est in eodem comitatu. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est parcario de Havering' quod permittat Robertum de Mares et socios suos capere l. damas in eodem parco ad opus regis contra instans Natale Domini. Teste ut supra.

Pro Judeis deliberandis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quatinus, si Judei qui nuper capti fuerunt et detenti in Turri nostra London' pro debito quod nobis debent, invenerint nobis bonam securitatem quod in octabis Sancti Hyllarii anno regni nostri xxv. in [xv. dies *erased* in] antea nobis solvent debitum illud terminis statutis in forma provisa, tunc ipsos deliberari faciatis. Et quia sunt aliqui conquerentes quod pro uno et eodem debito in pluribus locis carcantur, mandamus vobis quod, facta collatione scriptorum, si ita inveneritis esse, tunc eos carcari faciatis in uno loco pro uno et eodem debito. Teste rege ut supra.

Pro Advocato de Monte Coci.—Rex dedit Advocato filio Willelmi de Monte Coci custodiam terre et heredis Roberti de Barnevill', cum maritagio ipsius heredis, que ad nos pertinent ratione custodie terre et heredis Gileberti de Clar', quondam comitis Glouc', in manu nostra existentis, et mandatum est vicecomiti Essex' quod predicto Advocato plenam saisinam de custodia predicta habere faciat, assignata prius uxori predicti Roberti secundum legem et consuetudinem regni nostri dote sua rationabili. Teste rege apud Windl', xiiij. die Decembris. Per ipsum dominum regem anno xxv.

Pro Johanne de Cryoyl.—Rex concessit Johanni de Cryel quicquid ad se [pertinet *erased*] de jure potest pertinere de terris et catallis Henrici le Butiler et Gilberti fratris sui in Neuwenham ratione venditionis quam ipsi H. et G. fecerunt inde Magistro Symoni Normanno et quas terris (*sic*) et catalla capi fecit rex in manum suam occasione debiti quod idem Magister S. regi debet, ita quod prefatus Johannes habeat terras ipsas et catalla omnium eodem modo sicut ipse Magister S. habere deberet per convencionem inter ipsum et predictos H. et G. factam. Et mandatum est vicecomiti Cancie quod de terris ipsis et catallis predicto Johanni seisinam habere faciat salvo jure predictorum H. et G. quod habere debent per convencionem predictam. Teste rege apud Windles', xv. die Decembris.

Pro heredibus Nicholai Malesmains.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod si Beatricia que fuit uxor Nicholai Malemeins non liberavit Johanni de Pless' vel ejus certo nuncio omnes pueros et heredes predicti Nicholai, cui rex custodiam terre et heredum predictorum concessit, tunc ipsam ad hoc distringat. Teste ut supra.

1240.

Rex priori de Ponte Fracto, salutem. Mandamus vobis quod heredes Rogeri de Notton' quos vobis precepimus liberari custodiendos liberari faciatis Matheo Bezil cui concessimus custodiam et maritagium heredum eorundem. Teste ut supra.

De quodam cipho faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod sub omni festinatione de consilio thesaurarii regis fieri faciat tam de die quam de nocte unum ciphum auri cum pede ad opus regine qui sit ponderis duarum marcarum vel amplius et precii xx. marcarum, ita quod promptus sit contra instans Natale Domini, et quod predicta regina inde bibere possit in predicto festo ; et quod provideat quod intus sit excentellatus aimallo et aliter modis quibus poterit decentius et pulcrius apparatus, et quod tam rex quam regina inde possint esse contenti. Teste rege ibidem, xix. die Decembris.

Pro Galfrido filio Johannis.—Quia constat regi per mandatum justiciariorum ultimo itinerantium in comitatu Stafford', quod Galfridus filius Johannis de Colewich' occidit Nigillum fratrem suum per infortunium et non per feloniam, rex quantum in se est ipsi Galfrido mortem predictam perdonavit. Et mandatum est vicecomiti Stafford' quod ipsum de morte illa quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Sibilla, reclusa de Pontefracto.—Mandatum est Nicholas de Molis custodi terre que fuit J. de Lacy, quondam comitis Linc' et constabularii Cestrie, in comitatu Eboraci, quod Sybille, recluse Sancte Elene de Pontefracto, de exitibus terre que fuit predicti comitis faciat habere ix. quarteria bladi et dimidiam marcam singulis annis quamdiu terra predicta fuerit in custodia sua per preceptum regis ad terminos contentos in carta predicti comitis quam predicta reclusa inde habet. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod liberari faciat vicecomitibus Lond' duo dolia vini carianda usque Merton'. Teste ut supra.

De distrinctione.—Quia terminus preteriit quem rex concessit Waltero de Lacy de respectu habendo usque ad festum Sancti Martini anno regni nostri xxv. de c. libris quas debet Aaron filio Abrahe et Elie le Blund, Aaron le Blund, Samueli filio ejus, et Samueli le Evesk', Judeis Lond', et David Judeo Oxonie, mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Walterum ad predictas c. libras regi reddendas distringi faciant. Teste ut supra.

De perdonatione pro Henrico Kays.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod perdonavimus Henrico Caths de Glovernia [xx *erased*] xv. marcas de debito quod idem H. debet [Bonefac', Judeo Glov', *erased*] Ursi, Judeo de Bedef', et Abrahe filio Joci, Isaac de Linc', et heredibus Abrahe de Warewic, Judeis, et concessimus eidem H. quod predicte xx. marcis (*sic*) ei allocentur in debito unius Judei aut plurium Judeorum quibus ipse tenetur in debitis prout ipse maluerit et sibi magis viderit

1240.

expedire, ita quod nos singulis Judeis predictis allocari faciemus porcionem ipsos inde contingentem in debitis nostris in quibus dicti Judei nobis tenentur. Et ideo vobis mandamus quod dictum H. de predictis xx. marcis in forma predicta quietum esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Decembris.

[*Cancelled*] *Quia aliter in cedula contentum est.*

(*Schedule.*) Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Henrico Kas de Glouc' tresdecim marcas quas debet Ursello Judeo de Heref'. Et volumus quod predicte tresdecim marce allocentur dicto Ursello in debitis nostris in quibus ipse nobis tenetur. Et ideo volumus quod predictum H. de predictis xiij. marcis quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxiiij. die Decembris anno regni nostri xxv°.

(*Schedule.*) Rex [justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, *erased*] baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Henrico Kas v. marcas quas debet Bonefant, Judeo de Glouc', et volumus quod predicte v. marce allocentur eidem Bonefant in debitis in quibus nobis tenetur. Et ideo vobis mandamus quatinus predictum Henricum de predictis quinque marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

(*Schedule.*) Rex [justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, *erased*] baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus Henrico Kas duas marcas de debito quod idem H. debet Ysaac de Lincoln', Judeo. Et volumus quod predicte due marce allocentur eidem Ysaac in debitis nostris in quibus ipse nobis tenetur. Et ideo vobis mandamus quatinus dictum Henricum de predictis duabus marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo, de amerciamentis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod rotulum amerciamentorum et finium de itinere justiciariorum in comitatu Roteland quem R. de Lexinton' ei liberavit, sine dilatione faciat habere Ricardo de Turri, senescallo R. comitis Cornubie et Pictavie cui omnia amerciamenta et fines predicti itineris hac vice concessi sunt a rege. Teste rege ibidem, xxvj. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Aundel' quod in foresta de Gillingeham in forinseco bosco extra parcum faciat habere Margerie Biset x. quercus ad quoddam molendinum faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De xx. damis datis.—Rex R de Munfichet, salutem. Mittimus ad vos Willelmum May et Rogerum de Stopham, venatores nostros, ad capiendum xx. damas in ballia vestra. Et ideo vobis mandamus quod ipsos venationem illam capere permittatis et ad ipsam capiendam eis auxilium impendatis. Teste ut supra.

De terris archiepiscopatus Cantuariensis seminandis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod capiant bladum in grangiis predicti archiepiscopatus ad terras ejusdem archiepiscopatus seminandas de instanti seisina, et terras illas bene excoli et seminari faciant. Teste rege apud Roffam, xxx. die Decembris.

1240.

De catallis Luce de Drumar'.—Mandatum est Roberto de Aundel' quod omnia blada et alia bona que Lucas de Drumar' habuit in manerio de Mere die quo obiit dimittat in pace executoribus testamenti ipsius Luce ad testamentum suum exequendum, et siquid inde amoveri fecerit, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Stanes, xxix. die Decembris.

1241.

Mandatum est Johanni Byset, justiciario foreste, quod permittat homines de Shelveston', quibus manerium illud commissum est ad firmam, habere herbagium in parco ejusdem manerii ad dominica maneria regis et ad instaurum, sicut custodes predicti manerii hucusque habere consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Januarii.

Pro Willelmo de Gardinis.—Rex Justiciariis proximo itineraturis in comitatu Sudhampt' salutem. Sciatis quod Johannes le Bret et Henricus filius Herebert de Bowud' retraxerunt se de licentia nostra de apello quod fecerunt versus Willelmum de Gardino, Willelmum de Sancto Germano et alios de familia et societate predicti Willelmi. Et ideo vobis mandamus quod eo quod predicti Johannes et Henricus se subtraxerint a predicto apello ipsi vel plegii sui non ponantur in prisonam vel misericordiam unde in aliquo sint perdentes quia id de licentia nostra sicut predictum est fecerunt. Teste ut supra.

[m. 16.] *Pro Henrico de Pynkeny.*—Mandatum est Engelardo de Cygony quod nullam districtionem faciat nec ab aliis fieri permittat in manerio Henrici de Pinkenny de Daket quod est in manu Petri Grimbaud' pro warda quam idem Henricus debet in castro de Windles'. Mandatum est enim vicecomiti Essex' quod ad mandatum suum ipsum Henricum distringat per terras et catalla sua que habet in comitatu suo ad wardam illam faciendam; et averia predicti Petri, si qua ceperit occasione predicta, ei sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

De coronatoribus faciendis.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod eligi faciat duos coronatores loco Petri de Goldinton' et Ricardi Muschet, quondam coronatorum ejusdem comitatus, quos justiciarii ultimo itinerantes in eodem comitatu amoveri fecerunt, qui prestito sacramento sicut fieri solet etc. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Akyny.—Mandatum est W. de Eboraco et sociis suis quod non obstante eo quod manerium de Gersindon', quod fuit Rogeri de Akinny, est in manu regis, procedant ad justiciam exhibendam Baldewino de Akinny in warantia quam petit versus heredes predicti Rogeri de terra quam Johanna de Akinny exigit a predicto Baldewyno in Wytleford' nomine dotis. Teste ut supra.

De dote Margarete que fuit uxor comitis Linc'.—Rex Nicholao de Molis, custodi terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc', salutem. Mandamus vobis quatinus Margarete que fuit uxor predicti comitis nomine dotis sue de terris subscriptis que fuerunt ejusdem comitis in ballia vestra, quondam viri sui, sine dilatione plenam seisinam habere faciatis, videlicet de Kneshal cum wapelcak' et

1241. pertinenciis pro xix. libratis et xj. solidatis et v. denaratis terre, de Calnedon' cum pertinentiis pro xx. solidatis et ix. denaratis terre, de Alkewurth' cum pertinentiis pro xxvj. libratis et xvj. solidatis et [vj. *erased*] ix. denaratis et obolata terre de Warnefeld cum pertinentiis pro xxvj. libratis iiij. solidatis et vij. denaratis terre, de Hechal cum pertinentiis pro xij. libratis ix. solidatis et x. denaratis et obolata terre, de Kaun' cum pertinentiis pro xiiij. libratis, v. solidatis et ix. denaratis terre, de Todington' cum pertinentiis pro vij. libratis xvij. denariatis terre, de foresta de Rocendal' unde commodum extenditur ad c. solidos, de Appelton' cum pertinenciis pro lxvij. solidatis xj. denariatis terre, de Knotingl' cum pertinenciis pro cviij. solidatis et duabus denaratis terre, de Gretling cum pertinenciis pro xiij. libratis xiij. solidatis vij. denaratis et obolata terre, de Clexton' cum pertinenciis pro vj. solidatis vj. denaratis et obolata terre, de Altenecot' cum pertinenciis pro xix. solidatis et iiij. denariatis terre, de Upton' cum pertinenciis pro xxij. solidatis ij. denaratis terre, de Heselingedon' cum pertinenciis pro lx. et xv. solidatis et v. denaratis, de Rachedal' cum pertinenciis pro xxxvij. solidatis et x. denaratis terre, de Langeton' cum pertinenciis pro vj. libratis xij. solidatis et obolata terre, de Johanne de Heilaunde, viij. libris de redditu assiso pro terra sua, de Merclesden' Majori cum pertinenciis pro c. et ij. solidatis terre, de Roberto de Neuton' xxvij. solidatis redditus, de Penilton' cum pertinenciis pro lxvij. solidatis x. denaratis terre, de Bilingdon' cum pertinenciis pro liiij. libratis et ix. denaratis terre, de Bachelesfeld' cum pertinenciis pro xxxviij. solidatis et vij. denaratis terre. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Januarii.

De eodem.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod Margarete que fuit uxor J. quondam comitis Linc', nomine dotis ipsius Margarete, de terris que fuerunt predicti comitis in ballia sua sine dilatione plenam seisinam habere faciat, videlicet de Seggebroc cum pertinenciis pro xvj. et xiiij. solidatis terre, de Ingeldemel cum pertinenciis pro xxxij. libratis et xix. denaratis terre, de Thoresby cum pertinenciis pro xxx. libratis xj. solidatis te re, de Halton' cum pertinenciis pro xvij. libratis, iiij. solidatis, vj. denaratis et obolata terre. Teste ut supra.

(*Schedule.*) Servicia feodorum omnium militum subscriptorum assignantur comitisse Linc' nomine dotis.

Feoda militum in comitatu Linc' ad terciam partem domine Margarete de Lascy, comitisse Linc'.

Willelmus de Cantelou ij. feoda.
Ricardus Foliot iij. feoda.
Willelmus Longespey j. feodum.
Joeleinus de Nevill' dimidium feodum.
Robertus de Kokefeld' ij. feoda.
Willelmus le Rat j. feodum.
Colinus de Quatermars dimidium feodum.
Ricardus de Lindon' dimidium feodum.
Simon de Hale quarta pars.
Summa, x. feoda et iij. quarters.

Item in comitatu Linc'.

Johannes de Haya dimidium feodum.

1241.

Ricardus de Bosco ij. feoda.
Anna de Rideford' ij. feoda.
Robertus de Teleby ij. feoda et dimidium.
Galfridus de Botton' et Ricardus de Bosco j. feodum.
Robertus Constabularius j. feodum.
Walterus filius Warini quarta pars unius feodi.
Radulfus Francktenant, j. carrucata terre.
Robertus de Cestria dimidia carrucata terre.
Magister Walterus Crespin dimidia carrucata terre.
Robertus de Ros et Willelmus filius Margarete dimidia carrucata terre.
Omnes predicti (*sic*) carrucate terre faciunt j. feodum cum quarta parte Walteri de Wintrington'.
Summa x. feoda in comitatu Linc'.

Item feoda militum in comitatu de Notingeham.
Thomas filius Willelmi v. feoda.
Prior de Blya et abbas de Wellebec quarta pars.
Henricus de Eassethorp' dimidium feodum.
Ada de Clavereburg' tres partes.
Hugo de Weston' tres partes.
Robertus de Eyvill' et Johannes de Longevilors tercia pars.
Robertus de Laxinton' tercia pars.
Willelmus de Batheley tercia pars.
Thomas filius Willelmi dimidium feodum.
Robertus de Hareston' j. feodum.
Willelmus de Sotton' dimidium feodum.
Johannes Baidon' j. feodum.
Ricardus de Croxton' x. pars.
Summa feodorum militum in comitatu de Notingeham, xj. feoda et quarta pars et x. pars.

Item in comitatu Eboraci ultra Don.
Thomas filius Willelmi tenet iij. feoda in Sprotteburg' et in Keteby et in Mar et in Kateby et in Barteburg'.

Item feoda militum in comitatu Lancastrie.
Waleton' j. feodum.
Mangna (*sic*) Mitton dimidium feodum.
Bilington' dimidium feodum.
Biswell' quarta pars.
Donum quinta pars.
Caldeton' x. pars.
Parva Mitton' xij. pars.
Folerick' viij. pars.
Wadington' xiiij. pars.
Essington' et Bathoresby quarta pars.
Tisseleston' xiiij. pars.
Ecceneshal' xij. pars.
Summa, iij. feoda et dimidium et quarta pars.

Item in comitatu Eboraci.
Willelmus de Rye j. feodum.
Johannes de Heyland' j. feodum.
Radulfus de Rual' et Alexander de eadem dimidium feodum.

1241. Hausey dimidium feodum.

Et sic est summa totalis omnium summarum xl. feoda et tercia pars et quinta pars et x. pars.

Et mandatum est omnibus vicecomitibus supradictis quod de omnibus serviciis feodorum predictorum eidem Margarete seisinam habere faciant.

1240. *Pro filio comitis Cornubie.*—Mandatum est Hugoni Giffard' et Magistro Waltero de Dya quod inveniant Henrico filio R. comitis Cornubie et Pictavie, et aliis pueris et magistris eorundem puerorum expensas suas quamdiu apud Windles' fuerint, et cum rex custum quod ad hoc posuerint scierit id eis allocari faciet. Teste rege apud Windles', xxj. die Decembris.

1241. *De vinis emendis.*—Mandatum est Michaeli, emptori vinorum regis, quod sine dilatione emi faciat apud Lond' iiij. dolia vini carianda per longas carettas regis usque Keninton'. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Januarii.

De damis capiendis.—Rex Johanni de Sandon', parcario de Havering', salutem. Mittimus Hamonem filium Philippi usque parcum nostrum de Havering' ad capiendum ibidem xx. damas, mandantes quatinus ipsum ad hoc admittas. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Decembris (*sic*).

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles' quod faciant habere Hugoni Giffard' et Magistro Waltero de Dya ij. dolia vini ad opus Edwardi filii regis et aliorum puerorum ibidem existentium. Teste ut supra.

De saisina facienda.—Rex custodi honoris de Haghenet salutem. Quia significasti nobis quod non ob aliam causam cepistis in manum nostram terram quam Alulfus de Roking' tenuit de Hereberto de Markeshal' in Suthen' nisi quia idem Alulfus tenuit de nobis in capite de predicto honore, et ea ratione non pertinet ad nos custodia terrarum quas de alio tenuit, vobis mandamus quod de custodia terre quam prefatus Alulfus tenuit de predicto Hereberto eidem H. plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Januarii.

De perdonatione.—Rex custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Sciatis quod perdonavimus Roberto, preposito de Veregrave, demandam xxxij. librarum et xiiij. solidorum quam ei facitis pro depredatione facta servienti nostro de Veregrave qui interfectus fuit. Et ideo vobis mandamus quod predictum Robertum et plegios suos inde pacem habere permittatis. Teste rege ibidem, iiij. die Januarii.

Rex perdonavit Magistro Willelmo le Brun vij. libras xiiij. solidos et iiij. denarios qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de arreragiis tricesime in comitatu Surr', et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1241.

Mandatum est custodi cambii Lond' quod xx. scutellos argenteos et xx. salsaria argentea quos rex fieri precepit liberet P. de Sabaudia, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de la Stane.—Rex Waltero de Burgo salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione reddas Willelmo de la Stan' viij. marcas quas ab eo cepisti ad opus nostrum, ut dicit, sive inde respondisti ad Scaccarium nostrum sive inde adhuc debeas respondere, quia si inde respondisti illas viij. marcas tibi faciemus allocari in arreragiis tuis de quibus adhuc respondere debes ad idem Scaccarium. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit W. comiti de Ferr'. amerciamentum in quod incidit coram Roberto de Lexynton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus apud Lichesfeld, per assisam quam idem comes arramiavit versus Rogerum de Sumervill' de xij. juratoribus convincendis unde idem Rogerus ipsum comitem acquietasse deberet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum comitem inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Januarii.

De venatione data.—Mandatum est Waltero de Eneford' quod in foresta regis de Huntend' faciat habere Henrico de Nuthal' iiij. damas et ij. damos vivos ad parcum suum de Eltesl' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt J. comitis Linc', quod faciat habere W. Ebroracensi archiepiscopo, xx. damas in parco de Ponte Fracto, et v. in parco de Cuwic' ad parcum suum de Burton' instaurandum, de dono nostro. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Imberto Pugeis ccc. marcas per quas finem fecit pro medietate custodie terrarum que fuerunt Radulfi filii Bernard' et maritagie heredum ejusdem Radulfi, et lx. marcas quas regi debuit de prestito; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Imbertum tam de ipsis ccc. marcis quam de predictis lx. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De seisina.—Rex Ricardo de la Lade, salutem. Quia concessimus Roberto de Gouyz in vita sua quod [terram suam *erased*] unam carucatam terre quam tenuit in Deuelys et Winterburn' de feodo Ricardi de Clar' posset tradere ad firmam ad terminum v. annorum, unde habet litteras nostras patentes, et quam terram cepisti in manum nostram occasione mortis ipsius Roberti, et idem Robertus terram ipsam dimisit Hugoni Paynel ad eundem terminum, tibi precipimus quod de terra predicta prefato H. plenam seisinam habere facias, et catalla si que de terra ipsa asportari fecisti, sine dilatione ei restitui facias. Teste rege apud Windles', vij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Nicholao de Molis quod faciat habere priori Sancte Trinitatis Eboraci v. quercus in bosco de Wakefeld' qui fuit W. quondam comitis Waranni, et v. quercus in [parco *erased*] bosco de Rothewell', de dono regis. Teste rege ibidem x. die Januarii.

1241.

Mandatum est custodi parci de Havering' quod faciat habere Johanni Maunsel viij. damas in predicto parco, de dono regis. Teste rege apud Windles', xj. die Januarii.

Item de dote Margarete que fuit uxor comitis Linc'.—Rex Johanni Extraneo, justiciario suo Cestrie, salutem. Quia manerium de Hauton' quod fuit J. de Lacy, quondam comitis Linc', extenditur ad lx. et iij. marcas secundum extentam quam inde fieri fecimus, [et feoda ix. militum et dimidium et quarta pars et quinta pars feodi unius militis tenebantur in partibus illis de predicto comitatu, *erased*] vobis mandamus quod Margarete que fuit uxor predicti comitis assignari faciatis in dotem que eam contingit de predicto manerio xxj. marcas vj. denarios [et terciam feodorum predictorum, *erased*] et boscorum ad idem manerium pertinencium, videlicet ad (*sic*) piscaria de Thelewell' iij. marcas et iij. solidos et iiij. denarios, et de molendino de Hauton' xiiij. solidos, de una salina xij. solidos de firma de Alditheslegh' v. solidos de nundinis de Hauton' viij. libras, de duabus vaccariis ij. marcas, de annuo redditu vij. porcorum vj. solidos, de Fulcone de Orreby xij. denarios, et preterea de Aitort de Muliton' redditum unius cultelli, et de Hugone Liamum redditum unius paris cirotecarum, ita quod plena dos ei assignetur tam de denariis predictis quam de feodis militum predictorum. Teste rege apud Windles', xj. die Januarii.

De busca data.—Rex custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere fratribus predicatoribus de Cantuaria buscam sicut tempore archiepiscopi habere consueverunt de dono suo. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Salop', salutem. Scias quod electioni facte de fratre Ricardo de Salopia in abbatem de Lilleshul assensum regium adhibuimus et favorem. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis ad predictam abbatiam pertinentibus in ballia tua eidem electo plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

De dextrariis emendis.—Rex Magistro H. de Camberay, salutem. Rogamus vos quatinus ij. bonos dextrarios emi faciatis ad opus nostrum in nundinis de Leyny per visum Wiberti clerici et Rogeri, scissoris nostri, quos in eisdem nundinis invenietis pro quibusdam mercandisis et rebus ad opus nostrum emendis, et ipsos dextrarios nobis per eosdem periculo nostro mittatis. Et de precio secundum quod nobis per litteras vestras patentes significabitis vobis vel cui volueritis sine dilatione et difficultate in Anglia satisfieri faciemus.

(*Schedule.*) H. Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitannie, et comes Andegavie, baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Matheo Bezil manerium de Shorestan cum omnibus pertinenciis suis, tenendum quamdiu vixerit quietum ab omnibus serviciis et demandis ad se sustentandum in servicio nostro. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Windles', xj. die Januarii anno regni nostri xxv.

1241.

De coronatoribus eligendis.—Rex vicecomiti Berk' salutem. Precimus (*sic*) tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum totius comitatus eligi facias de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus, loco Rogeri de Koserig' qui habitum religionis suscepit, ut dicitur, et loco Roberti de Hanford' qui languidus est, ut dicitur, quondam coronatorum nostrorum ejusdem comitatus, alios coronatores qui, prestito sacramento sicut fieri solet, ex tunc faciant et conservent una cum sociis suis, coronatoribus nostris ejusdem comitatus, ea que ad coronam nostram pertinent in eodem comitatu, et tales eos eligi facias qui ad hoc melius sciant et velint intendere, et nomina eorum nobis scire facias. Teste rege ibidem xiiij. die Januarii.

De quadam mitra et j. amicto acquietandis.—Rex thesaurario et camerariis suis salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Edwardo filio Odonis denarios ad acquietandum quandam mitram et unum amictum de auro cum lapidibus preciosis quam fieri fecit ad opus nostrum per preceptum nostrum. Mandamus etiam vobis quatinus emi faciatis textum Ewangelorum ad opus nostrum secundum quod vobis et eidem Edwardo in recessu nostro injunximus. Et cum sciverimus custum, faciemus vobis habere breve nostrum de Liberate. Teste ut supra.

De maeremio ad aleiam.—Rex constabulario castri de Windles'. salutem. Precipimus tibi quod habere facias Magistro Symoni, carpentario nostro, maeremium ad faciendum quandam aleiam de coquina nostra de Windles' usque ad aulam nostram, et ad elongandum cameram Edwardi filii nostri. Teste rege apud Windles', xv. die Januarii.

De pluribus capiendis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod capiat Ricardum Dranck', Johannem filium Hunfridi, Johannem de Curton', Alanum Sutel, Alexandrum le Veauter, Berg' Codinan le Hert, Willelmum filium Eymerici, Ricardum Frilond', Adam Frilond , Symonem Fabrum de Cosele, et Willelmum le Sumeter, pro captione bestiarum in parco de Sutton' et ejusdem parci destructione, et salvo custodiat donec aliud inde habu[er]it in mandatis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' de Mot' de la Sach', Daniel' de Ford', Ricardo Desser', Roberto fratre ejus, Stephano de Parochia, Galfrido de Hundenhal', Rig' parcario de Brembelcar', Symone fratre ejus, Hugone Wigg', Ricardo capellano de Lingerfeud, Hugone de Essesdon', Hugone de Wik', Petro filio Teyn', Roberto Teyn', Jordano Wigg'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' de Roberto de Heghsted', Willelmo de Wudeham, Thoma de Sancto Johanne, Willelmo de Sancto Johanne, pro captione bestiarum in balliis suis et parcorum destructione. Teste ut supra.

Pro Willelmo Senegon.—Rex commisit Willelmo Senegon terram cum pertinentiis quam Engelardus de Cygony tenuit in villa de Osemundeston de comitatu Suff' ad se sustentandum in servicio

1241.

regis quamdiu regi placu[er]it. Et mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Willelmo de eadem terra seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De debitis Ricardi Reinger.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si aliquam pecuniam ceperint de debitoribus Ricardi Reinger de debito quod ei debebatur, tunc ipsam pecuniam allocari faciant Johanni Reinger, filio predicti Ricardi, in debito quod idem Ricardus regi debebat. Teste ut supra.

[m. 15.] Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles'. . . .

Pro Nicholao de Bolevill'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod quam cito aliqua warda regis acciderit in ballia sua, sive sit de herede masculo sive femineo, wardam illam retineat ad opus Nicholai de Bolevill' qui profectus est ad curiam Romanam in servicio regis, et statim de valore warde predicte regi certificet. Teste rege apud Rading', xvj. die Januarii.

De quadam cuppa deaurata.—Mandatum est W. de Haverhull' quod emi faciat unam cuppam argenteam deauratam ponderis v. marcarum et illam habere faciat archidiacono Vienie ex parte regis. Emi etiam faciat aliam cuppam argenteam ponderis iiij. marcarum quam habere faciat eidem archidiacono ex parte regine, et cum custum rex sciverit ei breve de Liberate habere faciet. Teste ut supra.
[*Cancelled.*] *Quia inde habuit breve de Liberate.*

Pro Conversis Lond'.—Rex Joceo filio Petri salutem. Precipimus tibi quod de redditibus quos assignavimus ad sustentationem Conversorum nostrorum Lond' facias habere vij. Conversis moram facientibus Lon' liberationes suas consuetas quamdiu redditus illi ad hoc sufficere poterunt, et ex quo non suffecerint illud nobis scire facias et nos defectum tuum quoad hoc supleri faciemus. Teste rege ut supra.

Pro Bartholomeo Pech' et Johanna matre Ricardi de Gorges.—Rex Roberto Putrell' salutem. Scias quod commisimus Bartholomeo Pech' et Johanne matre Ricardi de Gorges custodiam omnium terrarum que sunt ipsius Radulfi (*sic*) et Elene uxoris ejus quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod predictis Bartholomeo et Johanne talem seisinam de predictis terris habere facias, et etiam de tempore quo custodiam earundem terrarum habuisti rationabilem compotum predictis B. et J. sine occasione reddas. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivo de Clere le Evesk' quod faciat habere priori de Theford' xx. quercus in bosco de la Wesh' competentes (*sic*) ad maeremium inde faciendum, de dono regis, cum brachiis et omnium earundem quercuum escaetis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Francisco de Bren' unum dolium vini de vinis veteribus de Eboraco. Teste ut supra.

1241.

De denariis ad operationes de Windles'.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod l. marcas quas Johannes filius Andree regi debet de termino Purificationis Beate Marie anno regni nostri xxv. de fine quem cum rege fecit, faciat habere custodibus operationum de Windles' ad atractum faciendum de petra et calce ad castrum de Windles' claudendum. Teste rege ibidem, xvij. die Januarii.

De denariis ponendis apud Turrim Lond' et aliis.—Rex W. de Haverhull' salutem. Mirantes valde quod quosdam Judeos Lond' vagari et nos sequi permittitis, vobis mandamus firmiter injungentes quod omnes Judeos Lond' per corpora, terras, et catalla sua distringi faciatis pro tercia parte quam nobis debent de omnibus catallis suis nobis reddenda (*sic*), ita quod in proximo adventu nostro Lond' nichil nobis restet reddendum de eo quod nos contingit de catallis predictis. Omnes autem denarios qui decetero venient ad Scaccarium nostrum de terris que fuerunt comitis Warenn' et comitis Linc', et de debitis Judeorum, salvo reponi faciatis apud Turrim Lond', ita quod nichil inde capiatur pro aliquo mandato quod vobis fecerimus sine testimonio majorum de consilio nostro. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex Engelardo de Cygony, salutem. Mandamus vobis quod aliquando, cum videritis expedire, capi faciatis in foresta de Windles' j. vel ij. damas ad opus puerorum et libere familie commorantium apud Windles' cum Edwardo filio nostro, proviso quod occasione hujus mandati non fiat excessus in captione bestiarum nostrorum (*sic*); scire autem faciatis custodi operationum nostrarum Windles' quod attractum fiat quantum poterit contra dies estivales ad castrum nostrum versus villam Windles' firmandum, et ad hoc eidem custodi habere faciatis l. marcas de Johanne Andree, et Hugone Andree fratre suo, xxx. marcas quas nobis reddere debent ad hoc instans festum Purificationis Beate Marie anno regni nostri xxv., et ad quas tunc nobis solvendas distringatis eos si necesse fuerit. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' custodiam terre et heredis Roberti de Guuiz usque ad legitimam etatem ipsorum heredum, una cum maritagio eorundem. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eidem Hugoni de predicta, custodia seisinam habere faciat. Teste rege apud Wintoniam, xxij. die Januarii.

De damis datis.—Rex Johanni de Pless'. salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis R. Sarrisburiensi, episcopo iij. damos et v. damas vivos in foresta de Melkesham ad instaurandum parcum suum de Potern', de dono nostro. Teste ut supra.

De denariis ponendis apud Turrim Lond'.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario, quod omnes denarios provenientes de catallis Judeorum et de terris comitum Warenn' et Linc' per visum fratris Hugonis de Stocton' salvo reponi faciat in Turri Lond', ita quod nichil inde amoveatur ex parte regis vel ex parte alterius nisi ab ore regis speciale habuit mandatum. Teste ut supra.

1241.

De quercubus datis.—Mandatum est Ingeramo de Preaus quod faciat habere Henrico de Berneval, capellano regis, iij. quercus in foresta de la Ber', de dono regis. Teste rege apud Werewell', xxv. die Januarii.

Mandatum est Avicie de Columbers quod faciat habere Henrico de Berneval, capellano regis, iij. quercus in bosco de Finchel', de dono regis. Teste ut supra.

De conpoto recipiendo.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod recipiatis conpotum Magistri Henrici de Cerne de tempore quo fuit custos operum castri nostri Wintonie, et quod videritis ei allocandum per visum et testimonium eorum qui ad hoc fuerint assignati, ei faciatis allocari. Teste rege apud Wherewell', xxiiij. die Januarii.

De j. pellicio grisio.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Robertus de Maris reddidit nobis in garderoba nostra per preceptum nostrum apud Westmonasterium j. pelicium grisium quod nobis debuit de termino Sancti Michaelis anno regni nostri xxiiij. pro custodia terre et heredis Laurencii de Sancto Michaele. Et ideo vobis mandamus quod predictum Robertum inde quietum esse permittatis. Teste rege apud Merleberg', xxvj. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset, justiciario foreste, quod faciat habere Alienore, recluse de Ivetel', iij. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De frumento dato.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Alienore, recluse de Ivetel', vj. quarteria frumenti, de dono, et rex id eis allocari faciet. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Petro de Wakering' quod faciat habere Hugoni de Vivon' viij. matrices bremias de vivario de Taunton', de dono regis. Teste rege apud Merleb', xxvj. die Januarii.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles' quod faciant habere Edwardo filio regis et aliis pueris ibidem secum commorantibus duo dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Merleb', xxviij. die Januarii.

Pro executoribus testamenti Radulfi de Toeni.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod deliberari faciat executoribus testamenti Radulfi de Toeny omnia catalla que ostendere poterunt rationabiliter quod ad testamentum predictum pertineant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Devon', Wigorn', Wilt', Hertf', et Hereford', Cant', Norf'.

De austurcis custodiendis.—Mandatum est Willelmo de Munceaus quod iij. austurcos, quos lator presentium ei liberabit, ubi melius expedire viderit bene et salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo de Hugeford'.—Rex vicecomiti Salopp', salutem. Monstravit nobis Philippus de Hugeford' quod cum Johannes filius

1241.

Alani teneret de eo manerium de Shewardin, reddendo ei per annum xx. solidos et manerium illud extat in manu nostra sicut et alie terre que fuerunt ipsius Johannis, non est qui ei respondeat de predictis xx. solidis annuis eo quod manerium predictum extat in manu nostra. Et ideo tibi precipimus quod si predicti xx. solidi annui redditus debentur predicto P. de manerio predicto, tunc redditum predictum ei singulis annis reddas quamdiu manerium predictum fuerit in manu nostra, arreragia autem sua, si qua ei debeantur de manerio predicto, ei similiter reddas. Teste rege apud Cyrenc', xxxj. die Januarii.

Pro priore et canonicis de Parco.—Rex Nicholao de Molis salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam fieri fecimus per vicecomitem Eboraci quod prior et canonici de Parco perceperunt singulis annis die Sancti Michaelis x.*m.* marcas (*sic*) de elemosina constituta J. quondam comitis Linc', et hospitale Sancti Nicholai de Ponte Fracto consuevit habere pasturam ad vj. carucatas boum in parco de Ponte Fracto et ad xij. vaccas cum uno tauro et sequela unius anni in eodem parco cum libero introitu et exitu per portam de Herthwic', et proprios porcos quietos de pannagio, et decimam totius pannagii in predicto parco et haya de Rowell' et haya rotunda, et unam damam per annum ad festum Sancti [Michaelis *erased*] Nicholai; et capella Sancti Clementis Pontis Fracti percipere consuevit decimas molendinorum [de] Cnotinlay et de Berewic' et parvi molendini sub castro Pontis Fracti, et dimidiam marcam argenti per annum et unam petram cere ad cereum Pascale, et conventus de Stanlawe percipere consuevit xx. solidos annuos die Sancti Michaelis pro molendino de Huderesfeud'; vobis mandamus quod elemosinam predictam teneri faciatis sine impedimento et id quod reddendum est, tam de tempore preterito quam futuro, in denariis debitis predicto priori de Parco et aliis prenominatis sine dilatione reddi faciatis. Et cum ad nos veneritis, si necesse fuerit, vobis allocari faciemus quantum reddetis de elemosinis predictis. Teste ut supra.

Pro Ricardo comite.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Johanni Brescach', senescallo R. comitis Cornubie et Pictavie, ad opus ipsius comitis, de dono nostro, omnia amerciamenta honoris de Berhamsted' de ultimo itinere justiciariorum nostrorum in comitatu Hertford', videlicet de Johanne capellano dimidiam marcam pro disseisina, de Ada Stannard' dimidiam marcam pro eodem, de Bernardo, persona de Langel', dimidiam marcam pro disseisina, de persona ecclesie Sancti Petri de Berchansted' dimidiam marcam pro falso clamore, de forinseco honoris de Berhamsted' xxvj. solidos viij. denarios pro defaltis, de Magistro Willelmo de [Berk' *erased*] Berch' xl. solidos pro defalta, de Milone de Bello Campo xiij. solidos et iiij. denarios pro defaltis, de Odone et Ricardo filiis Johannis de Langel' et Hugone filio Rogeri de Hemelstud' dimidiam marcam pro defaltis, de Willelmo le Flemeng et Gilleberto de Camera pro assisis vini fractis dimidiam marcam. Teste rege apud Gloverniam, ij. die Februarii.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua faciat habere Roberto

1241.

Passelewe unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Ledebir', iiij. die Februarii.

Eodem modo scribitur eidem pro Waltero de Merk'. Teste ut supra.

Rex camerario suo Lond'. salutem. Precipimus tibi quod de vinis nostris de prisa que sunt in custodia tua facias habere Galfrido de Cauz j. dolium boni vini, de dono nostro. Teste rege apud Heref', vj. die Februarii.

De quadam quarera.—Mandatum est Willelmo de Moncell' quod in terris que fuerunt W. comitis Warenn', et que sunt in custodia predicti Willelmi, provideri faciat locum conpetentem in quo custodes operationum Turris Lond' convenientius habere possint quareram ad operationes predictas; et mandatum est custodibus predictarum operationum quod super illa petitione quam rex fecit priori de Merton' pro quadam quarera in terris ejus habenda pacem eidem priori habere permittant. Teste rege apud Heref', ut supra.

De balenia data.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod faciat habere Fulconi filio Warini vel certo nuncio suo has litteras deferenti sarcinam unius equi de meliori crassopisce quem habet in custodia sua de balena nuper capta in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Heref', vij. die Februarii.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere abbati Glouc' decimam que ei aretro est de tota venatione capta in foresta de Den' unde nullam decimam recepit, ita quod ei plene satisfiat de venatione predicta.

De damis datis.—Rex ad petitionem W. Eboracensis archiepiscopi, dedit Rogero de Colevill' vij. damas et iij. damos in foresta de Clive, et mandatum est Waltero de Deneford' quod eos ei habere facias (*sic*). Teste rege apud Heref', viij. die Februarii.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Notingham quod si Oliverus de Ayencurt, captus et detentus in prisona de Notingham pro morte Willelmi de Furneys' unde Henricus frater predicti Willelmi eum appellat, invenerit ei xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc. ad standum inde recto etc. tunc ipsum tradat etc. Teste rege ut supra.

De archiepiscopatu Hybernie.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Quia concessimus quod episcopatus Clocherensis uniatur archiepiscopatui Armachano propter utriusque paupertatem, vobis mandamus quod A. archiepiscopo Armachano, plenam seisinam habere faciatis de omnibus terris et tenementis et omnibus aliis ad predictum episcopatum Colcherensem (*sic*) pertinentibus. Teste ut supra.

De admittendo alio, loco Johannis de Lexin', ad compotum ipsius Johannis reddendum.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, loco Johannis de Lexinton' qui profectus est ad curiam Romanam

1241.

pro negociis domini regis, loco ipsius Johannis, ad compotum suum reddendum de tempore quo fuit justiciarius Cestrie, admittant Nicholaum de Ayvill'. Teste ut supra.

De arreragiis colligendis.—Mandatum est etiam justiciario Cestrie quod per manum suam colligi faciat arreragia de tempore quo Johannes de Lexynton' et Simon, decanus Cestrie, habuerunt custodiam ejusdem comitatus, ita quod inde respondere possit super compotum ipsorum. Et mandatum est eidem Symoni quod predicto justiciario arreragia scire faciat. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Sussex, salutem. Meminimus nos dedisse in mandatis vicecomiti nostro Sussex' et Surr', dum comitatus predicti fuerunt una ballia, quod in ballia sua faceret habere Beatricie de Fay de terris Hugonis de Plaiz, viri sui, xl. libratas terre ad se sustentandam quamdiu placitum de divorcio inter eos celebrando duraret. Et quia predicta Beatricia prefatas xl. libratas terre nondum est consecuta, tibi precipimus quod eidem Beatricie in manerio de Stok' in comitatu Sussex', quod est ipsius Hugonis, sine dilatione plenam seisinam habere faciat (*sic*) de xx. libratis terre per rationabilem extentam ad se sustentandam quamdiu placitum predictum duraverit. Teste rege apud Wigorniam, xj. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr'.

[*Cancellet.*] *Quia aliter inferius.*

[m. 14.] *Pro electo Dunholmensi.*—Rex adhibuit assensum regium electioni facte de Magistro Nicholao de Farnham in episcopum Dunholmensem, et mandatum est Henrico de Neketon' et Magistro Willelmo le Brun, custodibus episcopatus Dunholmensis, quod de omnibus terris ad predictum episcopatum pertinentibus que sunt in custodia sua, una cum castris et aliis pertinentiis eidem electo vel certo nuncio suo plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Wigorniam, xij. die Februarii.

Pro Beatricia de Fay.—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Dedimus tibi alias in mandatis quod de consilio nostro providimus quod, durante causa divorcii que est inter Beatriciam de Fay et Hugonem de Plaiz, virum suum, ne ipsam Beatriciam mendicare contingeret, eadem Beatricia haberet singulis annis xx. libras de dote sua quam debet habere in comitatu tuo de dono Hugonis de Nevill', quondam viri sui. Quia vero contingit ipsam Beatriciam sepius impediri super perceptione predictarum xx. librarum, tibi precipimus quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum de comitatu tuo extendi facias xx. libratas terre in manerio de Stok' cum pertinentiis, quod fuit predicti Hugonis in comitatu tuo, et secundum extentam predictam de predictis xx. libratis terre eidem Beatricie sine dilatione plenam seisinam habere facias ad sustentationem suam quousque predictum divortium inter eos fuerit celebratum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' de xx. libratis terre extendendis in maneriis de Pitteham et Worners'.

De receptione vinorum cariandorum.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Sudhampt' quod de vinis que sunt in custodia sua liberari faciant ballivis Sudhampt' xxxij. dolia vini carianda quo eis mandatum est. Teste ut supra.

1241.

Pro executoribus testamenti E. Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuuariensis quod de omnibus bonis mobilibus que fuerunt E. quondam Cantuariensis archiepiscopi, executores ejusdem liberam amministrationem habere permittant ad executionem ejusdem inde faciendam, salvis regi bladis in terra seminatis ; et si quid inde amotum fuerit illud sine dilatione restitui faciant. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est Roberto de Hekesham quod prisones quos vicecomes Wilt' ei liberabit ab eo recipiat et eos salvo custodiri faciat in gaiola in castro Sarisburie donec forinseca gaiola, que nuper fracta fuerit, reparetur. Teste rege apud Wigorniam, xiij. die Februarii.

Pro monialibus de Brewud'.—Rex Johanni Biset, salutem. Quia accepimus per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod iij. acre in loco qui vocatur Brennou in foresta nostra de Shirewud' non sunt vestite bosco, nisi quod medietas inde vestita est quercubus estrovatis, et quod non est ad nocumentum foreste nostre si concedamus monialibus de Brewud' quod illas iij. acras possint assartare, vobis mandamus quod predictas moniales prefatas iij. acras habere et assartare permittatis. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Cyrencestria.—Rex baillivis de Cocham, salutem. Quia Walterus de Burgo, dum fuit custos dominicorum nostrorum, dissaisivit abbatem Cyrencestrensem de duobus quarteriis siliginis et uno porco precii sexdecim denariorum quem in festo Sancti Martini annuatim habere consuevit, vobis mandamus quod predicto abbati singulis annis dum predictum manerium fuerit in manu nostra predicta duo quarteria siliginis et porcum habere faciatis sicut antea habere consuevit.

De piscatione.—Rex ballivo de Fecham, salutem. Mittimus Willelmum, piscatorem nostrum, usque Fecham ad piscandum in vivariis nostris ibidem, tibi precipientes quod ipsum ad hoc admittas et eidem sis auxilians. Et de piscibus quos ceperit sine dilatione nobis significes ut pro eo mittere potuerimus quando voluerimus. Teste ut supra.

De archiepiscopatu Cantuariensi.—Rex custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis, ad instantiam executorum E. quondam Cantuariensis archiepiscopi, mandavimus quod ipsos executores liberam amministrationem habere permitteretis de omnibus bonis que fuerunt ejusdem archiepiscopi, salvis nobis bladis seminatis in terra, omnia predicta bona ad opus nostrum retineatis donec aliud inde preceperimus.

Pro Juetta de Wiz.—Mandatum est ballivo de Sancto Briavello quod permittat Juettam de Wiz habere reclusorium apud Ertlond'.

Pro Hugone de Vivoniis.—Rex vicecomiti Dorset' et Sumerset', salutem. Scias quod commisimus dilecto et fideli nostro Hugoni

1241.

de Vivon' comitatus Sumerset' et Dorset' ad percipiendum omnes exitibus (*sic*) eorundem comitatuum pro custodia castrorum de Corf' et de Shireburn', quamdiu nobis placuerit. Et ideo tibi precipimus quod omnes exitus predictorum comitatuum quos post terminum Sancti Michaelis proximo preteriti recepisti eidem Hugoni sine dilatione habere facias. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. Biset, justiciario foreste, quod faciat habere sororibus penitentibus de Wigornia vj. quercus in foresta de Fekeham, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Johanni de Lexinton' in foresta de Shirewud' xv. quercus ad maeremium in loco competenti. Teste rege apud Evesham, xiij. die Februarii.

Pro Petro Grimbaud'.—Rex concessit Petro Grimbaud' custodiam terre Henrici de Hord' cum maritagio heredis ipsius Henrici, quorum custodia ad regem pertinebat ratione episcopatus Dunholmensis vacantis et in manu nostra tunc existentis ; et mandatum est Henrico de Neketon' quod eidem Petro de predictis custodia et maritagio seisinam habere faciat, non obstante mandato quod rex ei fecit de seisina ejusdem episcopatus facienda electo Dunholmensi. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes per omnia.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset, justiciario foreste, quod faciat habere Huberto Hosat' vj. quercus ad maeremium in foresta de Graveling', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni filio Galfridi quod faciat habere priori Sancti Jacoby de Bristoll' vj. quercus in bosco de Furches', de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus Wigornie.—Mandatum est vicecomiti Vigornie quod permittat homines de Wigornia quietos esse de x. libris quas liberaverunt in garderoba apud Lond' in octabis Sancti Michaelis Willelmo de Burgo, clerico ejusdem garderobe, de amerciamento unde amerciati fuerunt eo quod vendiderunt panem, vinum, et cerviciam contra assisam, et de x libris quas liberaverunt in eadem garderoba apud Gloverniam in crastino Purificationis Beate Marie Willelmo de Burgo et Petro Chaceporc, clericis ejusdem garderobe, de eodem amerciamento. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Willelmo de Buell' x. quercus in foresta de Clive ad se [sustentandum *erased*] hospitandum apud Ket'. Teste ut supra.

De monachis Wintonie.—Rex priori Wintonie salutem. Super monachis vestris excommunicatis et incarceratis secundum quod nobis mandastis consilium nostrum vobis damus quod secundum Dominum et justiciam, nullo odio considerato vel inimicitia, eosdem teneatis et tractetis prout in vestra regula invenitur, quam melius nobis nostis. Nos enim in hiis et aliis, quantum secundum Dominum possumus, volumus defendere et tueri. Teste rege apud Wudest', xvj. die Februarii.

1241.

De fossato castri Windles'.—Mandatum est Engelardo de Cigony quod operarios operari faciat in fossato castri de Windles' et quod forestarios foreste de Windles' retineat in eadem foresta, sicut ibidem esse consueverunt, usque ad adventum regis ibidem. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Datum est nobis intelligi quod vos terras que sunt in custodia dilecti fratris nostri R. comitis Pictavie et Cornubie, de terris que fuerunt Johannis de Cornyard', distringi facitis pro debito quod idem Johannes nobis debebat, omittentes ad distringendum pro eodem debito alias terras que fuerunt ejusdem Johannis et que sunt in custodia aliorum. Et ideo vobis mandamus quod, tam terras que fuerunt predicti Johannis et que nunc sunt in custodia aliorum quam illas que sunt in custodia predicti comitis secundum quantitatem terrarum pro debito supradicto, distringi faciatis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere priori Sancti Bartholomei Glovernie iij. robora ad focum suum, de dono. Teste rege apud Wudest', xvij. die Februarii.

De denariis ad operationes Turris Lond'.—Mandatum est Willelmo Hardel quod omnibus modis quibus poterit, sive de prestito sive de exitibus cambii, faciat habere Ricardo de Fresingf' et sociis suiss custodibus operationum Turris Lond', c. libras, ita quod operationes ille pro defectu monete non cessent. Teste ut supra.
[*Cancelled.*] *Quia factum fuit inde Computate.*

De denariis liberandis in garderoba.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod omnes denarios quos habent de exitibus ejusdem episcopatus salvo venire faciant usque Wudest' liberandos ibidem in garderoba. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod retineat ad opus regis iiij^{xx}. dolia vini et ea liberari faciat vicecomitibus Lond' carianda quo eis injunctum est. Teste ut supra.
Mandatum est etiam Michaelis (*sic*), emptori vinorum regis, quod retineat apud Sudht' lx. dolia vini et ea liberari faciat ballivis Sudhampt' carianda quo eis injunctum est. Teste ut supra.

Pro Johanne de Curton'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, si Johannes de Curton', cui imponebatur quod interesse debuerat fractioni parci de Otteford' et captioni ferarum in eodem parco, qui ideo se subtraxit, redierit et posuerit se in prisona et postea invenerit ei salvos plegios qui eum manucapiant habere coram nobis quando preceperimus ad standum inde recto, tunc ipsum a prefata prisona per plevinam deliberet et omnes terras et catalla sua, que ea occasione ceperit in manum regis, deliberari faciat. Teste ut supra.

De denariis liberandis in garderoba.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod omnes denarios quos habent de eodem episcopatu mitti faciant usque Wudest' liberandos ibidem in garderoba. Teste rege apud Wudest', xviij. die Februarii.

1241.

Mandatum est custodibus episcopatus Dunholmensis quod omnia arreragia que receperint vel que regi debentur de exitibus ejusdem episcopatus sine dilatione et sub salvo conductu ad regem mitti faciant liberanda in garderoba. Teste ut supra.

Pro Magistro Galfrido, salsario regis.—Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi quod de tribus acris terre et dimidia cum pertinentiis in Pidinton', quas clamavimus versus Willelmum de Hotton' et quas ipse nobis reddidit in curia nostra ut jus nostrum, et de undecim acris terre cum pertinentiis in Deneshanger quas clamavimus versus Adam le Flecher et quas ipse nobis reddidit in prefata curia nostra ut jus nostrum, et de v. acris terre et dimidia cum pertinentiis in Dunehanger quas clamavimus versus Ricardum filium Ricardi et quas versus eum in eadem curia nostra ut jus nostrum recuperavimus et quas tibi precepimus capere in manum nostram ad opus nostrum, plenam seisinam habere faciatis Magistro Galfrido, salsario nostro, cui illas dedimus. Teste rege apud Wudest', xviij. die Februarii.

De compoto reddendo.—Rex Ricardo de Gatesden'. salutem. Quia de toto tempore quo J., quondam comes Linc', fuit custos noster comitatus Cestrie reddistis (*sic*) compotum pro eodem comite ad Scaccarium nostrum, vobis mandamus quod de quarterio unius anni de quo adhuc restat compotus reddendus de eodem comitatu, reddatis compotum ad predictum Scaccarium a die Pasches in iij. septimanas anno regni nostri xxv. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod conpotum ipsius Ricardi recipiant.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Willelmo, capellano regine, vel ejus certo nuncio vj. bonas quercus in foresta de Clive, de dono regis. Teste ut supra.

Pro burgensibus Wirecestr'.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Wirecestr', salutem. Sciatis quod cum transitum faceremus per partes Wigornie in festo Sancti Michaelis anno regni nostri xxij., transgressiones quas invenimus in itinere illo factas de vinis venditis contra assisam et falsis mensuris spectantes ad mercatum nostrum fecimus emendari et recepimus inde finem de burgensibus Wigornie, videlicet xx.*l.* Et ideo vobis mandamus quod burgenses ipsos de predictis transgressionibus non occasionetis set ipsos pacem habere permittatis. Teste rege apud Wudest', xx. die Februarii.

Pro burgensibus Glouc'.—Eodem modo justiciariis itineraturis proximo in comitatu Glouc' de transgressionibus quas rex invenit apud Glouc' in Purificatione Beate [Marie] anno regni nostri xxv. pro quibus transgressionibus burgenses Glouc' finem fecerunt pro iiij. doliis vini. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Alani.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit in itinere justiciariorum comitatus Eboraci quod Henricus filius Alani de Huntindon' per infortunium et non per aliquam feloniam excogitatam interfecit Walterum filium suum per

1241.

jactum cujusdam baculi sui sicut intendebat quendam equum trahentem ad carucam suam inde castigare, mortem illam eidem Henrico rex perdonavit pietatis intuitu. Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis quod predictum Henricum a morte predicta quietum esse et a prisona deliberari faciant. Teste rege apud Wudest', xx. die Februarii.

De denariis ponendis in Turri Lond'.—Rex W. de Haverhill', thesaurario suo, salutem. Mittimus vobis extractas de itinere justiciariorum nostrorum in comitatu Sudhampt', mandantes quatinus sine more dispendio fieri faciatis summonitionem, et cum denarios inde receperitis eos apud Turrim Lond' in deposito poni faciatis secundum quod alias vobis mandamus. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Willelmo quod ccc. marcas quas custodes archiepiscopatus Cantuariensis ei habere facient, et omnes denarios provenientes de itinere justiciariorum in comitatu Sudht', et omnes etiam denarios provenientes de placitis habitis coram rege, necnon et omnes denarios provenientes de omnibus custodiis tam episcopatuum quam aliarum que sunt in manu [nostra *erased*] regis, videlicet predicti archiepiscopatus, episcopatus Wintoniensis, terrarum que fuerunt comitis Warenn', comitis Linc', comitis Glouc', Johannis filii Alani, Johannis filii Roberti, salvo reponi faciat in Turri nostra Lond' in quadam archa cum iiij. seruris, ita quod vos habeatis inde unam clavem et frater Hugo de Stocton' aliam, et alias ij. claves alibi salvo tradi faciet rex, et provideat quod denarii inde provenientes in nullos alios usus convertantur. Teste ut supra.

Pro Henrico de Bathonia.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in bosco Henrici de Bathonia del Ydeneye per visum forestariorum faciat habere eidem Henrico rationabile estoverium suum ad domos suas de Westbiri reparandas hac vice, de gratia regis.

Pro Ricardo filio Radulfi.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Ricardus filius Radulfi per infortunium et non per aliquam feloniam excogitatam interfecit Murielem filiam Ricardi Segur per tractum unius sagitte de uno vico in alium in suburbio Salopie descendentis super capud predicte Murielis, mortem illam prefato Ricardo rex perdonavit, pietatis intuitu. Mandatum est Roberto de Lexinton' et sociis suis quod predictum Ricardum a prefata morte quietum et a prisona deliberari faciant. Teste ut supra.

[m. 13.] *De damis datis.*—Mandatum est Petro de Wakering', custodi manerii de Taunton', quod faciat habere in parco de Taunton' W. de la Lund' viij. damas et ij. damos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Sampsoni de Egswell' ij. quercus in bosco de Cateslegh' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xxj. die Februarii.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere abbati de Persor' iiij. bona fusta in foresta de Fecham ad ymagines faciendas, de dono regis.

1241.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est vicecomiti Bedef' quod non distringat tenentes abbatis Westmonasteriensis et homines ipsorum tenentium in ballia sua pro amerciamentis factis coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu suo et finibus factis coram eisdem pro licentia concordandi et fine facto pro comitatu suo, unde idem abbas quietanciam habet per cartam regis. Teste rege apud Wudest', xxij. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr'.

De elemosinis datis.—Rex concessit Roberto le Ewer elemosinas constitutas in archiepiscopatu Cantuariensi quas Petrus de Mauns percipere consuevit, videlicet in manerio de Hese quod fuit Alvrede vidue ij. solidos, et in manerio de Audinton' quod fuit Radulfi Morddefreyt iiij. solidos, et in manerio de Croinden' quod fuit Roberti Passer viij.*s.* viij.*d.*, et in manerio de Audinton' quod fuit ejusdem Roberti x.*s.*, et in manerio de Suthmalling' quod fuit Warini conversi vij.*s.*, et in manerio de Hese quod fuit Hervey venatoris iiij.*s.* Et mandatum est custodibus ejusdem archiepiscopatus quod predictas elemosinas predicto Roberto habere faciant. Teste ut supra. *Et habet inde litteras patentes.*

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles' quod faciant habere Hugoni Giffard et Magistro Waltero de Dya, custodibus infantium ibidem morantium, unum dolium vini de vinis predictis ad opus familie commorantis cum infantibus predictis. Teste rege apud Wudestok', xxiiij. die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere abbati de Winchecumb' iiij. quercus ad scindulas faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivis de Neuport in Essex' quod in vivario ejusdem manerii faciant habere Magistro Radulfo de Neketon' iiij. matrices bremias vivas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere sacriste Sancti Switini Winton' c. libras cere ad cereos faciendos et ponendos in eadem ecclesia. [*Cancelled.*]

De copulis datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere priori Sancti Switini Winton' viij. copulas in La Wessche ad reparationem refectorii sui, de dono regis. Teste rege apud Wud', xxvij. die Februarii.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod loco Walteri de Deneford', coronatoris, qui propter custodiam foreste ad hoc vacare non potest, eligat alium coronatorem qui, prestito sacramento etc., et talem eum etc. Teste rege apud Wudestok', iij. die Marcii.

Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere recluse de Bretford' in foresta de Clarendon' unum robur ad focum suum, de dono regis.

1241.

De maeremio ducendo usque Corf'.—Rex ballivis suis Sudhampt', salutem. Precipimus vobis quod sitis in auxilium vicecomiti nostro Sudhampt' ad conducendum naves ad denarios nostros ad ducendum maeremium nostrum quod est apud Farnham et Porcestr' usque Corf', ita quod pro defectu navium non remaneat quin maeremium predictum illuc ducatur. Teste ut supra.

De conpoto Johannis Extranei.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Johannis Extranei recipiant Philippum de Pres et Walterum de Kineleya ad compotum ipsius Johannis reddendum de comitatibus Salopie et Stafford' et de villa de Mungumery.

Pro Ada que fuit uxor Johannis filii Roberti.—Rex vicecomiti Buk', salutem. Precipimus tibi quod de manerio de Evre cum pertinentiis quod fuit Johannis filii Roberti et quod concessimus Ade que fuit uxor predictis (*sic*) Johannis tenendum donec omnes que fuerunt predicti Johannis extendantur et secundum extensionem illam eidem Ade certam dotem suam assignaverimus, sine dilatione predicte Ade plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod de omnibus terris et tenementis que Johannes filius Roberti tenuit de maritagio Ade quondam uxoris sue in ballia tua, et que cepisti in manum nostram una cum aliis terris que idem Johannes tenuit de nobis in capite, occasione mortis ipsius Johannis, eidem Ade seisinam habere facias. Teste ut supra.

Rex [vicecomiti Norhumb', salutem *erased*] escaetoribus suis in comitatu Norhumb', salutem. Precipimus vobis quod de omnibus terris et tenementis que Johannes filius Roberti tenuit de maritagio Ade quondam uxoris sue in ballia vestra, et que cepistis in manum nostram una cum aliis terris quas idem Johannes tenuit de nobis in capite, occasione mortis ipsius Johannis, eidem Ade sine dilatione seisinam habere faciatis. Precipimus etiam vobis quod de manerio de Neuborn' cum pertinentiis, quod ei concessimus tenendum quousque terre que fuerunt ipsius Johannis extendantur et secundum extensionem illam ei certam dotem assignaverimus, eidem Ade seisinam habere faciatis sicut predictum est. Teste ut supra.

De piscatione.—Rex misit Willelmum, piscatorem suum, usque Oxoniam ad piscandum [in vivariis *erased*] in fossatis castri de Oxonia. Mandatum est constabulario ejusdem castri quod ipsum ad hoc admittat. Teste rege apud Wud', iiij. die Marcii.

Pro Margeria que fuit uxor Walteri de Lacy.—Rex assignavit Margerie que fuit uxor Walteri de Lacy manerium de Staunton' ad se sustentandum inde donec terre que fuerunt ejusdem Walteri, tam in Anglia quam in Hybernia, fuerint extente et de eis fuerit eidem Margerie rationabilis dos assignata; et mandatum est vicecomiti Salop' quod de prefato manerio cum pertinentiis prefate Margerie seisinam habere faciat. Teste rege apud Wud', iiij. die Marcii.

De maeremio ad turrim castri Wintonie.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Emerico de

1241.

Sacy, vicecomiti Sudht', maeremium ad turrim castri Wintonie reparandam secundum quod ei injunctum est, et maeremium illud per talliam deliberari faciant. Teste ut supra.

De maeremio.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere in boscis de Willegh', Salterford', Mamesfeld', et Bilhay, vicecomiti Notingham maeremium ad operationes que injuncte sunt ei a rege faciendas per talliam inter predictum vicecomitem et ballios ejusdem Johannis de numero quercuum quas ei ad hoc habere fecerit.

Pro Agatha Trussebut.—Agatha Trussebut habet licentiam transfretandi in Normanniam et ibi moram faciendi usque ad festum Omnium Sanctorum anno regni nostri xxvj.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Norhumb' quod si Nicholaus de Bolteby, quem cepit propter appellum quod Alanus de Kirkeby facit versus eum in comitatu suo de morte Willelmi de Kirkeby qui interfectus fuit, ut dicitur, in comitatu Eboraci, et unde nulla presentatio facta fuit coram justiciariis itinerantibus qui bis vel ter itineraverunt in comitatu illo post factum illud, invenerit ei duodecim etc. qui eum manucapiant etc., tunc eum tradat etc.

De decimis ecclesie de Racolvr'.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod decimas ecclesie de Racolvr' repositas in orreis archiepiscopatus ibidem vel alibi sine dilatione deliberari faciant Magistris Ricardo et Johanni de Wiz et Nicholao de Bureford' vel duobus vel uni eorum, et si quid inde amotum fuerit id eis sine dilatione restitui faciat (*sic*). Teste rege apud Wudest,' v. die Marcii.

De cervis et capreolis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere W. Carleolensi episcopo in foresta Karl' x. cervos et vj. capreolas.

Pro Hawisia de Lond'.—Rex Mereduc filio Resi, salutem. Mandamus vobis quatinus terram hereditatis Hawisie de Lond' in Kedwelly quam ei deforciatis et que ei restitui debet per formam pacis inite inter nos et dilectum nepotem nostrum D. filium L. quondam principis Norwall', infra Clausum Pasche anno regni nostri xxv. restitui faciatis, et nisi feceritis, sciatis quod mandavimus G. Marescallo, comiti Penbr', Johanni de Munemue, Meilgun filio Meilgun et Reso Meghol, fratri vestro, quod termino predicto prefate Hawisie de terra illa plenam seisinam habere faciat (*sic*) et in seisina sua eam manuteneat (*sic*). Teste ut supra.

Et mandatum est G. Marescallo, comiti Penbr', Johanni de Munem', Meilgun filio Meilgun et Reso Meghol quod termino predicto prefate Hawisie de terra illa plenam seisinam habere faciant et eam in seisina manuteneant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Rex Waltero de Deneford', salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis fratribus predicatoribus Oxonie xiiij. robora cum escaetis in bosco de Shotovr' [in Malecumb' in foresta de Berenewud *erased*] ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

1241.

Pro Wiberto le Porter.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Wybertum le Porter, petentem, et abbatem de Sancto Wandregesil de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Touecestr' et quam Walterus de Godarvill' tenuit de predicto abbate ad feodi firmam, ponat in respectum donec idem Wibertus redierit a partibus Hybernie ad quas missus est pro negociis regis.

De tailagio Judeorum.—Thomas de Newerk' assignatus est cum Willelmo de Sancto Edmundo et Willelmo Hardel ad assidendum tallagium xx^{m}. [xx. et mille librarum *erased*] marcarum quas Judei regi solvere tenentur ad festum Sancti Michaelis proximo futurum.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere Willelmo de Ireby ad opus R. comitis Pictavie et Cornubie, x. bremias in vivario de Fosse et xl. bremias in mara de Brademere ad ponendum in fossatis predicti comitis castri de Craneburn'. Teste ut supra.

Pro Waltero de Ludeham.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod maeremium quod prostratum fuit in bosco J. quondam comitis Linc', in Axiholm', et quod idem comes in vita sua dedit Waltero de Ludeham, eidem Waltero habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod debitum x. marcarum . . . . . [*Unfinished and cancelled.*]

De testamento J. quondam comitis Linc'.—Rex vicecomiti Leic', salutem. Precipimus tibi quod de manerio de Welham quod J. quondam comes Linc', tenuit ad firmam, cum omnibus pertinentiis et omnibus catallis que predictus comes habuit in eodem manerio, plenam seisinam habere facias executoribus testamenti ejusdem comitis ad executionem testamenti predicti comitis faciendam, et si quid inde post mortem predicti comitis receperis predictis executoribus sine dilatione reddas. Teste rege apud Walingford', viij. die Marcii.

De denariis ponendis in Turri Lond'.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod omnes denarios quos receperint de exitibus predicti archiepiscopatus, preter cc. libras quas liberaverunt custodibus operationum Turris Lond', liberari faciant tesaurario in eadem Turri deponendos.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod debitum quod Walterus de Godarvill' regi debet unde reddit per annum ad Scaccarium x. . . . . . [*Unfinished and cancelled.*]

De respectu tallagii.—Mandatum est Henrico de Bath' et Ricardo Duket quod, non obstante priori mandato de tallagio faciendo, nullum tallagium faciant citra Pascha.

De bladis vendendis.—Rex Henrico de Neketon' et Magistro W. le Brun. Mandamus vobis quatinus per visum et testimonium

1241.

legalium hominum vendi faciatis omnia blada que habetis in custodia vestra de terris que fuerunt comitum Warenni et Linc' et N. de Mubray, ita quod denarii inde provenientes apponantur ad hoc quod ipsos assignavimus. Teste ut supra.

De pecunia recipienda.—Rex vicecomiti Notingham. salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum iiij. legalibus militibus de comitatu tuo in propria persona tua accedas usque Blith' ad priorem de Blith' et ab eo in presencia predictorum militum recipias pecuniam quam quidam latro nomine Rogerus filius Galfridi subtraxit cuidam mercatori Bononie et deposuit ad domum Thoraldi Marescalli de Blith', et quam idem Marescallus cuidam recluse tradidit et quam idem prior a dicta reclusa recepit, sicut idem Rogerus jam apud Lond' captus recognoscit, et eandem pecuniam postquam eam a dicto priore receperis, eam ad nos mittas ita quod eam habeamus in crastino Dominice in Ramis Palmarum. Teste rege apud Windles', x. die Marcii.

Et mandatum est priori de Blith' quod predictam pecuniam deliberet eidem vicecomiti per talliam regi mittendam.

De denariis mittendis in garderobam.—Rex custodibus operationis Turris Lond', salutem. Mandamus vobis quod, si recepistis a vicecomite Lond' c. libras quas ei injunximus vobis liberandas ad operationes ejusdem Turris, illas sine dilatione nobis mittatis liberandas in garderoba et nos quietos vos inde esse faciemus. Et, si ipsas nondum recepistis, id nobis sine dilatione scire faciatis. Teste ut supra.

De clausura capienda.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod permittant ballivos de Sudht' capere apud Biterm' per visum ballivi ejusdem manerii clausuram ad ballium de Sudht' claudendum. Teste rege apud Windles', xij. die Marcii.

De perlis emendis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod emi faciat perlas ubi eas invenerit venales et illas liberari faciat Mabilie de Sancto Eadmundo ad casulam regis perficiendam, ita quod prefata casula pro defectu perlarum vel aliorum non remaneat infecta et cum rex custum scierit breve de Liberate ei faciet habere. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia inde habuit breve de Liberate.*

Pro Johanna que fuit uxor Thome de Gorges et aliis.—Rex Margerie que fuit uxor Roberti Pagani, salutem. Mandamus vobis quod c. marcas quas nobis debetis per annum pro custodia terrarum que fuerunt Rogeri quondam viri vestri et quas assignavimus ad sustentationem familie Thome de Gorges recipiendas per manum Roberti de Mustres, singulis annis reddatis Johanne que fuit uxor prefati Thome liberandas predicte familie. Volumus enim quod Geva que fuit uxor predicti Roberti habeat inde xxx. marcas per annum ad sustentationem sui et liberorum suorum, quas scilicet predictus Robertus quondam vir suus habuit, et quod Lucia que fuit uxor Rualen' de Braye habeat inde xv. marcas per annum ad sustentationem sui et liberorum suorum, quas scilicet predictus Rualen' quondam vir suus habuit. Teste rege apud Windles', xiij. die Marcii.

1241.

Pro Geva que fuit uxor Roberti de Monasteriis.—Rex commisit Geve que fuit uxor Roberti de Monasteriis medietatem manerii de Aufreton' cum pertinentiis quam predictus Robertus tenuit de ballio regis ad se sustentandam quamdiu regi placuerit, et mandatum est vicecomiti Essex' quod de predicta medietate illius manerii cum pertinentiis predicte Geve seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De cccc. marcis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario, salutem. Mandamus vobis quod illas cccc. marcas quas vobis nuper precepimus omnibus modis et modis omnibus de thesauro nostro liberari Claro de Palezall', mercatori Florencie, capiatis non obstante alio mandato contrario de denariis in Turri Lond' in deposito positis, liberandas eidem mercatori. Teste rege apud Windles', xiij. die Marcii.

De bladis Magistri Symonis de Steyland' vendendis.—Rex R. Sarrisburiensi episcopo, salutem. Quia nondum blada et alio bona que fuerunt Magistri Simonis de Steyland' in diocisi vestra sequestrari fecistis pro debitis que idem magister nobis debet, sicut alias vos rogavimus, mittimus ad vos Johannem le Gyu paternitatem vestram iterato rogantes quatinus blada et alia bona predicta per vos sequestrata predicto servienti nostro liberari faciatis ad ea vendenda per visum alicujus ex parte vicecomitis quem ad hoc assignabit et per visum alicujus de vestris, si volueritis, ad opus nostrum in parte solutionis debitorum predictorum. Teste ut supra

De pallacio parci de Guldeford' reparando.—Mandatum est Gregorio de la Dune, custodi parci de Guldeford', quod assumptis secum iiij. legalibus hominibus vendat in parco de Guldeford' robora, et predicti iiij. homines recipiant denarios inde provenientes et per visum eorum reparari faciat ex eisdem denariis pallacium predicti parci ubi indigeat reparatione. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis domini regis que sunt in custodia sua facians habere Johanne de Gorges unum doleum vini de prisa, de dono domini regis. Teste ut supra.

[m. 12.] Mandatum est custodi parci de Havering' quod permittat Petrum de Sabaudia capere xxj. damas in eodem parco contra hoc instans Pascha. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Monte.—Rex Nicholao de Molis, salutem. Monstravit nobis Willelmus de Bello Monte quod cum ipse in molendino de Hundrefeld' quatuor marcatas redditus habeat quas tenuit de J. quondam comite Linc', qui etiam comes quandam partem habuit in molendino predicto, vos occasione ejusdem partis quam predictus comes habuit in eodem molendino, quam in manum nostram cepistis post mortem ejusdem comitis, predictas iiij. marcatas redditus similiter in manum nostram cepistis. Et ideo vobis mandamus quod si ipsas iiij. marcatas redditus prefata occasione in manum nostram cepistis, tunc prefato Willelmo eandem seisinam de predicto redditu habere facias quam habuit tempore comitis memorati. Teste rege apud Windles', xiiij. die Marcii.

1241.

De rogo faciendo.—Mandatum est Ingelardo de Cygoni quod faciat habere custodi operationum de Windles' buscam ad quendam rogum faciendum in foresta de Windles' ubi ad minus dampnum ejusdem foreste capi poterit. Teste ut supra.

Pro Matillide que fuit uxor comitis de Warenna.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod non obstante eo quod W. quondam comes Warenne, reddidit Willelmo de Mortuo Mari manerium de Sculeton' in vita sua, ut dicitur, et quod rex cepit postea manerium in manum suam eo quod datum fuit regi intelligi quod dictus Willelmus intrusit se in prefatum manerium post mortem prefati comitis, Matillidi que fuit uxor prefati comitis de prefato manerio rationabilem dotem habere faciat, salvo prefato Willelmo jure suo post mortem prefate comitisse tam in tercia parte ejusdem manerii quam in aliis duabus partibus. Teste ut supra.

De rotulis regi mittendis.—Rex Warino de Kingeston', quondam senescallo terrarum que fuerunt comitis Warenne in comitatibus Sussex' et Surr', salutem. Mandamus vobis quod sitis ad nos ad hoc instans Pascha et vobiscum deferatis rotulos vestros de exitibus predictarum terrarum de tempore vestro ut de valore earundem per vos tunc plenius possimus certificari, et hoc nullatenus omittatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Willelmo de Curzun, Johanni de Krikeleston', Johanni de Rumesye, Ade de Nerford', Roberto de Hyl de Theford', de balliis suis.

Geresy.—Quia rex accepit per inquisitionem factam quod Adam de Sotewaft seisitus fuit ut de feodo de redditu x. summarum frumenti cum pertinentiis in parochia Sancti Laurencii et quod Willelmus de Brikebet fuit seisitus ut de feodo xvj. solidatis redditus Turonens' cum pertinentiis in parochia Sancti Martini de Çrovilla die quo predicti Adam et Willelmus predictos redditus dederunt Radulfo Gallicien in maritagium cum Johanna nepte predictorum Ade et Willelmi, mandatum est ballio de Geresy quod de predictis redditibus predicto Radulfo Gallicien plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De manerio de Cluering'.—Mandatum est Willelmo filio Ricardi quod manerium de Cluering' salvo custodiri ad opus regis, et terras que in eodem manerio excolende sunt de redditibus et subbosco ejusdem manerii secundum quod melius videritis (*sic*) expedire excoli faciatis (*sic*). Teste rege apud Windles', xiiij. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norht' de manerio de Eynho.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ade Carectario de Eton' dimidiam marcam que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii de amerciamento de itinere justiciariorum in comitatu Buk', et mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti pro Waltero de Oppenhor'. Teste ut supra.

1241.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Philippo de Sabaudia, persone de Geintinton', iiij. quercus in bosco de Gatisl' ad domos suas de Geintindon' reparandas, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis mittendis in garderoba.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod omnes denarios quos habent de exitibus ejusdem archiepiscopatus, reservatis ccc. marcis quas custodibus operationum Turris Lond' liberari precipimus, et lx. marcis quas liberari preceptum [est] Willelmo de Corneham, venire faciant usque Windles' liberandos ibidem in garderoba. Teste rege apud Windles', xvij. die Marcii.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod de vinis venalibus in Lond' statim capi faciat iiij. dolia vini recati, si inveniri possit, et, si non, illa recari faciat ad opus Petri de Sabaudia, et illa liberet vicecomitibus Lond' carianda usque Havering' ita quod sint ibi instanti die Dominica tempestive, et cum rex custum scierit breve de Liberate rex ei faciet habere. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvre.—Mandatum est vicecomiti Bedef' et Buk' quod distringat omnes illos de comitatibus predictis qui arreragia debent P. Peyvre de tempore quo fuit vicecomes eorundem comitatuum, ita quod arreragia illa habeat citra Clausum ut plenarie super compotum suum post Clausum Pasche possit ad Scaccarium respondere. Teste ut supra.

De vinis datis.— Mandatum est constabulario et custodibus vinorum regis Notingham quod faciant habere Rogero scissori j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De morte perdonata.—Rex vicecomiti Salop', salutem. Quia per inquisitionem quam fieri fecisti per preceptum nostrum accepimus quod Willelmus filius Henrici de Ruyton' occidit Julianam sororem suam per infortunium et casum inopinatum et non ex malicia excogitata, nos ipsi Willelmo mortem predictam et sequelam mortis predicte quantum in nobis est perdonavimus, ita tamen quod predictus Willelmus stet inde recto si quis versum eum loqui voluerit. Teste ut supra.

De j. vestimento emendo.—Mandatum est W. de Haverhull' quod emi faciat unum bonum vestimentum integrum, ut in casula, tunica, dalmatica et omnibus aliis ornamentis vestimentorum ad capellam regis Turris Lond' necessariis, et preterea duas casulas preciosiores et meliores que inveniri poterint vendende in civitate nostra Lond'. Et cum rex custum scierit breve de Liberate ei faciet habere. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Cure.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod si Galfridus de Cure, qui captus est et in prisona pro redisseisina detentus, invenerit ei salvos plegios habere coram justiciariis etc. ad satisfaciendum regi de transgressione predicta secundum quod

1241.

predicti justiciarii viderint expedire, tunc ipsum G. replegiari faciat, nisi alia occasione captus sit quare secundum consuetudinem Anglie non sit replegiabilis. Teste ut supra.

De fustis et roboribus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod ubi melius viderint expedire faciant habere Fratribus Minoribus de Wintonia l. fusta de fago ad fundamenta ecclesie sue firmanda, et eisdem iij. robora ad focum suum; et Fratribus Predicatoribus iij. robora similiter ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windles', xix. die Marcii.

De vinis venditis.—Rex vicecomiti Wigornie, salutem. Precipimus tibi quod sicut te ipsum diligis habeas in garderoba nostra in crastino Clausi Pasche, ubicumque tunc fuerimus, xj. marcas quas tu ipse recepisti pro iiij. doliis vini venditis de celario nostro Wigornie anno regni nostri xxiij., et x. marcas et dimidiam quas tu ipse recepisti pro iiij. doliis vini venditis de celario nostro de Kydeminstr' anno etc. xxij. Et distringas Petrum Colle ad reddendum nobis vij.*l.* x.*s.* de v. doliis vini ei venditis de celario Wigornie anno etc. xxiiij., et distringas Ricardum clericum ad reddendum nobis vj.*l.* de iiij. doliis vini eidem venditis anno eodem, et distringas Gregorium de Crumbe ad reddendum nobis xxx.*s.* pro j. dolio vini eo vendito anno eodem, ita quod sicut te ipsum et catalla tua diligis habeamus predictos denarios in garderoba nostra in crastino Clausi Pasche proximo instanti. Teste rege ibidem, xx. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti' Sudht' de Johanne de la Bulehuse et Johanne (*sic*) Ace distringendis ad reddendum xlij.*l.* vj.*s.* pro xlvij. doliis vini eis de celario de Sudht' venditis, et de predicto (*sic*) Benedicto et Waltero le Flemeng distringendis [*ad reddendum*] iiij.*l.* vj.*s.* viij.*d.* pro ij. doliis vini eis venditis, et de predictis Benedicto, Waltero, et Roberto le Moine distringendis ad reddendum xix.*l.* x.*s.* pro ix. doliis vini eis venditis, et de priore de Sancto Swytin' distringendo ad reddendum viij.*l.* xvj.*s.* viij.*d.* pro iiij. doliis vini, et de Johanne de Colemer' ad reddendum xliij.*s.* iiij.*d.* pro j. dolio vini, et de Nicholao de Hay ad reddendum viij. marcas pro ij. doliis vini et dimidio, et de Michaele de Aumbly ad reddendum ix.*l.* x.*s.* pro viij. doliis vini, et de Ricardo de Prisa ad reddendum xxiiij.*s.* pro j. dolio vini, et de Ricardo de Lavinton', Sampsone de Puteo, et Henrico de Fareham ad reddendum xx.*l.* pro xv. doliis vini, et de Sampsone de Puteo ad reddendum xj.*l.* iiij.*s.* pro viij. doliis vini, et de curtario de Sancto Switino ad reddendum lv.*s.* pro ij. doliis vini, et de Henrico de Prisa ad reddendum lv.*s.* pro ij. doliis vini, ita quod sicut te ipsum diligis etc.

Item de eodem.—Eodem modo scribitur vicecomiti Oxon' de Roberto le Minot et Ricardo de Norton' ad reddendum iiij.*l.* x.*s.* pro iij. doliis vini, ita etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Warr' de Matheo de Coudray ad reddendum xxxvj. marcas quas recepit de ix. doliis vini venditis de celario de Hereford', ita etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sudht' de Ricardo de la Prise ad reddendum xxxvj. marcas et x.*s.* pro ix. doliis vini et uno remanenti ei venditis de celario de Clarend', ita etc. ut supra.

1241.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de Johanne de Nevill' ad reddendum xl.*s.* pro ij. doliis vini que Hugo de Nevill', pater ipsius Johannis, emit de celario de Clarend', ita etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes' de priore de Monasterio Ederoso ad reddendum xx.*s.* pro j. dolio vini ei de celario de Clarendon' vendito; et de Willelmo Pinnoc ad reddendum xx.*s.* similiter pro j. dolio vini ei de eodem celario vendito; et de Ricardo le Archer ad reddendum x.*s.* pro quodam remanente ei vendito de eodem celario, ita etc. ut supra.

De quodam distringendo.—Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod distringat Willelmum Hulte et Henricum Pistorem, custodes celarii de Fecham, quod veniant usque Wudestok' in primo adventu regis ibidem ad respondendum regi de vinis positis in predicto celario anno etc. xvj. et xvij. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Precipimus tibi quod de demanda xl. librarum quam facis priorisse et monialibus de Karho per summonitionem Scaccarii easdem priorissam et monialibus (*sic*) pacem habere permittat (*sic*). Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Marcii. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro abbate de Waverl'.—Rex perdonavit abbati de Waverl' xx. marcas de debito quod regi debet pro terra quam habet in manerio regis de Aulton' pertinente ad grangiam suam de Netham. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum abbatem de predictis xx. marcis quietum est faciant. Teste ut supra.

Pro priorissa de Karho.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Precipimus tibi quod de demanda xl.*l.* quam facis priorisse de Karho per summonitionem Scaccarii nostri occasione manerii de Wroxham, quod habet de dono Margerie de Cresy ipsam pacem habere permittas, et nos, si justum fuerit, postea debitum illud recuperabimus versus heredes ipsius Margerie qui manerium illud predicte priorisse warantizare debent. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Marcii.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex Justiciariis proximo itineraturis in comitatu Wigorn', salutem. Cum sicut intelleximus R. comes Cornubie etc. abbati Westmonasteriensi quandam terram in foresta Malvern' in proprio bosco ipsius abbatis concesserit assartandam, et quod assartum idem comes debet warantizare predicto abbati per cartam suam, quam inspeximus, quamdiu custodia quam habet de terra Ricardi de Clar' per concessionem nostram fuerit in manu sua, et quedam assise nove disseisine arramiate sint versus predictum abbatem de eodem assarto, nolumus quod assise ille capiantur donec prefatus comes de Terra Sancta redierit vel custodiam predicte terre dimiserit. Et ideo vobis mandamus quod in itinere vestro in eodem comitatu ad presens de predicto assarto nullam assisam capiatis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Petro de Sabaudia quod in parco de Havering' capiat xx. damas contra hoc instans Pascha, et si

1241.

ad hoc intendere non possit quod ipsas per Robertum de Mares et per alios valettos regis et suos capere faciat. Teste rege ibidem, xxv. die Marcii.

De perdonatione.—Rex perdonavit Thome de Ponte de Wyredesbyr' dimidiam marcam de qua amerciatus erat coram justiciariis itinerantibus in comitatu Buk' pro communi summonitione, et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse permittant. Teste ut supra.

Pro Ysabella uxore Milonis de Brehull'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod non distringat Ysabellam uxorem Milonis de Brehull' qui peregre profectus est in Terram Sanctam pro acremento firme quod predictus Milo reddere non consuevit antequam profectus esset et quod ab ipso Milone exigitur per summonitionem Scaccarii, nec etiam pro instauro antecessoribus predicti M. commisso ante tempus H. regis, avi domini regis, quia rex non vult quod predicta Y. distringatur pro predictis usque ad reditum predicti M. viri sui. Teste ut supra.

Consimiles littere dirigebantur baronibus de Scaccario.

[m. 11.] *Pro Johanne de Gatesden'.*—Rex concessit Johanni de Gatesden' custodiam terre et heredum Ricardi de Kahaines quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti quod de omnibus terris que fuerunt predicti Ricardi in ballia sua eidem Johanni seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

Eodem modi scribitur vicecomiti Sussex'.

De maeremio ad cameram de Windes'.—Mandatum est ballivis de Bray quod in foresta de Windles' permittant Magistrum Simonem carpentarium capere maeremium ad cameram de Windles' faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Engelardo de Cygoyny.

De perdonatione.—Rex perdonavit Gunnilde uxori Roberti Bric dimidiam marcam, et Alicie que fuit uxor Johannis Slint aliam dimidiam marcam, que exiguntur ab eis per summonitiones Scaccarii et de quibus amerciate erant coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Buk'; et mandatum est custodi honoris de Walinford' quod ipsas inde quietas esse permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod in bosco de Harewes faciat (*sic*) Thome de Newerk' sex quercus, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Aprilis.

Pro Roberto de la Haye.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Roberti de la Haye, vicecomitis Buk' et Bedeford', qui est unus justiciariorum in diversis comitatibus, recipiant Johannem le Deveneys ad respondendum pro eo ad Scaccarium de hiis que ad predictos comitatus pertinent quamdiu fuerit in itinere predicto. Teste ut supra.

1241.

Pro pluribus deliberandis a prisona.—Hugo de Vivon', Herbertus filius Mathei, Emery de Sacy, Radulfus de Sancto Amando, Robertus de Bosco, Alexander Cleuril, Galfridus de Rupis, Johannes de Cormeyll, Johannes filius Mathei, Johannes de Kernet, Alvredus de Linc', Reginaldus de Cunte, Patriccius de Chaurces, et Thomas de Venoyz, manuceperunt habendi Nicholaum Lipping' coram rege in octabis Clausi Pasche ubicumque tunc fuerit ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit de quadam medleta mota ad nundinas Sancti Botulfi. Et mandatum est custodi gaiole de [Flet *substituted for* Neugat'] quod ipsum a prisona ita deliberari faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Nigilli quod permittat Johannem de Pless' capere vj. damas in foresta de Brehull' ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Campo.—Rex concessit Willelmo de Bello Campo, vicecomiti Wigorn', quod Laurencius de Wendleswurth' quod (*sic*) pro eo possit respondere ad Scaccarium de hiis que ad predictum comitatum pertinent quamdiu regi placuerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Laurencium loco predicti Willelmi ad hoc recipiant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Aprilis.

De liberatione data.—Rex dedit Radulfo de Eyden', valetto de butilleria regis, liberationem trium obolorum per diem quam Willelmus de Vendom', quondam nuncius regis, percipere consuevit per manum vicecomitis Glouc' de elemosina regis constituta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Radulfo liberationem predictam habere faciant. Teste ut supra.

De inhundredo de Basingstok'.—Quia per inspectionem carte hominibus de Basingestok' de eodem manerio confecte et etiam ex testimonio fidedignorum qui custodiam comitatus Sudht' quondam habuerunt regi constat quod inhundredum de Basingestok' ad predictum manerium pertinet nec aliquo tempore fuit ab eodem separatum, et similiter quia manerium illud regine assignatum est in dotem, mandatum est vicecomiti Sudht' quod occasione prioris mandati de forincecis hundredis de Aulton' et Basingestok' per se custodiendis, ad predictum inhundredum de Basingestok' manum non apponat, et si quid inde receperit, id ballivis ejusdem manerii reddi faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Baldewino de Ripariis iiij. damas in Nova Foresta, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Aprilis.

Pro Roberto de Salopia.—Quia Robertus de Saloppia, detentus in prisona de Neugat', quando captus fuit, fuit inventus in habitu clericali, rex concessit H. Coventrensi et Licheffeldensi episcopo, quod a predicta prisona liberetur; et mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

1241.

Pro Rogero Crump'.—Willelmus de la Bere, Henricus Printe, manuceperunt habendi coram rege Rogerum Crump, in octabis Clausi Pasche, ad respondendum inde si quis loqui voluerit inde versus eum, clericum captum et detentum in prisona pro quadam medleta facta ad nundinas Sancti Botulfi. Et mandatum est custodi gaiole de Flet' quod ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

Pro Olivero le Especer et Willelmo le Blund.—Eodem modo scribitur eidem pro Olivero le Especer, Willelmo le Blu[n]d, et Radulfo le Blu[n]d, quos Ricardus Leyrey, major Wintonie, Nicholaus Kipping, Henricus le Macecreu, Ricardus de Lavinton', Henricus Prince, Ricardus Brian', Johannes Alvred', Johannes Oysun, Willelmus Shelvemel', Walterus Coleman, Johannes le Schamberleng', Willelmus le Especer, Petrus Westman, Henricus Priour, Andreas Beubelet, Brianus de Garstret', cives Wintonie, Walterus Adrian, et Galfridus de Wintonia, cives Lond', manuceperunt etc. ut supra.

Pro Willelmo Chubbe.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod distringat Judeos subscriptos ad reddendum Willelmo Jubbe arreragia que ei debent de l. marcis quas ei promiserunt pro puerperio regine, videlicet Jacobum Crespin, pro viij.*s.* x.*d. ob.*, Aaron filium Abrahe pro xxxv.*s.*, Benedictum Crespin pro lij.*s.* ij.*d.*, Aaron filium Isac, cyrograffarium, pro iiij.*s.* vj.*d. ob.*, et Joceum filium Abrehe pro iiij.*s.* x.*d. ob.* Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Aprilis.

Pro Huberto Huse.—Mandatum est hominibus de Andevr' quod de c.*l.* annuis de firma ville vestre (*sic*) Huberto Huse amodo intendentes sint et respondentes sicut prius inde ei respondere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Mortuo Mari.—Rex concessit Willelmo de Mortuo Mari quod de ij. partibus manerii de Sculeton' habeat eandem seisinam quam habuit de manerio illo quando vicecomes Norf' illud cepit in manum regis ea occasione quod datum fuit regi intelligi quod predictus W. intruserat se in idem manerium post mortem W. quondam comitis Warenn', salvo jure cuilibet. Et mandatum est eidem vicecomiti quod de ij. partibus predicti manerii eidem W. seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Aprilis.

Pro Beatricia de Fay.—Quia iiij. librate terre desunt Beatricie de Fay in comitatu Sussex' de xx. libratis terre que ei debuissent assignate fuisse in comitatibus Sussex' et Surr' ad sustentationem suam, mandatum est vicecomiti Surr' quod preter xx. libratas terre que eidem Beatricie assignate sunt in comitatu suo, iiij. libratas terre ei assignari faciat in comitatu suo ad perficiendum predictas iiij. libratas que ei desunt in comitatu Sussex'. Teste ut supra.

Pro abbate de Cyrencestria.—Rex ballivis suis de Cocham et de Baye (*sic*), salutem. Precipimus vobis quod permittatis abbatem de Cyrencestria habere talem seisinam de una fago singulis annis in bosco nostro de Cocham percipienda, et communa pasture in Cocham et

1241.

Braye qualem habere consuevit tempore domini J. regis etc. et aliorum antecessorum nostrorum et nostro usque ad tempus quo Walterus de Burgo habuit custodiam predictorum maneriorum qui predictum abbatem inde pro voluntate sua disseisivit. Teste ut supra.

De quodam dextrario commisso Hugoni de Vivon'.—Mandatum est Huberto Huse quod de dextrariis quos habet ad opus regis liberet meliorem Hugoni de Vivon' custodiendum ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Marescallo et uxore ejus.—Quia magis esset ad commodum regis quam ad dampnum, ut per inquisitionem accepit, si redderet Johanni Marescallo et Lecie uxori ejus lx. acras terre in Lechton' quas G. Marescallus fecit claudi fossato dum habuit in custodia sua honorem de Aquila, mandatum est vicecomiti Sussex' quod de ipsis lx. acris predictis Johanni et uxori ejus seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod permittat Robertum de Marisco capere xv. damas in foresta de Wichewud' ad opus Petri de Sebaudia, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto Malur'.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod faciat habere Roberto Malur' iiij. quercus quas emit in parco de Wibbel' tempore W. de Lacy, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Petro phisico.—Mandatum est constabulario de Ponte Fracto quod talem seisinam habere faciat Magistro Petro phisico de decimis molendinorum de Knottingle, Rothewell', Went, et del Flet' et aliorum pertinentium ad prebendam suam quam habet in castro de Pontefracto qualem predecessor suus, qui proximo ante ipsum prebendam illam tenuit, inde habuit. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Aprilis.

De vinis regi reddendis.—Mandatum est ballivis de Roffa quod reddant regi vina que ei debent, et ea liberent constabulario Roffe deponenda in celario ibidem. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem constabulario etc.

Pro abbate de Stratford'.—Mandatum est custodibus operationum Turris Lond' quod permittat (*sic*) abbatem de Strafford' emere petram in civitate Lond' ad operationes ecclesie sue si sine impedimento predictarum operationum Turris Lond' possit fieri. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere abbati de Stratford' iiij. robora in forinseco bosco extra parcum de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Nevill'.—Rex vicecomiti Linc', salutem. Ostensum est nobis ex parte Galfridi de Nevill' quod occasione precepti nostri quod tibi fecimus de seisina facienda Matheo Bezel de custodia terrarum quas Rogerus de Notton' tenuit de J. de Lacy, quondam comite Linc', tu seisinam fecisti eidem M. de j. carucata terre cum

1241.

pertinentiis in Silkeston' quam idem Rogerus tenuit de prefato Galfrido et unde idem Galfridus habuit custodiam post mortem prefati Rogeri. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc prefato Galfrido de prefata carucata terre cum pertinentiis seisinam habere facias, et si quid inde receptum fuerit ei reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Aprilis.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat habere sacriste Westmonasteriensi j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit priori de Monasterio Ederoso xx.*s.* qui exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii pro quodam dolio vini quod emit de celario regis de Clarendon', et mandatum est vicecomiti Wilt' quod ipsum inde pacem habere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Kasingham quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Cantuarie xx. quercus ad constructionem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Aprilis.

Pro Godefrido de Gamages.—Mandatum est Johanni de Munemue quod talem seisinam habere faciat Godefrido de Gamages qualem rex fecit Willelmo de Gamages, patri suo, quando castrum Matillidis firmavit. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere Roberto Passelewe j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Karhowe.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod perdonavimus priorisse de Karhowe xl.*l.* que exiguntur ab ea per summonitionem Scaccarii nostri occasione manerii de Wroxham quod tenet de dono Margerie de Cresy. Et ideo vobis mandamus quod ipsam inde quietam esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xj. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Poncio de Pontibus xx. quercus in foresta de Brehull', et x. quercus in foresta de Wichewud' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De quibusdam a prisona deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod si Ricardus Dranek', Johannes Amfrey, Willelmus in the Brik', Alexander le Veautrer, Alanus le Forester, Ricardus Frelaund', Adam Walensis, Adam Berghes, Goman le Hert, Walterus Bolle et Gervasius Sefoul, quos cepit pro fractione parci de Otteford' et captione bestiarum in eodem, invenerint ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc ipsos a prisona qua detenti sunt ita deliberari faciat, et habeat coram prefatis justiciariis nomina plegiorum et hoc breve.

1241.

De roboribus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis [quod faciant habere] Fratribus Predicatoribus Cantuarie iij. robora ad focum s um ubi ad majorem utilitatem eorum capi poterunt. Teste ut supra.

Pro Geva que fuit uxor Roberti de Monasteriis.—Jeva que fuit uxor Roberti de Monasteriis, habet licentiam transfretare ad partes Normannie ad dotem suam ibidem recuperandam. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Aprilis.

Pro priore de Merton'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod omnia retia eorum quos invenerit piscantes in ballia sua in aqua Tamisie ante gurgitem prioris et conventus Merton' in Braynford', quem habent de dono predecessorum regis, aliter quam piscari consuevit temporibus eorundem et a tempore quo gurgitem illum habuerunt de dono eorundem, capi et arestari faciat ita quod nullo modo sine precepto regis deliberentur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Midelsex'.

Pro Johanne Alardi.—Mandatum est ballivis de Winchels' quod, non obstante mandato quod ei fiebat de balistis et armis que fuerunt H. de Trublevill' et sunt in custodia Johannis Alardi arestandis, permittat (*sic*) ipsum Johannem de balistis et armis memoratis facere quod voluerit quia rex ipsum de balistis et armis predictis quietum clamat. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Aprilis.

[m. 10.] *De perdonatione.*—Rex perdonavit Willelmo de la Lunde c.*s.* de prestito ei facto de thesauro regis per H. de Pateshull', tunc thesaurarium nostrum (*sic*), et quos ab eo barones de Scaccario exigunt per summonitionem Scaccarii; et mandatum est eisdem baronibus quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Aprilis.

Rex eisdem, salutem. Liberate de thesauro nostro Symoni, capellano Sancti Stephani Westmonasteriensis, et Willelmo, capellano Sancti Johannis Westmonasteriensis, l.*s.*, videlicet utrique illorum xxv.*s.* pro stipendiis suis a Pascha anno etc. xxv. usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem. Et eidem capellano dimidiam marcam pro stipendiis clerici sui et ad lumen inveniendum in capella nostra per idem tempus; et tribus capellanis ministrantibus in tribus capellis nostris apud Westmonasterium lxv.*s.* pro stipendiis suis per idem tempus. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Gilbertus de Sumton', qui rettatus est de morte Roberti Bondemani, invenerit ei xij. liberos etc. qui eum manucapiant etc., tunc eum tradat etc. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Quia per inquisitionem quam a te fieri precepimus accepimus quod Willelmus Bernard', Alexander filius Godwini, Alexander de Aula, Bartholomeus filius Pagani, Willelmus le Kemer, Petrus Molendinarius, Willelmus le Godeng', Willelmus le Paumer, Adam le Paumer, Johannes

1241.

le Paumer, Gerardus filius Eylwini, Adam filius Martini, Willelmus de la Uxn', Willelmus Priston', Willelmus Pirell', Henricus filius Godwini, Johannes le Fevr', Aldwinus Bon', Ricardus le Pestur, Galfridus Bayser, Willelmus Hod', Morganus le Rus, Adam le Provost, capti et detenti in prisona nostra de Colecestria pro morte Roberti Trenchnot', unde Beatricia quondam uxor ipsius Roberti eos appellat, appellati sunt de morte illa odio et atya et non eo quod culpabiles inde sint, et quod Willelmus Simekin, Robertus Scot et Henricus Starling', de morte illa culpabiles sunt, tibi precipimus quod si singuli eorum invenerint tibi duodecim liberos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc quemlibet eorum prefatis xij. tradas in baillium, sicut predictum est, et habeas ibi nomina eorum qui eos ceperint in ballium, et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario, quod Fratres Minores qui celebraturi sunt capitulum suum provinciale Lond' ad hoc festum Pentecostes procuret in vigilia Pentecostes pro ipso rege, et in die Pentecostes pro regina, et in crastino Pentecostes pro pueris regis, provisurus quod singulis trium dierum habeant tria fercula et vinum, et quod eis faciat habere unam navatam busce, de dono regis, et cum rex scierit custum faciet fieri breve suum de Liberate. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere Sibille de Huntingfeld' unam fagum et ij. quercus in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Gubaud'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Johanni Gubaud' qui assignatus est ad tallagium assidendum in dominicis in comitatibus Norht', Buk', Bedeford', Cantebr', Huntindon', Norf', et Suff', talem terminum prefigant ad compotum suum reddendum de tempore quo habuit custodiam comitatus Cestrie quod ad eundem terminum reddere possit compotum suum de tallagio quod modo assidet. Teste rege apud Windles', xxiiij. die Aprilis.

De denariis ponendis in Turri Lond.'—Mandatum est thesaurario et camerariis quod pecuniam quam Radulfus de Gymell', Radulfus de Arraz, Ricardus Aurifaber, et Adam le Jofne receperunt per manum Johannis le Gyw de bonis Symonis Normanni venditis, et quam eis liberabunt per preceptum regis, deponi faciant in Turri Lond'. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis Radulfo, Radulfo, Ricardo, et Ade quod omnes denarios quos per manum Johannis le Gyw receperunt de bonis predicti Symonis apud Farendon', deferant Lond' liberandos ibidem thesaurario et camerariis predictis.

Pro H. de Vivon'.—Rex concessit H. de Vivoni' custodiam terrarum que fuerunt Willelmi le Chaumberleng' que de rege tenuit in capite usque ad legitimam etatem heredum ipsius Willelmi. Et

1241.

mandatum est vicecomiti Glouc' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Willelmi in balliva sua eidem H. seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xxv. die Aprilis.

De districtione ad compotum reddendum.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod distringat Adam de Hilton' ad reddendum Stephano de Meyny in pleno comitatu suo rationabilem compotum de tricesima collecta per manum predicti Ade de omnibus feodis archiepiscopatus Cantuariensis in predicto comitatu de qua predictus Stephanus debuit per manum suam ad Scaccarium respondisse et nondum respondit per defectum predicti Ade. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Windles' quod faciant habere Engelardo de Cygoyny unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Saero filio Philippi.—Rex cepit homagium Saeri filii et heredis [Willelmi *erased*] Philippi de Preterwell' de terris quas idem Philippus tenuit de honore predicto (*sic*), et mandatum est custodi honoris de Relegh' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Philippi et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit et que predictum Saerum jure contingunt heredetarie in balliva sua, ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivo de Clere le Evesk' quod faciat [habere] priori de Theford' xx. quercus in boscho competentes ad maeremium inde faciendum, de dono regis, cum branchiis et omnium earum quercuum escaetis. Teste ut supra.

De brockettis cervorum capiendis.—Mandatum est Petro de Horton' quod permittat Philippum de Candevr' et Johannem le Fol capere duos brockettos cervorum ad informandum canes regis in foresta de Chetel'. Teste rege apud Wind', xxvj. die Aprilis.

De quercubus ad cindulas faciendas.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in boscis de Weregrave faciant habere Magistro Symoni carpentario xxx. quercus ad cindulas faciendas ad opus regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Magistro Johanni de Sandon', coco de dinario regis, unam scultellam argenteam pondere xxvj.*s.* et ix.*d.* quam casu fortuito amisit in dedicatione ecclesie Sancti Pauli Lond'. Et mandatum est Willelmo de Burgo, clerico de garderoba regis, quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste rege apud Keninton', xxvj. die Aprilis.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Beatricia que fuit uxor Roberti Trenchnote appellat Willelmum de Burton', captum et detentum in prisona de Colecestria, de morte predicti Willelmi odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Essex' quod si predictus Willelmus invenerit ei etc. qui eum manucapiant etc., tunc eum tradas (*sic*) etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

1241.

De tailagio ponendo in respectum.—Mandatum est Warnero Engaine et sociis suis, assignatis ad dominica tallianda in comitatibus Notingham et Dereby, quod in maneriis Boleshovr', Maummefeld', Osewurdeboc', et in sokis eorundem maneriorum, que quidem maneria Henricus de Hasting' habet in tenanciam pro parte sua honoris Cestr', nullum tallagium assideant ad presens donec aliud inde a rege habuerint mandatum. Teste ut supra.

De tailagio in villa de Scardebur' omittendo.—Quia, ut rex audivit, villa de Scardeburg' talliata fuit quando civitas regis de Eboraco talliata fuit, mandatum est Warnero Engaine et sociis suis quod ad presens nullum tallagium assideant super villam predictam. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Oxon'.—Mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus apud Oxoniam, quod xv. marcas ad quas Isabella Bolebec, comitissa Oxonie, amerciata fuit coram eis in itinere predicto, faciant habere Predicatoribus Oxon', de dono regis, in auxilium fabrice ecclesie sue. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Aprilis.

Pro hospitali de Ospring'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod occasione debiti quod Matheus le Blund, quondam civis Lond', regi debuit et quod exigitur a terris que fuerunt ipsius Mathei per summonitionem Scaccarii, non distringant domum que fuit ipsius Mathei in Lond' quam rex in puram elemosinam dedit hospitali de Hospring', set debitum predictum exigi faciant ab aliis terris que fuerunt predicti Mathei [quia domum predictam a debito predicto penitus rex vult esse exoneratam *erased*]. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Lond' quod occasione debiti predicti non distringant domum predictam. Teste ut supra.

Rex dedit fratri Nicholao recluso liberationem duorum denariorum quam Johannes Blundus, quondam nuncius regis, percipere consuevit indie de elemosina regis constituta, ad se sustentandum in obsequio divino. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem recluso liberationem predictam habere faciant. Teste ut supra. [*Cancelled*] *Quia prius datum fuit alii.*

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Robertus de Mungumery, captus et detentus in prisona Exonie pro morte Alicie uxoris Thome de Meynbo, unde predictus Thomas eum appellat, appellatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Devon' etc. quod si predictus Robertus invenerit ei etc. qui eum manucapiant etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Aprilis.

De bosco ad quendam rogum faciendum.—Mandatum est Roberto de Ros quod permittat constabularium de Notingham capere boscum ad quandam (*sic*) rogum faciendum in foresta de Shirewud', ubi melius viderit expedire et ad minus nocumentum foreste predicte, ad operationes castri de Notingham, et quod permittat eundem

1241. constabularium querere quareram et discooperire terram in eadem foresta ubi non est vestita quercu ad operationes ejusdem castri. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere Magistro Henrico de Secusia xij. quercus in bosco de Merdon' ad reparationem domorum Sancte Crucis Wintoniensis que sunt in custodia ejusdem Henrici, cum omnibus branchiis et omnium earundem quercuum excaetis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Willelmo de Hay evasinem (*sic*) Gilberti de Wicumb', latronis, a prisona regis Oxonie; et mandatum est Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu predicto, quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forensi bosco de Havering' faciat habere uxori Willelmi de Dun, nutrici regis, iij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Maii.

Pro Margeria que fuit uxor J. comitis Linc'.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod Margarete que fuit uxor J. comitis Linc', nomine dotis sue, faciat habere de manerio de Calewedon' cum pertinentiis, quod fuit predicti comitis, xx. solidatas et x. denaratas redditus. Teste rege ibidem, iij. die Maii.

De denariis in Turri Lond' ponendis.—Mandatum est fratri Hugoni de Stocton' quod l. libras quas capellanus A. Menevensis episcopi, ei liberavit ad opus regis deponi faciat in thesauro regis in Turri Lond' per visum Petri Grimbaud'. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Campo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Willelmi de Bello Campo, vicecomitis Wigornie, recipiant Laurencium de Wendelwurth' ad compotum suum pro eo reddendum de comitatu predicto. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Roberto de Hoylaund' et Thurstano filio suo.*—Mandatum est vicecomiti Lancastrie quod si Robertus de Hoilaund' et Thurstanus, filius ejus, detenti in prisona de Linc' (*sic*) pro incendio grangie Johannis le Maunsel de Wygeyn unde rettati sunt, invenerint ei xij. salvos etc. de comitatu suo quod erunt coram rege a die Sancte Trinitatis in xv. dies ubicumque fuerit ad respondendum de predicto incendio contra pacem regis perpetrato, tunc ipsos per predictos plegios a prisona deliberet, et habeat coram rege nomina plegiorum et breve. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Pro abbate de Fiscampnis.—Rex vicecomiti Sussex', salutem. Cum, sicut intelleximus, maneria abbatis de Fiscampnis ceperis in manum nostram ea occasione quod mortem ipsius audivisti referri, quia tamen de morte ejusdem nullam certitudinem audivimus, tibi

1241.

precipimus quod omnes possessiones ipsius abbatis in pace dimittas, nullam ballivis suis inferens molestiam aut gravamen occasione predicta, et si quid per te vel ballivos tuos eadem occasione amotum fuerit id sine dilatione ballivis predicti abbatis restitui facias, in nullo de possessionibus suis te intromittens donec de rumoribus predictis efficiamur certiores. Teste ut supra.

Pro persona capelle de Gliderhowe.—Mandatum est custodi terrarum J. comitis Linc', quod permittat personam capelle castri de Cliderhow percipere decimas et alias obventiones ejusdem capelle sicut eas percipere consuevit tempore predicti comitis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Maii.

Pro Ada que fuit uxor Johannis filii Roberti.—Rex Henrico de Neketun', salutem. Sciatis quod assignavimus Ade que fuit uxor Johannis filii Roberti maneria de Neuburn' et de Whautun' nomine dotis de terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis, quondam viri sui, in comitatu Norhumbr'. Et ideo vobis mandamus quod de predictis maneriis predicte Ade plenam seisinam habere faciatis sicut predictum est. Teste me ipso apud Westmonasterium, vij. die Maii.

Rex vicecomiti Buk', salutem. Scias quod assignavimus Ade que fuit uxor J. filii Roberti manerium de Evra in comitatu tuo nomine dotis de terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis, quondam viri sui. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio predicte Ade plenam seisinam habere facias sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro priore de Novo Loco.—Rex adhibuit assensum regium et favorem electioni facte de fratre Willelmo, quondam celerario de Novo Loco, in priorem ejusdem domus; et mandatum est vicecomiti Notingham quod de omnibus terris et tenementis et possessionibus ad predictum prioratum spectantibus eidem priori seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De maeremio ad stangnum et molendinum de Cl[i]pston'.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod Warnero Engaine faciat habere maeremium ad stangnum regis et molendinum de Clipston' facienda, proviso quod maeremium illud capiatur in loco competentiori et ubi minus nocere possit foreste de Syrewud'. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum [est] Michaeli le Butiler quod de novis vinis que nuper venerunt Sudht' emat l. dolia et ea liberet ballivis de Sudht' carianda quo eis injunctum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere W. Eborancensi archiepiscopo, ij. bonas quercus in foresta de Den' ad tabulas et ostia facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxon'.—Rex dedit fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxon' annum suum et diem et quicquid ad eum pertinet de uno mesuagio cum pertinentiis quod

1241.

fuit Johannis filii Zacarie qui utlagatus est pro morte hominis; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod predictum annum et diem et quicquid ad regem pertinet eis habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Maii.

Pro Nicholao de Leenham.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod distringat magistrum hospitalis Sancti Thome de Accon de Lond' et Egidium Argentein ad inveniendum Nicholao de Leenham, filio et heredi Rogeri de Leenham, rationabile estoverium suum de terris que fuerunt predicti Rogeri que ipsum Nicholaum hereditarie contingunt, quas ipsi magister et Rogerus habent in custodia dum idem N. fuerit infra etatem. Teste etc. ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Pless', constabulario castri de Divis', quod faciat habere W. de Cantilupo iiij. quercus in foresta de Sypeham, de dono regis. Teste ut supra.

De bretaschiis datis P. Herefordensi episcopo.—Mandatum est Johanni Extraneo quod de melioribus bretaschis que sunt in custodia sua apud Mungumery duas habere faciat P. Herefordensi episcopo, ducendas usque castrum suum de Ledebir', North', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Maii.

De copulis et trabibus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod in bosco de Aldinton' faciant habere Willelmo de Whitsand' xxx. copulas et sex trabes ad quandam cameram inde construendam apud Whitsand', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Maii.

De vinis emendis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis que nuper venerunt Lond' emat ad opus regis vj^{xx}. dolia vini et ea liberet vicecomitibus Lond' carianda quo eis injunctum est. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Hugoni de Kilpec quod in bosco regis de haya faciat habere Thome, capellano regis, cancellario Hereford', iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro heredibus Karoli filii Willelmi.—Rex vicecomiti Norf'. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo clamari et ex parte nostra firmiter prohiberi facias ne quis presumat recipere de Margeria que fuit uxor Karoli filii Willelmi aliquam partem terre de maneriis de Brigenhal' et de Clif que dominus J. rex, pater noster, dedit predicto Karolo in liberum maritagium ipsis Margerie et heredibus ex ipsis exeuntibus, de dono aut venditione vel alio quoquo modo alienandi ad exheredationem heredum predictorum. Scire etiam facias omnibus in eodem comitatu quod, si predicta Margeria aliquid de terris predictis quoquo modo alienaverit, nos factum ejus in hoc stare non permittemus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci.

Et mandatum est eidem Margerie quod nullo modo presumat predicta maneria vel aliquam partem eorundem maneriorum dare, vendere vel alio modo alienare, ad exheredationem predictorum heredum. Teste ut supra.

1241.

Pro Claricia uxore Eudonis de Haul'.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod de catallis et bonis Eudonis de Haul', detenti in prisona regis pro incendio domorum Roberti Taillard, permittat Clariciam, uxorem predicti Eudonis, habere estoverium suum ad opus suum et familie sue, ita quod nichil inde de resuduo (*sic*) catallorum et bonorum predictorum ammoveat donec aliud habuerit mandatum. Equum etiam predicti Eudonis quem Ricardus de Aqua, serviens ipsius vicecomitis, cepit et captum tenet, eidem Claricie sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Maii.

De luciis et bremiis capiendis.—Rex misit Willelmum Piscatorem ad piscandum in vivario de Merewe ad capiendum lucios et bremias ad opus regis. Et mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod ipsum ad hoc admittant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere R. de Lexinton' x. quercus ad quandam domum faciendam apud Sarrisburiam, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere eidem Roberto xx. quercus in foresta de Graveling' ad domum predictam. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ifeld.—Rex concessit Johanni de Ifeld, qui languidus est, ut dicitur, quod in proximo itinere justiciariorum in comitatu Kancie non ponatur in assisis, juratis vel recognitionibus. Et mandatum est W. de Eboraco et sociis suis, justiciariis proximo itineraturis in comitatu predicto, quod eisdem Johanni predictam libertatem, hac vice, habere faciant. Teste rege ibidem, xvj. die Maii.

Pro priore et conventu ecclesie Christi Cantuariensis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod returnum omnium brevium regis de terris et feodis prioratus et conventus ecclesie Christi Cantuariensis sibi derectorum, faciat habere priori et conventui ecclesie Christi vel ballivis suis ad hoc assignatis in eadem forma in qua ei diriguntur. Teste ut supra. Per P. episcopum Herefordensem.

Pro Henrico de Hornl'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Henricus de Hornle, captus et detentus in prisona de Eylesbir' pro roboria facta Huberto Lumbardo, rettatus est odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Buk', quod si predictus Henricus invenerit ei etc. habere etc., tunc eum tradat etc. Teste ut supra.

Pro Johanne Pedel.—Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' pro Johanne Pedel, rettato de morte Ricardi de Chakemore et Willelmi de Chakemore. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod xiij. prisones, quos ballivi de Havering' ei liberabit (*sic*), ab eis recipiat et in gaiola ipsa salvo custodiat donec aliud inde habuerit preceptum. Teste ut supra.

1241.

De una roba data.—Mandatum est Willelmo de Burgo et Petro Chaceporc quod faciant habere Stephano, clerico de Cantuaria, unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario. Sciatis quod perdonavimus Waltero le Fiz Neel unam marcam quam nobis debuit et que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus quod predictum Walterum de predicta marca quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro priore de Castleacr'.—Rex cepit [homagium *erased*] fidelitatem Willelmi, prioris de Castelacr', quondam prioris de Preterwell'. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod eidem priori de prioratu de Castelacr' cum pertinenciis plenam seisinam et liberam administrationem habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Mubray.—Rex cepit homagium Rogeri de Mubray, fratris et heredis Nigilli de Mubray. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Rogero de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Nigilli in ballia sua que ipsum Rogerum hereditarie contingunt, de quibus idem Nigillus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie et Linc'.

Pro Hugone Wak'.—Mandatum est vicecomiti Dereby quod faciat habere Hugoni Wak' rationabile tallagium de hominibus suis de Cestrefel' quod fuit dominicum regis, quia rex facit talliari dominica sua. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Petro de Wakering' ij. quercus in foresta de Havering' extra parcum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Petro de Wakering' quod in bosco de Runaton' faciat habere Willelmo Haket ij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingeham quod in foresta de Shirewud' faciat habere Alvredo de Sunnenny v. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonatione.—Rex perdonavit Ricardo de Clar' c.*s.* ad quos ammerciatus fuit coram rege pro transgressione foreste, et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod faciant habere magistro Milicie Templi in Anglia duo bona dolia vini, de dono regis, ad capitulum suum tenendum. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Johannis.—Mandatum est vicecomiti Warewik' quod terram Willelmi filii Johannis et Agnetis, uxoris sue, quam

1241.

cepit in manum regis propter feloniam quam eadem Agnes fecit, permittat ipsum Willelmum quoad vixerit pacifice possidere, et ei seisinam inde habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Maii.

De conducendo.—Mandatum est J. de Munemue quod si Owein filius Oel, Mereduc filius Meilgun, Hoel filius Oadwadhlan, Mereduc filius Oel, et Cadwaladh filius Oel voluerint venire ad curiam regis, salvo et secure conduci faciat per litteras patentes quas rex ei mittit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Warewik et Leic' quod faciat habere abbati de Stanl' xl. quercus in haia de Kenilwurth' ad maeremium faciendum ad reparationem domorum suarum nuper combustarum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Maii.

De conpoto audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audiant compotum Johannis de Gatesden' et Thome de Leche de expensis regine factis in garderoba sua, et scire faciant regi que arreragia eis debeantur de expensis predictis. Teste ut supra.

Pro abbacia Cestrię.—Rex Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecimus quod nullus comitum Cestrie tempore vacationis abbacie Cestrie aliquid de exitibus ejusdem abbacie percipere consuevit, set omnes exitus predicti abbati ibidem instituendo sub custodia predicti comitis integre conservabantur, vobis mandamus quod abbaciam predictam in eodem statu et eisdem libertatibus teneatis quibus teneri consuevit tempore comitum predictorum, abbatem ejusdem loci quietum esse facientes de exitibus abbacie memorate de tempore ultime vacationis sicut predecessores sui quieti esse consueverunt. Teste ut supra.

De relaxatione tallagii super burgum Colecestrie.—Quia rex didicit quod super burgum de Colecestria jam elapsis duobus annis nec eo amplius tallagium fuit assisum, mandatum est Johanni Gubaud et Ricardo Duket quod ad presens super idem burgum nullum tallagium assideant. Teste ut supra.

De catallis W. de Lacy.—Rex G. archidiacono Dublinensi, salutem. Mandamus vobis quatinus de bladis, instauris et omnibus aliis catallis, que fuerunt W. de Lacy et que sunt in Hybernia, debita nostra que idem W. nobis debebat, quam citius poteritis una cum justiciario nostro, sicut ei mandavimus, fieri faciatis, ita quod in nobis nullus inveniatur defectus quin debita ipsa plenarie habeamus et de quibus nobis plenarie respondere possitis. Teste rege ibidem, xxxiij. (*sic*) die Maii.

Et mandatum est eidem justiciario etc. ut supra. Teste ut supra.

[m. 9*a*.] *De tradendo in ballio.*—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Robertus de Mungumery, captus et detentus in prisona regis Exonie pro morte Alicie que fuit uxor Thome de Maynbo,

1241.

rettatus est de morte illa odio etc., mandatum est vicecomiti Devon' quod, si predictus Robertus invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc., tunc eum tradat etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Maii.

De relaxatione tallagii.—Mandatum est Johanni Gubaud et Ricardo Duket quod tallagium quod nuper assiderunt super villam regis de Gernemuth' in pace dimittant donec a rege aliud habuerint mandatum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Biset, justiciario foreste, quod faciat habere Hugoni Paynel unum damum in foresta de Rotelaund et unum damum in foresta de Whichwud', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Maii.

De vinis capiendis.—Rex camerario suo Lond', salutem. Mandamus vobis quod de viuis que de novo venerunt apud Lond' capiatis ad opus nostrum septies viginti dolia vini et ea liberari faciatis vicecomitibus Lond' carianda quo eis precepimus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxv. die Maii anno regni nostri xxv.

Rex Michaeli emptori vinorum suorum, salutem. Precipimus tibi quod in instantibus nundinis Sancti Botulfi capias ad opus nostrum quaterviginti dolia vini, et de eis liberari facias vicecomiti Ebor' viginti et quinque dolia carianda usque Eboracum, vicecomiti Notingeham viginti dolia carianda usque Notingeham, et vicecomiti Norhamt' triginta et quinque dolia carianda usque Norhamt', Gedinton', et Clive. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Gilberto de Segrave iiij. quercus in haya de Selveston', de dono regis. Teste ut supra.

De relaxatione tallagii.—Mandatum est Johanni Gubaud et Ricardo Duket quod de tallagio quod assideri fecerunt super manerium de Lugdinslaund nichil se intromittant donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste rege ibidem, xxvj. die Maii.

Eodem modo mandatum est Warnero Engaye et Eustachio de Ludeham pro manerio de Torkeseye.

De elemosina data.—Rex concessit fratri Nicholao, recluso apud Westmonasterium, tota vita sua, ad se sustentandum illos tres obulos quos Johannes de la Tudel' habuit de elemosina regis constituta per manus vicecomitum Lond' simul cum arreragiis a tempore mortis ipsius Johannis. Mandatum est baronibus de Scaccario etc. Teste ut supra. Et habet litteras patentes.

Pro Hugone de Butyun.—Rex dedit Hugoni de Butyun annum suum et diem de omnibus terris que fuerunt Reginaldi de Beninton' qui per feloniam occidit uxorem suam, que terre nunc sunt in manu regis. Et mandatum est vicecomitibus Essex' et Linc' quod eandem seisinam quam rex de predictis terris habuit eidem Hugoni habere

1241.

faciant cum omnibus catallis que fuerunt ipsius Reginaldi in balliis suis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Willelmo de Burgo x. bonas quercus ad maeremium faciendum in foresta de Clive cum omnibus branchiis et omnium earundem quercuum escaetis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Waltero quod faciat habere Ivoni, vadletto de garderoba regis, vj. quercus ad maeremium faciendum in foresta de Wauberg' cum omnibus branchiis etc. ut supra. Teste ut supra.

Pro Ada que fuit uxor Johannis filii Roberti.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod occasione debiti quod Johannes filius Roberti debuit Roberto Malet non distringat Adam que fuit uxor predicti Johannis de terris suis quas tenet in dotem in ballia sua ad solutionem predicti debiti, sed averia sua ea occasione capta deliberet. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Lindes'.—Rex vicecomiti Oxon', salutem. Scias quod cepimus homagium Gerardi de Lindes', fratris et heredis David de Lindes', de omnibus terris quas idem David tenuit de nobis in capite ; et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis que fu[er]unt ipsius David' in ballia tua et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit et que ipsum Gerardum hereditarie contingunt, plenam seisinam ei habere facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumerset', Hertford', Essex', Norf' et Suff'.

De quercu data.—Mandatum est constabulario castri de Windles' quod faciat habere Oeno de la Brok' j. quercum in foresta de Windles' ad quandum crucem faciendam, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

Pro abbate de Rading'.—Rex thesaurario et baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod libertates abbatis de Rading' de amerciamentis hominum suorum eidem abbati allocari faciatis sicut per recorda rotulorum nostrorum de Scaccario allocate fuerunt tempore predecessorum nostrorum regum Anglie et nostro, et eas decetero sic teneri. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. [die Maii].

Pro priore de Bernewell'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod priorem de Bernewell' et homines suos de Cestreton' decetero quietos esse faciatis de tallagio secundum quod invenietis in rotulo anno domini J. regis, patris nostri, xvj., non obstante solutione tallagii quam predictus prior fecit ad Scaccarium nostrum viij. anno et ix. ejusdem regis ; et de quo tallagio prefatus prior et homines sui de Cestreton' quieti sunt et esse debent per cartam suam quam inspeximus et per considerationem curie nostre. Teste ut supra. Per S. de Segrave.

1241.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod faciat habere Johanni le Fraunceys xiiij. quercus in foresta de Engelwud' ad maeremium faciendum ad se hospitandum apud Mebrun, de dono nostro. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Norht' xv. quercus in Salceto ad maeremium faciendum, cum omnibus branchiis et omnium earundem quercuum escaetis, de dono nostro, et eas liberari facias vicecomiti nostro Norht' cariandas quo ei precepimus. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod in bosco de Betenhamme faciat (*sic*) habere fratri Johanni elemosinario et attornatis suis xij. quercus ad maeremium faciendum ad opus hospitalis [nostri *erased*] regis de Ospring', de dono [nostro *erased*] regis. Teste ut supra.

Pro Edwardo filio Odonis.—Rex thesaurario et camerariis, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto clerico nostro Edwardo filio Odonis sufficientes expensas ad adquietandum operationes nostras faciendas per preceptum nostrum apud Westmonasterium. Faciatis etiam eidem habere sufficientes expensas ad sustentandum aurifabros qui sunt in custodia sua et faciendum ea que ei injunximus, et cum sciverimus etc. Teste ut supra.

De vinis datis.—Rex custodibus vinorum suorum de Westmonasterio, salutem. Precipimus vobis quod sine dilatione habere faciatis dilecto clerico nostro Edwardo filio Odonis unum dolium vini, de dono nostro. Teste me ipso [apud] Westmonasterium, xxx. die Maii anno xxv.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Suth', salutem. Precipimus tibi quod facias habere Alicie que fuit uxor Thome Tyrel rationabilem dotem suam de terra que fuit predicti Thome quondam [viri sui] in Katerington', et inhybeas eidem Alicie firmiter ex parte nostra quod non maritet filias suas donec discussum fuerit utrum maritagium filiarum suarum pertineat ad nos vel ad ipsam, quia ipsa dicit ad se pertinere ratione venditionis quam dilectus et fidelis noster H. comes Arundel, ei inde fecit. Teste me ipso ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex'.

De una cuppa et uno firmaculo datis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod Simoni de Prisehay faciat habere unam cuppam ponderis iiij. marcarum ex parte regis, et unum firmaculum precii xl. solidorum ex parte regine. Et cum rex custum scierit, breve de Liberate ei inde faciet habere. Teste rege apud Windles', xxx. die Maii.

Pro Baldewino de Gisnes.—Rex de voluntate et concessione dilecti et fidelis regis Baldewini de Gines concessit Roberto de Gines manerium de Bastingeden' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, quod manerium predictus B. prius habuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod prefato Roberto de prefato manerio plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Et

1241.

predictus Robertus pro concessione predicta quietum clamavit regi annuum feodum quod percipere consuevit ad Scaccarium. Teste ut supra.

Pro P. Herefordensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Midelsex' quod plenam seisinam habere faciat venerabili patri P. Herefordensi episcopo, de tota terra illa cum pertinentiis que fuit Magistri Symonis de Steylaund in ballia sua et quam idem magister emit de Willelmo de Haverhull', nunc thesaurario nostro. Faciat etiam eisdem episcopo habere omnes exitus terre predicte a festo Sancti Johannis anno etc. xxiiij. usque ad diem receptionis presentium litterarum nostrarum. Teste ut supra.

De denariis liberatis revocandis.—Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod, occasione precepti nostri quod tibi fecimus de xx. solidis liberandis Johanni, persone de Mildeham, ad quoddam vestimentum emendum ad capellam ultra gaiolam nostram Eboraci, nullos denarios liberes eidem, quia Edwardus de Westmonasterio vestimentum illud ei habere fecit per preceptum nostrum. Et si quos denarios ei liberaveris, ipsum distringas ad eosdem restituendos. Et breve quod tibi misimus pro eodem nobis remittas per latorem presentium. Teste ut supra.

De compoto reddendo.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod sine dilatione audiatis conpotum Engelardi de Cigoni de exitibus foreste nostre de Windles' de tempore quo conpotum inde non reddidit eo modo quo prius conpotum inde reddere consuevit et sicut custodes ejusdem foreste ante ipsum inde conpotum reddere consueverunt. Et ad conpotum illum reddendum loco ipsius Engelardi Willelmum de Cruce, clericum suum, admittatis. Teste rege apud Windles', ij. die Junii.

Pro Isabella de Bruys.—Rex vicecomiti Dereb', salutem. Scias quod servicium Rogeri de Munthaud' de terris quas habet in ballia tua et quas tenuit de Johanne, quondam comite Cestrie, assignavimus Isabelle de Brus, uni heredum ipsius comitis, in partes portionis sue que eam contingit de hereditate predicta. Et ideo tibi precipimus quod distringas predictum Rogerum quod de servicio suo eidem Isabelle sit intendens et respondens. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Linc', Stafford', Norf' et Suff', de eodem Rogero distringendo. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Rotelaund' pro eadem Isabella de Henrico Tuschet distringendo. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de Radulfo de Ardern' et Alinora uxore ejus, Isolda sorore ipsius Alinore, Gilberto Maudut, et Johanne Fascilun distringendis pro eadem I. Teste ut supra.

De fustu dato.—Mandatum est Engelardo de Cygony quod faciat habere Radulfo filio Claricie, custodi pontis de Stan', unum fustum in foresta de Windles' ubi ad minus nocumentum foreste et propius pontem poterit, ad reparationem ejusdem pontis, de dono regis. Teste ut supra.

1241.

Pro Langusa que fuit uxor Rogeri le Mudner'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod unum mesuagium cum pertinentiis in Pikering', quod fuit Rogeri Muner, suspensi pro latrocinio, est de hereditate Languse que fuit uxor ipsius Roberti (*sic*) et non de hereditate ejusdem Roberti (*sic*), mandatum est Roberto de Crepping' quod de predicto mesuagio cum pertinentiis predicte Languse seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', v. die Junii.

Pro priorissa de Bromhal'.—Rex dedit licentiam priorisse de Bromhal' quod averia et animalia sua de gratia regis habere possit in parco de Windles' quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Engelardo de Cygony quod id fieri permittat sicut predictum est. Teste ut supra.

De arreragiis elemosine constitute reddendis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod reddi faciat Radulfo de Heyden', cui rex concessit iij. obolos in die de elemosina constituta, arreragia sua ei debita a festo Sancti Martini anno etc. xxv. usque ad diem Martis septimane Pasche anno eodem de elemosina predicta, ne debeat ad nos inde clamor pervenire. Teste ut supra.

Pro Engelardo de Cygony.—Rex concessit Engelardo de Cygony totam purpresturam suam juxta Saghes pertinentem ad castrum suum Wyndes' propinquiorem ejusdem castri ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est ballivis suis de Windles' quod predicto Engelardo de predicta purprestura seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro hominibus de Tynden'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Tynden' quod vos facitis eos distringi pro feno ejusdem manerii de anno proximo preterito. Et quia nos dimisimus eis fenum una cum warecto quando ipsi receperunt manerium illud ad firmam, vobis mandamus quatinus, si ita est, tunc eis inde pacem habere faciatis. Teste rege apud Bistlesham, vj. die Junii.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere magistro cementario viij. cheverones in bosco de Alsisholt', de dono regis. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Johannem de la Wileheche, captum pro retto conbustionis Roberti Taylard, recipiat et ipsum salvo custodiat donec aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

Pro Juetta que fuit uxor Godefridi de Bello Monte.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod diligenter inquirat utrum Juetta que fuit uxor Godefridi de Bello Monte que est in prisona regis in villa Oxonie fuerit uxor illius Godefridi qui abjuravit regnum terram regis, necne, et si constiterit ei per inquisitionem quod fuit uxor desponsata ipsius abjurantis, tunc ipsam a prisona deliberari faciat. Teste rege apud Abbendon', vij. die Junii.

1241.

De perdonatione.—Rex perdonavit Galfrido de Kauz duas marcas et dimidiam que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii de amerciamento nove disseisine. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Glouc', x. die Junii.

[m. 8.] *Pro Roberto de Albriton'.*—Rex vicecomiti Salop', salutem. Scias quod Robertus de Adbrichton', clericus, non evasit de prisona nostra de Neugat' frangendo ipsam prisonam sicut ei imponitur, sed ipsum ad petitionem venerabilis patris H. Conventrensis et Licheffeldensis episcopi, in cujus episcopatu conversatus est, precepimus deliberari. Et ideo tibi precipimus quod predictum Robertum inde non occasiones. Teste rege apud Glouc', xj. die Junii.

De tailagio pro Radulfo filio Nicholai.—Quia rex dominica sua talliari facit, mandatum est vicecomiti Notingham quod Radulfum filium Nicholai permittat tallagium predictum assidere et capere super manerium de Dunham quod habet de dono regis. Teste ut supra.

De coquina facienda.—Rex custodibus operationum suarum de Windles', salutem. Precipimus vobis quod coquinam nostram in superiori ballio ammoveri et in loco proviso per consilium P. de Sabaudia, Hugonis Giffard et Engelardi de Cygony reedificari faciatis. Teste ut supra.

De pluribus in castro de Windles'.—Rex dilecto et fideli suo Engelardo de Cygony, salutem. Mandamus vobis quod sicut provisum est per dilectum avunculum nostrum P. de Sabaudia, de consilio Hugonis Giffard et etiam vestro, nullus equus remaneat infra muros castri nostri Windles', ad minus donec menses Augusti et Septembris proximi transierint, nec moleste feratis quod interim equi vestri amoveantur. Adherentes etiam eorundem consilio et vestro volumus et fieri precipimus quod fimus omnimodus contentus infra predictum castrum, quamcitius tempus extiterit pluviosum, extrahatur. Volumus etiam quod, sicut providistis inter vos, coquina nostra amoveatur et in loco proviso reedificetur. Teste ut supra.

De cereis ardentibus inveniendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod inveniri faciat apud Westmonasterium die Apostolorum Petri et Pauli et ad Vincula Sancti Petri tot cereos ardentes quot ibi fuerunt anno preterito. Et cum rex custum scierit breve de Liberate ei faciet habere. Teste rege apud Glouc', xij. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni Byset quod faciat habere Hugoni Paynel iij. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

De prohibitione maritagie filie et heredis Reginaldi de Ripariis.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod non permittat quod Simon de Marisco et Thomas frater ejus maritent alicui filiam et heredem Reginaldi de Ripariis, vel quod aliquis ducat eam in uxorem sine licentia dilecti et fidelis nostri Johannis filii Galfridi ad quem

1241.

maritagium ipsius heredis pertinet ratione terre quam predictus Reginaldus tenuit de eo in Wudeberg' per servicium militare, ut dicitur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumerset' et Dors' quod non permittat quod Johannes de Peauton' maritet eandem filiam alicui sine licentia ipsius Johannis.

Pro Margeria que fuit uxor Walteri de Lacy.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de terris et tenementis que fuerunt Walteri de Lacy in Hybernia habere faciat Margerie, que fuit uxor predicti Walteri c. libratas terre cum bladis ejusdem terre, ubi melius assignari possunt extra castra que fuerunt ejusdem Walteri, in tenenciam, donec plenaria dos ei assignetur. Teste rege apud ———.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia xl. quercus in foresta de Whichewud', de dono regis. Teste ut supra.

De denariis liberandis Ricardo le Marescal.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod omnes denarios quos habet de vinis regis venditis liberet Ricardo le Marescall', quem rex mittit ad nundinas Sancti [Ivonis *erased*] Botulfi ad negocia regis ibidem expedienda.

De cervis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Waltero de Kirkeham ij. cervos in foresta de Pikering', de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod assignari faciat Lucie que fuit uxor Walteri de Wurmel' rationabilem dotem suam de lx. solidis redditus cum pertinentiis in Staundon' quas predictus Walterus tenuit de Waltero de Lacy et quas in manum nostram cepisti (*sic*) occasione terrarum predicti Walteri in manu nostra existentium. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere P. Herefordensi episcopo, lx. quercus cum omnibus escaetis earundem ad maeremium in bosco de Hauekeshurst', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Extraneo quod faciat habere eidem episcopo in bosco de Sned xl. quercus cum omnibus earundem escaetis ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De una cuppa et uno firmaculo datis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Johanni de la Herte ex parte nostra unam cuppam precii iiij. marcarum et ex parte regine nostre unum firmaculum precii xl.*s.*, et faciemus inde vobis breve nostrum de Liberate habere. Teste rege apud Glouc', xiiij. die Junii.

De pluribus faciendis.—Rex dilecto sibi Edwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod sine dilatione emi faciatis xxiiij. obolos

1241.

de musca et de ei[s] offeri faciatis pro nobis xij. in ecclesia Beati Petri Westmonasteriensis in festo Apostolorum Petri et Pauli, et alios xij. offerri faciatis pro nobis ibidem in festo Sancti Petri ad Vincula. Emi etiam faciatis optimum aurifrigium quod invenire poteritis ad capam que vocatur Otewy decorandam et illud ponatis loco veteris aurifrigii. Fieri etiam faciatis quendam morsum rotundum de auro puro ad eandam (*sic*) capam qui contineat rotunditatem per totum unius palme humane, in cujus morsus medio poni faciatis magnum saphirum et in circuitu lapides conpetentes ad hoc et decentes, procurantes quod morsus ille bene operetur eo modo quo dicte cape possit adherere. Ipsam etiam capam bene lineari faciatis de optimo panno del Areste. Mitram etiam preciosiorem quam invenire poteritis emi faciatis, et si talis inventa non fuerit, tunc emi faciatis casulam preciosiorem que invenerit (*sic*) poterit, que prompta sit et bene parata. Ipsamque casulam vel mitram, si habueritis, sine dilatione nobis mitti faciatis, et cum custum omnium predictorum sciverimus breve nostrum de Liberate vobis inde faciemus habere. Teste ut supra.

De quodam a prisona deliberando.—Mandatum est custodi prisone de Flet' quod Eliam le Butiler qui falso appellatus fuit de receptamento malefactorum a prisona predicta deliberet. Injunxit etiam rex vicecomiti Glouc' quod plegium recipiat ab eodem Elia quod erit coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint ad respondendum si quis inde versus eum loqui voluerit. Teste ut supra.

Pro vicecomiti Glouc'.—Vicecomes Glouc' habet respectum de visu conpoti sui faciendo usque post itinerationem justiciariorum nostrorum in partes illas. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Glouc' v. quercus in foresta de Den' ad maeremium ad operationes ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Rex ballivis de Teokesbir', salutem. Precipimus vobis quod de x. doliis vinorum nostrorum que habetis in custodia vestra duo dolia vinorum que jam conput[r]uerunt effundi, et de viij. doliis residuis ex uno meliorum vij. dolia inoleari et ex eisdem monialibus de Westwud' j. dolium, et Albis Sororibus Wigorn' j. dolium, et monialibus de Okernebur' ij., et monialibus de Kochull' ij., et hospitali Sancti Bartholomei Glouc' j. dolium liberari faciatis, de dono nostro. Teste rege apud Glouc', xviij. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Munceaus quod faciat habere Buceline uxori Bernardi de Sabaudia duos damos in ballia sua, de dono regis. Teste rege apud Cyrenc', xviij. die Junii.

Pro abbate de Villa Nova.—Mandatum est ballivis nundinarum Sancti Botulfi quod si inquirere poterint quod abbas de Villa Nova perceperit singulis annis x.*l.* de nundinis predictis, tunc predictum abbatem predictas x.*l.* ad instantes nundinas percipere permittant

1241.

sicut eas singulis annis preteritis percipere consuevit. Teste rege apud Merleberg', xxj. die Junii.

De tradendo in ballio.—Quia regi constat per inquisitionem quam fieri fecit quod Henricus Anketil, Thomas Champeneys, Adam Hamund, Ricardus de Coleshull', et Willelmus Canun, capti et detenti in prisona de Farendon pro morte Reymundi de Farendon' et Willelmi filii sui unde appellati sunt, appellati sunt de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Berk' quod, si singuli ipsorum invenerint ei singulos xij. liberos et legales homines qui eos manucapiant etc. ad standum inde recto etc., tunc ipsos singulos ipsis singulis xij. tradat etc. Teste rege apud Merleberg', xxiiij. die Junii.

De maeremio ad elemosinariam Marleb'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod permittat constabularium de Merleberg' capere maeremium in ballia sua ad elemosinariam regis in castro de Merleberg' construendam. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Junii.

De mortuo bosco ad unum rogum faciendum.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere constabulario de Scardebur' mortuum boscum in haya regis de Escaleby ad quandam (*sic*) rogum faciendum ad operationes castri de Scardeburg'. Teste ut supra.

De una camera privata facienda.—Mandatum est Ade Cok' quod in loco conpetenti in curia regis de Clarendon', vel extra prope curiam ubi melius viderit expedire, fieri faciat quandam cameram privatam communem toti familie regis cum iiij. vel v. sectis coopertam interim stramine, ita quod promptum sit ante adventum nostrum illuc, et fiat de die et nocte citra diem Veneris ; et cum custum sciverimus faciemus tibi allocari. Teste rege apud Merleberg', xxviij. die Junii.

De vinis hominibus de Merleberg' reddendis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Merleberg' quod de vinis proximo venturis usque Merleberg' faciant habere Thome filio Martini unum dolium vini pro uno dolio vini quod ab eo capi fecimus quando ultimo fuimus apud Merleberg'. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Johanni de Lexinton' iij. damos in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum [est] J. Byset, justiciario foreste, quod faciat habere Gilberto Basset xv. damas et x. damos in foresta de Braden' ad parcum suum de Wutton' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis et cereis faciendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod in instanti festo Apostolorum Petri et Pauli majorem aulam Westmonasterii et minorem pauperibus impleri et eos pasci faciat. Tot etiam cereos inveniat in ecclesia Sancti Pauli Lond' in commemoracione ejusdem

1241.

quot ibidem anno preterito extiterunt, et rex breve de Liberate inde ei faciet habere. Teste rege apud Lutegareshal', xxviij. die Junii.

De uno baudekino offerendo et pavimento faciendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod unum pannum de baudekino emi et illum in instanti festo Apostolorum Petri et Pauli offerri faciat, vel infra octabas si in festo predicto fieri non possit, et quod emat aurum ad valenciam x. marcarum et illud in feretro Sancti Edwardi infigi faciat, ita quod rex illud infixum inveniat cum ibidem venerit, et quod capellam regine depingi et in camera regis pavimentum de tegulis fieri faciat. Et cum rex custum predictorum sciverit breve de Liberate ei inde faciet habere. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Monstraverunt nobis Judei nostri Lond' quod quando finem fecerunt nobiscum cum aliis Judeis per xx. milia marcarum pro tallagio nostro, unde solvere debent x. milia marcarum ad quindenam Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxv. et x. milia marcarum ad festum Sancti Michaelis anno eodem, concessimus eis quod id quod receptum est ad Scaccarium vel in garderoba per manus suas vel per manus Christianorum pro tercia parte catallorum suorum eis faceremus allocari in primo termino x. milium (*sic*) marcarum. Et ideo vobis mandamus quod si predicti Judei Lond' plene nobis persolverint quod ad eos pertinet de primo termino predicto x. milium marcarum usque ad summam quam per manus suas vel Christianorum ad Scaccarium vel in garderoba pro predicta tercia parte nobis reddiderint, pro residuo illius termini ipsos non distringatis donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste ———.

De perdonatione.—Rex perdonavit Oweyn filio Warini dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Stafford'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[m. 7.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Waltero de Denford' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Laurencio de Sancto Martino vj. quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod permittat ballivum de Merleberg' et Lutegareshal' capere maeremium in foresta de Cet per visum forestariorum ad operationes quas rex eidem ballivo injunxit faciendas. Teste rege apud Clarendon', xxx. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod Johanni de Nevill' faciat habere x. quercus in foresta de Savernak', de dono regis. Teste ut supra.

Pro vicecomite Warr' et Leyc'.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod loco Philippi de Ascell', vicecomitis Warr' et Leyc', admittant Henricum de Belegrave, clericum suum, ad

1241.

conpotum pro eo reddendum et ad visum conpoti sui faciendum de uno quarterio anni etc. xxiiij. et de anno etc. xxv. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Leyc' quod eligi faciat unum coronatorem qui prestito sacremento etc. sicut fieri solet. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod si Robertus de Raddon', in prisona detentus pro morte Rogeri de Stokel' unde rettatus est, invenerit ei etc. xij. liberos et legales homines etc. qui eum etc., tunc illum tradat in ballium illis xij. etc. Teste ut supra.
[*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

De quodam prisone liberando ballivis Cycestrensis episcopi.—Mandatum est vicecomiti Sudhampt' quod Symonem de la Lane, qui est in prisona nostra per preceptum nostrum de Wintonia, et qui captus fuit pro homicidio in comitatu Sussex' infra libertatem venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, liberet ballivis ipsius episcopi producendum coram justiciariis itinerantibus in predicto comitatu Sussex'. Teste rege apud Clarendon', j. die Julii. Per S. de Segrave.

Pro Beatricia de Fay.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, occasione precepti regis ei directi de capiendis in manum regis terris que fuerunt Johannis de Fay, non mittat manum ad terras quas rex assignavit Beatricie de Fay ad sustentationem suam donec aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod si Ricardus de Neumere, quem Agnes que fuit uxor Roberti le Fraunceys et Simon filius ejus appellant de morte Laurencii filii ipsius Agnetis, et qui venit apud Clarendon' offerens se ponere in prisona regis ad standum inde recto, invenerit ei xij. liberos et legales etc. qui eum manucapiant habere etc., tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

Pro Herberto filio Mathei.—Rex concessit Herberto filio Mathei quod non obstante eo quod ij. terminos de fine quem cum rege fecit non observavit, habeat amodo eosdem terminos quos rex ei inde prius concesserat. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri etc.

De conpoto P. Peyvre in respectum ponendo.—Quia rex retinuit Paulinum Peyvre pro quibusdam negotiis, ita quod conpare (*sic*) non potest ad diem ei assignatum ad conpotum suum reddendum, a die scilicet Sancti Johannis Baptiste in xv. dies, mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum conpotum in respectum ponant usque in crastinum Beate Marie Magdalene anno etc. xxv. Teste rege apud Clarendon', ij. die Julii.

Mandatum est [Ade de Periton *erased*] Roberto de Everingham quod faciat habere R. de Lexinton' vj. damos in foresta de [Braden *erased*] Shirewud', de dono regis. Teste ut supra.
[*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

1241.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere eidem R. iiij. damos in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De fagis datis.—Mandatum est Engelardo de Cygoni quod in foresta de Windles' faciat habere Roberto de Cantuaria vj. fagos ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Cantiluppo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavelle quod faciat habere singulis [annis *erased*] xv. diebus Mabilie de Cantiluppo unum robur in foresta de Den' ad forgiam suam sustentandam quam habet in eadem foresta itinerantem de licentia regis secundum tenorem litterarum regis patentium quas eadem M. habet de concessione predicti roboris. Teste rege apud Clarendon', iij. die Julii.

Pro Ada de Britannia.—Rex ad instantiam regine concessit dilecte nepte sue A. de Britannia tallagium quod assisum est super manerium de Swafham quod est in manu sua. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod tallagium illud ei habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta de Axyholt' faciat habere Matheo Bezil ij. damos, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', v. die Julii.

De cervis capiendis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod Philippum de Candever' et Johannem le Fol, venatores regis, admittat ad capiendum v. cervos in ballia sua. Teste rege ibidem, vj. die Julii.

Mandatum est Ricardo Duket et Johanni Gubaud' quod occasione precepti quod rex eis fecit de dominicis talliandis, non tallient manerium de Causton'.
[*Cancelled.*] *Quia eodem modo non habuerunt.*

De denariis mittendis in garderobam.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod omnes denarios quos habet in custodia sua sub salvo conductu regi mittat usque Clarendon' liberandos ibidem in garderoba. Et cum dominus rex summam scierit, breve de Conputate ei inde faciet habere. Teste rege apud Clarendon', vj. die Julii.

Pro Willelmo, hostiario de garderoba.—Rex dedit Willelmo, hostiario de garderoba regis, domos que fuerunt Isaac Parvi, Judei, in Nortwico. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod prefato Willelmo de prefatis domibus plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra. Et habet inde litteras patentes.

De tallagio in respectu ponendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod tallagium quod talliatores dominicorum assederunt super manerium de Causton', quod est in manu H. de Burgo, comitis Kancie, et similiter tallagium quod assederunt super manerium de Ormesby, quod est in manu Ade filii Hervey, in respectum ponant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

1241.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod faciat habere priorisse de Aumbresbir' xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De distrinctione facienda.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnes illos qui recognoverunt vel recognoscent quod aliqua debita regi debeant de tempore quo Walterus de Burgo habuit custodiam maneriorum et dominicorum regis, et que ab eodem W. exiguntur, per terras et catalla sua distringat (*sic*) ad debita predicta ad Scaccarium reddenda, et cum ea reddiderint eidem W. in arreragiis que regi debet ad idem Scaccarium allocari faciunt. Teste ut supra.

De uno damo dato.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Philippe uxori Willelmi de Simely j. damum in foresta de Brehull', de dono regis. Teste rege apud Clarendon', x. die Julii.

De piscibus ab uno vivario in alio removendo.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod piscem qui est in minori vivario de Corsham et est in periculo pro defectu aque, per visum et testimonium legalium hominum capi et in majori vivario regis ibidem de nocte poni facias (*sic*). Teste ut supra.

De maeremio ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est Johanni Biset quod per talliam factam inter vicecomitem Wiltes' et forestarios de Graveling' et de Nova Foresta faciat habere predicto vicecomiti in foresta de Graveling' maeremium competens ad cheveronos faciendos ad operationes regis de Clarendon', et in predicta Nova Foresta maeremium ad cindulas faciendas ad easdem operationes. Teste rege apud Clarendon', x. die Julii.

De balistis ad regem mittendis.—Mandatum est constabulario Turris London' quod de balestis regis que sunt in custodia sua sine dilatione faciat habere Ricardo Marescallo xx. balistas, videlicet x. ad turnum et alias x. ad pedem, cariandas quo rex ei precepit. Et cum eisdem balistis venire faciat Jacobum, balestarium regis. Predictus Ricardus inveniet ei ad hoc expensas. Teste rege ibidem, xj. die Julii.

De vinis datis.—Mandatum est ballivis Sudht' quod de illis xij. doliis vini de prisa quos cariari rex precepit usque Clarendon', et unde breve regis habent, faciant habere Ade Cok' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De mille marcis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod faciat habere latori presentium mille marcas ubicumque eas perquirere poterit ad regem deferendas ad negotia regis expedienda, ita quod nichil capiatur de thesauro quem rex reservari precepit. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia reddidit breve et habuit breve de Liberate de centum libris.*

De quercubus ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod faciant habere vicecomiti

1241.

Wiltes' xx. quercus in bosco de Bremlewud' ad latas faciendas, et xx. quercus in bosco de Burunemor' ad cindulas faciendas ad operationes domorum regis de Clarendon'. Teste ut supra.

Item de eodem.—Mandatum est J. Biset quod faciat habere eidem vicecomiti x. quercus in foresta de Pauncet ad cindulas faciendas ad operationes de Clarendon', et eidem vicecomiti coperones earundem quercuum ad quendam rogum faciendum ad operationes castri Sarisburie. Teste ut supra.

De uno dolio vino (sic) *ad opus prioris de Aumbresbir'.*—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Suthampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere priori de Aumbreslegh' unum dolium vini pro uno dolio cizeris quod rex cepit ad opus suum quando ultimo fuit ibidem. Teste rege apud Aumbresl', xij. die Julii.

De carkoysis multonum datis.—Mandatum est Waltero de Tywe et Willelmo de Sancto Audoeno, ballivis de Wudestok', quod omnes karkoysos regis multonum quos habent in custodia sua de tempore Sancti Martini liberari faciant custodi hospitalis Sancti Johannis Oxon' distribuendos in usum pauperum ejusdem hospitalis. Teste rege apud Merleberg', xij. die Julii.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Westmonasterio quod faciant habere fratri Johanni elemosinario j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Eva que fuit uxor Simonis Pistoris, suspensi.—Rex constabulario suo de Merleberg', salutem. Monstravit nobis Eva que fuit uxor Simonis Pistoris quod cum idem Simon, quondam vir suus, nuper suspensus fuisset coram justiciariis itinerantibus apud Wilton' pro morte hominis unde rettatus fuit, tu ea occasione terram quam idem Simon tenuit in Cadecunb' de maritagio predicte Eve in manum nostram cepisti et ipsam inde tenes exclusam. Et ideo tibi precipimus quod si inquirere possis quod predicta terre sit de maritagio predicte Eve, tunc ei plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Merleberg', xiij. die Julii.

Pro Johanne Maunsel.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod latori presentium faciat habere duo paria coopertoriarum ferrearum ad opus Johannis Maunsel cui inde rex prestationem fecit. Teste ut supra.

Pro comitissa Warenn'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Sussex' quod assisam nove disseisine quam Rogerus de Crevequer arramiavit versus comitissam Warenn' de manerio de Cleinton' quod eidem comitisse assignatum est in partem dotis sue non capiant donec aliud rex inde preceperit eo quod W. quondam comes Warenn', vir suus, inde seisitus fuit die quo obiit et rex manerium illud eidem comitisse warantizare tenetur tanquam illud quod ei in partem dotis sue assignavit. Teste ut supra.

1241.

De cervis datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni Extraneo iij. cervos in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Quia rex facit talliari dominica sua, mandatum est vicecomiti Norf' quod faciat habere Johanni Luvel rationabile tallagium de hominibus suis de manerio de Docking' quod fuit dominicum predecessorum regis, regum Anglie. Teste ut supra.
[*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Ricardus de Linthon', detentus in prisona de Aylesbir' pro morte Ricardi de Chakemor' et Willelmi fratris ejus unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Buk' quod si predictus Ricardus invenerit ei etc. xij. etc. si quis erga eum etc., tunc illum tradat etc. Teste rege apud Merleberg', xvij. die Julii.

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum Sutht' quod de vinis regis faciant habere ballivis Sutht' xxxiiij. dolia simul cum v. doliis vini que remanserunt de xij. doliis vini que rex cariari precepit usque Clarendon', carianda quo rex eis precepit.

Pro Reginaldo de Albo Monasterio.—Mandatum est custodibus vinorum regis Norht' quod Reginaldo de Albo Monasterio faciant habere j. dolium boni vini pro quodam dolio quod rex ab eo cepit apud Merleberg'. Teste ut supra.

De conpoto audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audiant conpotum custodum operationum Turris Lond' antequam Scaccarium claudatur. Teste me ipso apud Merleberg', xv. die Julii.

[m. 6.] *Pro hominibus Dunholmie.*—Rex vicecomiti Notingham, salutem. Ostensum est nobis ex parte prioris Dunholmensis quod, cum quidam malefactor nuper fugisset ad ecclesiam de Normenton' et inde postea evasisset, tu ab hominibus suis ejusdem ville ea occasione misericordiam escapi latronis exigis et ad misericordiam illam tibi reddendam ipsos distringis. Et quia in hujusmodi casu ab eisdem hominibus secundum legem et consuetudinem regni nostri escapum latronis exigere non debes, tibi precipimus quod demandam illam ponas in respectum usque ad primam assisam cum justiciarii etc., et homines predictos interim inde pacem habere permittas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Munceaus quod habere faciat W. de Eboraco viij. damos in foresta de Wurth', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gerardo Talebot et Johanne fratre suo.—Rex dedit Johanni Talebot et Gerardo fratri suo bladum de hoc instanti autumpno anno etc. xxv. de manerio de Sneth, quod ipsi tenent de ballio regis pro feodis suis de termino Sancti Michaelis anno eodem. Et mandatum

1241.

est vicecomiti Eborac' quod bladum predictum eis habere faciat. Teste rege apud Malmesbir', xviij. Julii.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si Rogerus Hot, qui rettatus est de morte Rogeri de Horton', invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc., tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere Anketil Malour' duas quercus in foresta de Galtris, de dono regis. [Teste] ut supra.

De terre Ricardi le Forester reddita illis de quibus eam tenuit.—Quia rex accepit per inquisitionem quod terra Ricardi le Forester, qui utlagatus est pro felonia, extitit in manum regis per unum annum et unum diem, et quod idem R. terram illam tenuit de Nicholao de Carentam, Roberto Triboud et Margeria uxore ejus, et de Nicholao filio Ade et Amicia uxore ejus, matre Roberti de Cnalton', cujus heres ipse est, mandatum est vicecomiti Dors' quod ipsis Nicholao, Roberto, Margerie et Roberto de eadem terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Malmesbir', xvj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Willelmo Bardulf' iij. damos in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste rege apud Cyrenc', xx. die Julii.

Pro operationibus de Windles'.—Mandatum est Engelardo de Atye quod faciat habere Edwardo le Verer xx. marcas de fine Johannis Andr' ad operationes regis de Windles'. Teste ut supra.

Rex thesaurario et baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod si Ysaac filius Elye, Judeus Linc', terminos suos observaverit de debito in quo nobis tenetur, et si terminos suos adhuc observare voluerit, omnia bona et catalla et tenementa sua ei in pace dimittatis nullam ei inde faciendes distrinctionem, ita tamen quod tallagium assideatur super ipsum secundum quantitatem et valorem catallorum suorum in forma que continetur in rotulo tallagii Judeorum. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes Quarein, captus et detentus in prisona de Aylesbir' pro morte Willelmi le Mudner, rettatus est de morte illa odio et atya etc., mandatum est vicecomiti Buk' quod si predictus Johannes invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant etc., tunc ipsum tradat etc. Teste rege apud Glouc', xx. die Julii.

De quodam rogo faciendo ad operationes de Windles'.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere custodibus operationum de Windles' buscum in foresta de Windles' ad quendam rogum faciendum ubi melius et ad minus nocumentu[m] foreste capi possit. Teste rege apud Lanton', xx. die Julii.

1241.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod si Oliverus de Gudeford', rettatus de morte hominis, posuerit se in prisonam regis et invenerit ei xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere etc., tunc etc.

De maeremio ad piscarias regis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Radulfo de Radlegh', qui tenet ad firmam manerium de Radlegh', maeremium in foresta de Den' ad piscarias regis ejusdem manerii reparandas. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Mabilia Verry, appellat Robertum de Wendeye de morte Matillidis, sororis ipsius Mabilie, odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Cantebr' etc. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni Biset quod faciat habere Fratribus Minoribus Glouc' v. robora in foresta de Den' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Lanton', xxv. die Julii.

Pro executores (sic) *testamenti Ricardi de Greynvill'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod faciant executores testamenti Ricardi de Greinvill' et heredes ipsius Ricardi quietos esse de xxxvij. marcis de xl. marcis ad quas predictus Ricardus amerciatus fuit pro disseisina, et quas xxxvij. marcas predicti executores liberaverunt in garderoba apud Lanton' die Sancte Marie Magdalene, et de residuis quadraginta solidis se capiant ad vicecomitem Glouc' qui eas (*sic*) recepit. Teste ut supra.

Pro Johanne Sparewe.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod si Johannes Sparewe, qui coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu suo rettatus fuit de latrocinio, invenerit ei vj. salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis nostris ad primam assisam etc. vel coram rege quando precepit, tunc ipsum Johannem, non obstante retto predicto, in pace quo [vo]luerit stare permittat. Teste rege apud Lanton', xxij. die Julii.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Ricardus le Bretun, captus et detentus in prisona Bedef' pro morte Margerie sororis sue, appellatus est de morte illa odio etc. et non eo etc. Teste ut supra.

De pluribus inveniendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod die Sancti Petri ad Vincula inveniri faciat d. cereos in ecclesia Beati Petri Westmonasteriensis, et eodem die in feretro Sancti Edwardi xij. obolos de musca infigi, et magnam aulam apud Westmonasterium plenam pauperibus eodem die pasci faciat, et cum rex custum sciverit breve de Liberate ei inde faciet habere. Teste rege apud Lantonay, xxvj. die Julii.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de primis vinis regis venturis usque Hereford' faciat habere Magistro Alexandro le Seculer j. dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Lanton', xxvij. die Julii.

1241.

De damis datis.—Mandatum est J. Biset quod in foresta de Braden' faciat habere Margerie que fuit uxor Rogeri filii Pagani vj. damas et ij. damos ad parcum suum de Pole instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Willelmus de Jerd', captus et detentus in prisona Exon' pro morte Dionisie que fuit uxor Willelmi Pouch, unde idem Willelmus ipsum appellat, appellatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Devon' quod si predictus Willelmus de Jerd' etc. invenerit ei etc. xij. etc. Teste ut supra.

Pro Margeria que fuit uxor G. Marescalli.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod Margerie que fuit uxor G. Marescalli, quondam comitis Penbroc, de manerio de Kaveresham, quod rex ei assignavit et ad sustentationem suam in tenanciam dotis sue, plenam seisinam habere faciat donec ei de terris que fuerunt predicti viri sui rex plenariam dotem fecerit assignare (*sic*). Teste rege apud Glouc', xxvij. die Julii.

Mandatum est Willelmo de Munceaus quod faciat habere predicte Margerie iij. damos in foresta de Wurth', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Crofta.—Rex vicecomiti Hereford', salutem. Scias quod concessionem quam Walterus de Wurmeslegh' fecit pro se et heredibus suis Ricardo de Crofta, clerico, et assignatis suis de manerio de Staundon' cum omnibus pertinentiis ad terminum iiij. annorum, et quod manerium in manum nostram cepisti occasione terrarum W. de Lacy que sunt in manu nostra, ratam habemus et gratam. Et ideo tibi precipimus quod prefatum Ricardum et assignatos suos predictum manerium usque ad prefatum terminum habere permittas et ei inde seisinam habere facias. Teste rege apud Glouc', xxvij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod in ballia sua Notingham faciat habere Roberto de Lexynton' x. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad operationes de Merleberg'.—Mandatum est Johanni Biset quod in foresta de Savernak' faciat habere constabulario de Merleberg' maeremium ad quandam garderobam cum privata camera et quoddam oriolum in castro de Merleberg' ad opus regine faciendum. Teste rege apud Lanton', xxix. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere Willelmo Bardulf' x. quercus in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero Marescallo.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Scias quod concessimus W. Marescallo quod omnes terre et omnia castra que fuerunt G. comitis Marescalli, fratris sui, in Hybernia remaneant in eadem seisina in qua fuerunt die Martis proxima ante festum Beati Petri ad Vincula anno etc. xxv. Et ideo

1241.

vobis mandamus quod omnes terras illas et omnia castra in eadem seisina dimittatis, et, si forsitan post diem predictum de aliqua terra vel aliquo castro que fuerunt predicti comitis seisinam aliquam ad opus nostrum feceritis, illam penitus remittatis et in eodem statu esse permittatis et in eadem seisina in qua fuerunt die predicto. Teste rege apud Lanton', xxx. die Julii.

Pro Philippa le Daneys.—Rex commisit Philippe que fuit uxor Johannis le Daneys manerium de Upford in tenantiam dotem (*sic*) sue donec ei rationabilem dotem de omnibus terris que fuerunt predicti Johannis rex fecerit assignari. Et mandatum est vicecomiti Huntendon' quod de predicto manerio ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est Willelmo, venatori regis, quod de tota venatione regis quam in hac seisona cepit et adhuc capiet in comitatu Norhampt', faciat habere abbati de Burgo decimam bestiam, et similiter de venatione quam Johannes le Fol et Philippus de Candever', venatores regis, ceperunt in eadem seisona ante adventum tuum (*sic*) ibidem, ita quod regi inde scias (*sic*) respondere in proximo adventu suo ad regem quot bestias ei taliter liberaverit. Teste rege apud Theokesbir', xxxj. die Julii.

Pro Thurstano Dispensario.—Rex thesaurario et baronibus de Scaccario, salutem. Quia Thurstanus Dispensarius reddidit coram vobis compotum, ut asserit, de xx. marcis quas ei liberari fecistis de prestito ad expensas Alienore, consanguinie nostre, acquietandas, vobis mandamus quod, si ita est, ipsum Thurstanum de predictis xx. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Muncell' quod in forestis de Wurth' et de Aquila faciat habere W. de Haverhull', thesaurario regis, iii. damos, Petro Grimbaud ij. damos, Willelmo Hardel ij. damos, et Johanni le Frannceys ij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam casula offerenda.—Rex W. Hardel (*sic*), salutem. Mandamus vobis quod per visum Willelmi Hardel, clerici nostri, et tam per discretos viros quam mulieres qui melius sciant circa operationes brudatas, appreciari faciatis omnimodas operationes factas cum casula quam Mabilia de Sancto Edmundo fieri fecit ad opus nostrum per preceptum nostrum, et ipsam casulam ferulis, borduris, aurifragiis, et alio ornatu decenti perfici et eam panno serico auro extencellato interius lineari faciatis secundum quod idem W. Hardel vobis viva voce exponet, et allocatis eidem Mabilie in servicio suo predicto omnibus que recepit ad easdem operationes faciendas, secundum rationabilem estimationem de operationibus predictis, id quod ei restat solvendum pro servicio suo apposito ad ipsam casulam faciendam eidem Mabilie solvi faciatis. Et cum constiterit nobis de precio predictarum operationum et quantum ei liberaveritis pro servicio suo, breve nostrum de Liberate vobis habere faciemus. Omnes etiam paruras, offertoria, et omnia alia ornamenta que habetis in custodia

1241.

vestra, que ipsa Mabilia fieri fecit, eidem Willelmo Hardel liberetis offerenda una cum predicta casula pro nobis apud Westmonasterium in honore Sancti Edwardi. Teste rege apud Theokesbir', j. die Augusti.

Mandatum est W. de Muncell' quod faciat habere Doceline uxori Bernardi de Sabaud' j. damum, et Edwardo de Westmonasterio unum alium damum in foresta de Wurth', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Herberto filio Mathei.—Rex vicecomiti Surr', salutem. Scias quod concessimus Herberto filio Mathei quod habeat manerium de Bromlegh' cum pertinentiis ad terminum duorum annorum, ad quem terminum Johannes de Fay manerium illud ei tradidit ad firmam secundum quod in cyrographo inter eos inde facto continetur. Et ideo tibi precipimus quod predictum Herbertum manerium illud ad predictum terminum sicut predictum est habere permittas, et siquid inde ammotum fuerit postquam manerium illud in manum nostram cepisti occasione mortis predicti Johannis, id ei sine dilatione restitui facias. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod si Ysaac filius Elye, Judeus Linc', terminos suos observaverit de debito in quo nobis tenetur ad Scaccarium nostrum, et quamdiu predictos terminos observabit, tunc omnia bona et catalla sua ei in pace dimittatis nullam inde facientes districtionem, ita quod secundum quantitatem et valorem catallorum suorum, que irrotulata sunt in rotulo que Jeremias de Caxton' et W. Hardel de tallagio Judeorum Linc' vobis liberaverunt, tallagium super ipsum assideri faciatis. Teste ut supra.

De sacramento capiendo a pluribus aurifabris Lond' quod non ement, cambient vel vendent, argentum contra constitutionem cambii regis.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod in presencia thesaurarii nostri et custodis cambii nostri venire faciatis coram vobis Adam de Shordich, Thomam de Stanes, Adam de Bentlegh', Hugonem le B . . . . , Willelmum de Berking', et Galfridum de Standon', aurifabros Lond', et ab eis sacramentum capiatis quod per se nec per aliquem alium, Christianum vel Judeum, cambient vel ement vel vendent argentum aliquod in pl . . . . vel mina vel retunduris vel in aliquo alio argento contra assisam et constitutionem cambii nostri, nec cambiri vel emi procurabunt vel permittent nec per se nec per alium ; et quod diligenter inquiratis et inquiri faciatis si qui aurifabri, sive Christiani vel Judei, talia temptaverint, et ex quo aliquem cambientem, ementem, vel vendentem inveneritis contra assisam predicti cambii, corpus ipsius cum argento et catallis suis attachiari faciatis donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

[m. 5.] *De Judeis.*—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod omnes illos Judeos qui denarios regi debent de tallagio Judeorum de hoc termino Sancti Johannis Baptiste proximo preterito, et etiam illos qui deberent distrinxisse ipsos Judeos ad terminum

1241.

predictum observandum, venire faciat usque Turrim Lond' et ibidem in prisona salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciat (*sic*) habere Roberto de Cantuaria ij. damos in parco de Aldinton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fulcone de Mungumery.—Rex concessit Fulcony de Mungumery quod de manerio de Berghton', quod fuit Johannis Cotel', habeat homagia, relevia, fines, servicia, et omnia alia que rex habet in eodem manerio. Et mandatum est vicecomiti Suthampton' quod ita ipsum capere et habere permittat, nullam ei inde inferens injuriam, molestiam, dampnum, aut gravamen. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod faciat habere W. de Eboraco vj. damos in foresta de Gatriz, de dono regis. Teste rege apud Wygorniam, iiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Roberto de Everingham de vj. damis eidem W. in foresta de Shirewud' datis. Teste ut supra.

Pro Ingeritht que fuit uxor Willelmi Vinetarii.—Mandatum est [vicecomiti] Wigornie quod, eo non obstante quod domum in qua Sampson, Judeus Wygornie, manebat et quam cepit in manum regis occasione debiti quod idem Judeus regi debet, solvi faciat Ingeriht que fuit uxor Willelmi Vinetarii redditum suum quod de doma (*sic*) ipsa percipere consuevit. Teste rege apud Wygorniam, iiij. die Augusti.

De maeremio ad ingenium.—Mandatum est Hugoni de Kilpec quod per talliam inter eum et vicecomitem Hereford' factam permittat eundem vicecomitem capere maeremium in haya Hereford' ad ingenium quod vocatur Blithe faciendum. Teste rege apud Wenlak', viii. die Augusti.

Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere Emme uxori Bartholomei le Bygod j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia illud habuit per breve de Computatur.*

Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Edithe de Atingeham j. quercum ad maeremium in foresta de Shirlet, de dono regis. Teste rege apud Salopiam, ix. die Augusti.

De tradendo in ballio.—Quia regi constat per inquisitionem quod Radulfus le Bonde et Legarda, uxor ejus, et Isabella filia Radulfi, capti et detenti in prisona de Notingh' pro morte Willelmi filii Cecilie de Houkeswrth', unde rettati sunt, rettati sunt de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Notingham quod si predicti etc. invenerint ei etc., tunc etc. Teste ut supra.

De vinis regis apud Hereford' custodiendis per homines ejusdem ville.—Walterus Syward, Nicholaus de la Punde et Willelmus le

1241.

Taverner assignati sunt ad vina regis que sunt apud Hereford' salvo custodienda, et ad vina regis illuc ventura in celario regis ponenda. Teste rege apud Salopiam, xj. die Augusti.

Pro Waltero Engeram.—Quia Gilbertus Basset, in cujus custodia Walterus Ingeram extitit in vita sua, ante mortem suam reddidit eidem Waltero terram suam quam de eo tenuit in Curlinton', et quam vicecomes Oxon' cepit in manum regis occasione precepti quod rex ei fecit de terris que fuerunt ipsius Gilberti in manum regis capiendis, mandatum est eidem vicecomiti quod predicto Waltero de eadem terra talem seisinam habere faciat qualem inde habuit die quo ipsam in manum regis cepit. Teste ut supra.

Pro executoribus Gilberti Basset.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Scias quod concessimus executoribus testamenti Gilberti Basset quod libere et sine impedimento disponere possint de catallis et bonis que fuerunt ejusdem Gilberti in ballia tua ad executionem testamenti sui faciendam, retentis tamen ad opus nostrum bobus et carucis qui vendi debent ad terras predictas excolendas postquam blada instantis auctumpni collecta fuerint pro eadem estimatione qua alii venderentur, et quod habeant copiam domorum per singulas terras que fuerunt ipsius G. ad disponendum de bonis predictis quamdiu fuerint in executione predicta facienda simul cum operationibus hominum ad blada predicta colligenda de prestito de gratia nostra. Et ideo tibi precipimus quod de catallis et bonis predictis ipsos liberam habere amministrationem, et de domibus predictis copiam similiter, et operationes predictas sine impedimento permittas. Teste rege apud Salopiam, xij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Surr', Devon', Wilt', Suthampt', Berk', Buk'.

Pro monialibus Cestrie.—Rex dedit monialibus de Cestria illas x. marcas quas regi reddere deberent ad instans festum Sancti Michaelis ad Scaccarium Cestrie de terra extra Cestriam quam de rege tenent ad firmam. Et mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod ipsas inde pacem habere permittat. Teste rege apud Salopiam, xj. die Augusti. Per Johannem Maunsel.

Pro Ada le Vineter et hominibus de Oveston'.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod occasione manerii de Oveston', quod rex commisit Ade le Vineter tenendum de rege ad firmam, non distringat ipsum Adam vel villanos ejusdem manerii ad sectam ad comitatum vel ad hundreda faciendam quamdiu manerium illud de rege tenuerit ad firmam. Teste ut supra.

Pro Margeria, comitissa Penbroc'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod Margerie, comitisse Penbroc, seisinam habere faciat de manerio de Crendon' cum pertinentiis, quod interim rex ei assignavit in tenanciam donec plena dos (*sic*) rex ei assignaverit de terris que fuerunt G. Marescalli, quondam comitis Penbrok', viri sui. Teste rege apud Salopiam, xiij. die Augusti.

1241.

Pro Beatricia que fuit uxor Radulfi de Ferariis (sic).—Mandatum est Radulfo de Ferariis, ballivo Hugonis de Vivon' de terris que fuerunt Roberti de Guuiz, quod assignet Beatricie que fuit uxor ipsius Roberti rationabilem dotem suam que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt ipsius Roberti, quondam viri sui, et que sunt in custodia predicti Hugonis. Teste rege apud Salopiam, xvj. die Augusti.

De balistis regi mittendis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod ad regem mittat usque Cestriam Magistrum Jacobum, artificem balistarum regis, cum v. balistis de cornu ad unum pedem, et residuas xv. balistas salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in bosco de la Lich' faciat habere abbati et conventui Salopie vj. robora ad focum suum, de dono regis, ubi ad minus nocumentum capi possunt. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hascullo de Nevill' quod in bosco de Bello Monte faciat habere Petro de Monte Forti ij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Johanni de Munem' x. damos in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Lilleshull', xvj. die Augusti.

De apris capiendis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod permittat Fulconem filium Warini capere iiij. apros in ballia sua ad opus regis. Teste ut supra.

De warnestura regi mittenda.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod sub quanta poteris festinacione venire faciatis per naves ad partes Cestrie mille quarteria frumenti, unde l. quarteria sint in flore milita et l. in duro frumento, et mille bacones. Emi etiam faciatis ducenta dolia vini, unde centum dolia retineatis donec aliud inde mandaverimus et alia centum dolia ad nos cum predicto frumento et baconibus mittatis, taliter maturantes warnesturam predictam ne propter moram ejusdem aliquod possit timeri periculum, salvis tamen omnibus aliis mandatis nostris vobis alias directis. Teste rege apud Cestriam, xix. die Augusti.

De vinis regis apud Salopiam custodiendis.—Willelmus Baryl, Johannes de Norton', Ricardus le Taylur et Robertus Pride, assignati sunt ad vina regis que sunt apud Salopiam salvo custodienda et ad vina illuc ventura in celario regis ponenda. Teste ut supra.

De reclusorio faciendo.—Rex concessit quantum in se est Elneve quod faciat sibi habitationem reclusorii juxta capellam Sancti Thome super Pouldon'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod non permittat quod aliquis edificationem reclusorii sui impediat. Teste ut supra.

1241.

Pro H. de Bohun.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod permittat H. de Bohun, comitem Hereford', habere omnes libertates in comitatu suo de honore de Brekenn quas predecessores sui habere consueverunt in eodem comitatu de predicto honore temporibus predecessorum regis regum Anglie usque ad tempus comitis supradicti. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi.—Quia rex concessit per cartam suam magistro Milicie Templi in Anglia et fratribus omnia catalla fugitivorum de terra sua, mandatum est vicecomiti Leycestr' quod de catallis Roberti Folyot, qui fugitivus est pro morte hominis, eidem magistro plenam seisinam habere permittat, donec sciatur utrum redire velit ad pacem regis, vel non. Teste rege apud Cestriam, xx. die Augusti. Per S. de Segrave.

Pro abbate de Abbendon'.—Rex concessit abbati de Abbendon' quod, quamdiu milites sui fuerint cum rege in exercitu suo in partibus Wallie a die Assumptionis Beate Marie in xv. dies, quietus sit a warda quam debet castro de Windles'. Et mandatum est Engelardo de Cygony quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Cestriam, xx. die Augusti.

De damis ad opus Edwardi.—Mandatum est Engelardo de Atye quod in foresta de Windles' capi faciat vj. damos liberandos Hugoni Giffard' ad opus Edwardi filii regis et ceterorum puerorum secum commorantium. Teste ut supra.

Pro Roberto de Bello Campo.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, accepta securitate a Roberto de Bello Campo, custode terre et heredis Johannis Belet, per bonos et salvos plegios quod satisfaciet Aaron filio Abrahe, Judeo Lond', de debito quod idem Judeus ostendere poterit coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis in octabis Sancti Michaelis anno etc. xxv. quod idem Robertus ei debeat, tunc interim de debito illo ipsum Robertum pacem habere permittat ita quod idem Judeus de terra de Chenes, que capta est in manu predicti Judei pro debito predicto, aut de catallis in eo inventis, nichil se intromittat, et si quid de catallis predictis amotum fuerit vel distractum, id eidem Roberto sine dilatione restitui faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Waltero de Denford' quod faciat habere Radulfo de Norwico iij. damos in foresta de Brehull', de dono regis. Teste rege apud Cestriam, xxv. die Augusti.

Pro Galfrido de Childwik'.—Mandatum est abbati de Sancto Albano quod quia Galfridus filius Galfridi de Childwic, qui de eodem abbate tenet quartam partem feodi unius militis, est in servicio regis in partibus Cestrie, bene wlt dominus rex quod de tanto servicio quantum idem G. dicto abbati debet idem abbas quietus sit versus dominum regem pro servicio predicti Galfridi existentis cum rege. Et ideo mandatum est ipsi abbati quod ipsum G. de predicto servicio ei debito quietum esse faciat. Teste ut supra.

1241.

De damis ad opus regis capiendis.—Mandatum justiciario Cestrie quod admittat Hamonem filium Philippi ad capiendum tot magnos damos quot capere possit ad opus regis in parco de Hauton'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Johanni Mautravers viij. damas et ij. damos vivos in foresta de Blakemor' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Rothelan in castris, xxviij. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est Waltero de Deneford' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Magistro Rogero de Ravelingham iiij. quercus cum branchiis et escaetis, de dono regis. Teste rege apud Cestriam, ij. die Septembris.

De placea in Wallia firmanda.—Rex J. Extraneo, salutem. Sciatis quod bene placet nobis quod firmetis placiam illam quam providistis firmandam, et de quingentis marcis quas vobis dimisimus capiatis expensas tam ad placiam illam firmandam quam ad solidandum gentem nostram quamdiu durant, et cum ille quingente marce defecerint capiatis expensas ad hoc sexcentas marcas quas ad hoc dimisimus in custodia abbatis Cestrie et constabularii nostri et prepositi ejusdem ville. Et volumus quod tota gens quam nunc habetis remaneat vobiscum et si necesse fuerit majorem gentem capiatis. Teste rege apud Cestriam, iiij. die Septembris.

[m. 4.] *De damis datis.*—Mandatum est Waltero de Deneford' quod faciat habere Willelmo Mauduit ij. damos in foresta de Rokingham, de dono regis. Teste rege apud Cestriam, iij. die Septembris.

De terris seminandis.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod per visum servientum Willelmi de Cantilupo et Vitalis Engayne excoli et seminari faciat terras dominicas manerii de Becmundefeld de exitibus ejusdem manerii, ita quod de eodem manerio nichil amoveatur donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est abbati de Sancto Edmundo quod permittat.

De damis datis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod faciat habere P. Herefordensi episcopo, iiij. damos in parco de Wybbel', de dono regis. Teste rege apud Cestriam, ut supra.

De cervis datis.—Eodem modo scribitur Ade Cok' de ij. cervis in foresta de Graveling' datis Huberto Hus'.

De damis et cervis datis.—Eodem modo scribitur Roberto de Ros quod faciat habere Rogero Bertram ij. damos et viij. damas in foresta Norhumbr', de dono regis, ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario castri Porecestrie quod faciat habere Hereberto filio Mathei v. damos in foresta de Porestria, de dono regis. Teste ut supra.

1241.

Eodem modo scribitur Ricardo Streech quod faciat habere Thome, comiti Warr', iiij. damos in foresta de Fecham, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de Wrotham quod faciat habere Roberto de Tregoz iij. cervos in Munedep', de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus Wallensibus in Turrim Lond' recipiendis.—Mandatum est constabulario Lond' quod Griffinum filium Lewel' et alios prisones quos rex ad eum mittit per Johannem de Lexinton', Willelmum de la Lunde et Willelmum de Trublevill' ab eis recipiat et eos in prisona regis salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Salopiam quod faciat (*sic*) habere Fulconi filio Warini j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro M. uxore G. Marescalli.—Quia blada de Crendon' que rex assignavit Margerie uxori G. Marescalli ad sustentationem suam sunt vendita, mandatum est vicecomiti Sussex' quod eidem Margerie blada de Boseham assignari faciat. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia mutatum fuit breve ut patet inferius.*

De cervis datis.—Mandatum est Johanni et Philippo, venatoribus regis, quod de venatione regis quam ceperunt faciant habere Johanni de Pless' iiij. cervos, de dono regis. Teste rege apud Darenhal' v. die Septembris.

De vinis datis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de vinis regis que habet in custodia sua faciat habere Th. capellano regis, cancellario Hereford', unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

De dote I. quondam uxoris Gilberti Basset.—Rex vicecomiti Suthampton', salutem. Scias quod de terris que fuerunt Gilberti Basset assignavimus Isabelle que fuit uxor ipsius Gilberti, nomine dotis sue, maneria subscripta, videlicet in comitatu tuo manerium de Mapeldouerwell'; et in comitatu Wilt' maneria de Cumpton', Bradeton', Saltharp', Winterburn'; et in comitatu Surr' Woking' et Sutton'; et in comitatu Buk' iiij. libratas redditus de molendino de Wycumb'. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio de Mapeldouerwell' eidem Isabelle seisinam habere facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de seisina ei facienda de maneriis de Cumpton', Bradeton', Saltharp', et Winterburn'.

Et vicecomiti Surr' de seisina ei facienda de maneriis de Woking' et Sutton'.

Et vicecomiti Buk' de seisina ei facienda de iiij. libratis redditus de molendino de Wycumb'.

Pro M. comitissa Penbrok'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod si blada de Crendon' non fecerit habere M. comitisse Penbrok',

que fuit uxor G. comitis Marescalli, tunc hoc significet vicecomiti Sussex' cui rex mandavit quod in recompensacionem illorum bladorum faciat habere eidem comitisse blada de Boseham. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod, si predictus vicecomes hoc significet ei, tunc etc. Teste ut supra.

Wallia.—Rex Johanni Extraneo, salutem. Cum in convencionibus factis inter nos ex una parte et David filium Lewelini ex altera contineatur quod idem David nobis reddet terram de Mohaud et seisinam omnium terrarum occupatarum super barones nostros Marchie a principio guerre mote inter dominum J. regem, patrem nostrum, et ipsum L., vobis mandamus quod tam terram de Mohaud quam omnes terras alias occupatas tempore predicto saisiatis in manum nostram, et, retenta in manu nostra terra de Mohaud, seisinam aliarum terrarum occupatarum reddatis baronibus quorum terre ille fuerunt, denunciantes eis quod sint apud Lond' ad diem prefixum predicto David et Griffino fratri suo, videlicet in crastino quindene Sancti Michaelis, ad respondendum predicto David super proprietate earundem terrarum. Vos autem interim excindi et prosterni faciatis boscos ubi necesse fuerit ad bonos et latos passus faciendos sicut tranquillitati regni nostri videritis expedire, taliter in hiis vos habentes quod ex eo merito possitis commendari. Teste ut supra.

De cervis et capreolis datis.—Mandatum est custodi foreste Cumberl' quod faciat habere W. Carleolensi episcopo, v. cervos et iij. capreolos in foresta de Cumberland', de dono regis. Teste rege apud Novum Castrum subtus Limam, vj. die Septembris.

De prebendis datis.—Rex contulit Magistro Petro, phisico regine, prebendam que fuit Henrici de Noting' in castro de Ponte Fracto, et prebendam que fuit ipsius Magistri P. in eodem castro contulit dominus rex Willelmo de London', capellano ipsius regine, vacantes et ad donationem regis spectantes ratione terrarum que fuerunt J. quondam comitis Linc' in custodia regis existentium. Et mandatum est constabulario de Ponte Fracto quod predictos magistrum P. et W. per procuratores suos mittat in corporalem possessionem predictarum prebendarum. Teste rege apud Novum Castrum subtus Limam, vj. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta de Braden' faciat habere H. comiti Hereford', xvj. damas et iiij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Cestrie.—Rex concessit fratribus hospitalis Sancti Johannis Cestr' quod possint construere quandam capellam ultra portam de Foryate, et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod fratres ipsos capellam illam construere permittat. Teste rege apud Heywud', vij. die Septembris.

1241.

De boscis comitatus Cestr'.—Mandatum est justiciario Cestr' quod omnes boscos de comitatu Cestr', quorumcunque bosci illi fuerint, teneri faciat et custodiri in tali statu quali teneri et custodiri consueverunt tempore Ranulfi, quondam comitis Cestr', ita quod aliter non vastentur per essartam vel alio modo quam fieri consuevit tempore predicto. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Wudechurch'.—Mandatum est eidem justiciario quod inquiri faciat si Gilebertus de Wudechurch' deciderit in paupertatem occasione firme quam de rege tenet invitus, ut dicit, de manerio de Shotewich', et ea occasione jus suum hereditarium vendiderit, et rei veritatem regi scire faciat et interim de demanda firme pacem ei habere permittat. Teste ut supra.

De uno damo dato.—Mandatum est Roberto de Aundely quod in parco de Gillingeham faciat habere Theobaldo de Englechevill' unum damum, de dono regis. Teste rege apud Lichesfeud, ix. dei Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo May, venatori regis, quod in foresta de Rokingham capiat iij. damos et eos liberet Radulfo de Sancto Sampsone, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere uxori Bernardi de Sabaudia unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo Strech quod in ballia sua faciat habere Willelmo de Bello Campo duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Rokingh' quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Ferariis iiij. damos, de dono regis. Teste rege apud Shitestok', x. die Septembris.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Selewud' faciat habere Roberto de Cornenay iiij. damos, de dono regis. Teste rege apud Kenilwurth', xj. die Septembris.

De fustis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Roberto de Mucegros x. fusta in ballia de Ruwardin, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Septembris.

De j. damo dato.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Philippo de Columbariis j. damum in foresta de Recchiche, de dono regis. Teste ut supra.

Pro N. de Bolevill'.—Rex perdonavit Nicholao de Bolevill' vij. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de quodam amerciamento. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wroxstan, xij. die Septembris.

1241.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Sancto Amando.—Rex vicecomiti Oxon', salutem. Scias quod cepimus homagium Radulfi de Sancto Amando, filii et heredis Amauricii de Sancto Amando, de terris quas idem Amauricius tenuit de nobis in capite, et relevium suum inde ei perdonavimus. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris que fuerunt predicti Amauricii in ballia tua, et unde fuit seisitus ut de feodo die quo iter peregrinationis arripuit versus Terram Sanctam, eidem Radulfo plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Abbendon', xiij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciario Hybernie de terris et tenementis que habuit in Hybernia.

De nundinis Winton' prorogendis (sic).—Mandatum est Paulino Peyvre et J. de Gatesden', custodibus episcopatus Wintoniensis, quod has nundinas Winton' anno etc. xxv. prolongent usque in crastinum Sancti Mathei anno eodem. Teste ut supra.

De coronatore.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod, loco Bartholomei de Badenesmer' qui propter servicium domini regis officio coronatoris non potest intendere, eligi faciat alium coronatorem qui prestito etc.

Geresy.—Quia Drogo de Barentin recognovit coram rege quod Willelmus Sale et Ranulfus Warini sunt heredes Willelmi de Walle, consanguinei sui, de tribus acris terre cum pertinentiis quas idem Willelmus tenuit in parochia Sancti Laurencii, quam quidem terram idem Drogo in manum regis cepit eo quod Philippus de Albiniaco, dum fuit custos insularum, seisinam fecit predicto Willelmo de Valle de predicta terra sine precepto regis, mandatum est ballivo de Geres' quod de predictis tribus acris terre cum pertinentiis predictis Willelmo Sale et Ranulfo seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si Robertus atte Wud', captus et detentus in prisona regis apud Oxoniam pro transgressi[o]ne foreste, invenerit ei sex legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu suo ad standum inde recto, tunc etc. Teste ut supra.

[m. 3.] *Pro hominibus Wygornie.*—Mandatum est custodi vinorum regis apud Wenlok' quod tria dolia vini que sunt in custodia sua faciat habere hominibus Wygornie in partem solutionis vinorum que rex ab eis cepit apud Wygorniam cum ultimo ibidem fuisset. Teste rege apud Walinford', xv. die Septembris.

Eodem modo scribitur custodi vinorum regis apud Kideministr' de duobus doliis vini regis que sunt in custodia sua eisdem hominibus liberandis. Teste ut supra.

1241.

Eodem modo scribitur custodibus vinorum suorum apud Salopiam de x. doliis vini regis que sunt in custodia sua eisdem hominibus liberandis. Teste ut supra.

De villa Wintonie.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod, non obstante eo quod rex precepit nundinas Sancti Egidii prorogari ulterius quam teneri consueverunt, permittant ballivos Wintonie capere consuetudines de mercandisis venientibus ad villam suam ad eandem claudenham, sicut rex eis per litteras patentes concessit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Hayes.—Quia rex accepit per inquisitionem quod terra que fuit Ricardi filii Mathei qui pro felonia abjuravit regnum regis in Quenton extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram suam tenuit de Willelmo de Hayes in capite, mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de eadem terra ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo de Ascell'.—Mandatum est barronibus de Scaccario quod loco Philippi de Ascell' recipiant Henricum de Belegrave, clericum suum, ad conpotum pro ipso reddendum de comitatibus Warr' et Leyc' de quarta parte anni etc. xxiiij., et de toto anno regni etc. xxv., eo quod idem Philippus ita lesus est quod ad presens ad Scaccarium residere non potest.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod faciat habere priori de Shelford' x. quercus in foresta de Shirewud' ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Windles', xix. die Septembris.

Pro H. de Pudrinton' (sic).—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si Henricus de Pudricot', quem tenet incarceratum pro transgressione foreste, fecerit ei securitatem ad standum inde recto coram justiciariis ad placita foreste cum in partes illas venerint, tunc ipsum per plevinam deliberet. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Lindes'.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod non distringat Gerardum de Lindeseye ad solvendum regi majus relevium quam pertinet ad tantam terram quantam tenet in manu sua, quoniam feoda alienata que pertinent ad baroniam suam pro residuo relevii pertinentis ad baroniam suam rex bene distringi faciet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est W. de Deneford' quod in foresta de Rokingham faciat habere W. de Cantilupo, senescallo regis, v. damos, de dono regis. Teste rege apud Windles', xvij. die Septembris.

Mandatum est eidem quod faciat habere Stephano Lungespeye vj. damas et ij. damos in Bernewud' ad instaurandum parcum suum de Gatesden', de dono regis. Teste ut supra.

De Johanne Andree et plegios suos distringendos (sic).—Mandatum est constabulario de Windles' quod distringat Johannem filium Andree

1241.

et plegios suos ad xxx. marcas regi sine dilatione reddendas que arretro sunt de l. marcis quas regi reddidisse debuit ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxv., et securitatem ab eodem Johanne recipiat de residuis l. marcis quas regi debet reddendis ad festum Sancti Michaelis anno eodem. Et de eisdem xxx. marcis habere faciat Thome Pictori de Certes', qui facit ymagines regis ad capellam de Windles', x. marcas et residuos denarios liberari faciat custodibus operationum de Windles' ad easdem operationes. Teste rege apud Windles', xix. die Septembris.

De bladis de Crendon'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod venditionem bladorum et aliorum catallorum pertinentium ad manerium de Crendon' ponat in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis anno etc. xxv. Teste ut supra.

Pro hospitali de Hospring'.—Rex vicecomiti Kanc', salutem. Monstravit nobis custos hospitalis nostri de Hospring' quod cum Thomas Bukerel assignasset eidem hospitali vj. libratas redditus in Delze in tenanciam quousque eidem hospitali assignaret imperpetuum vj. marcatas terre in eadem villa, tu occasione mortis prefati Thome illas vj. libratas redditus una cum manerio de Delze cepistis (*sic*) in manum nostram. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, de prefatis vj. libratis redditus eandem seisinam habere facias prefato hospitali qualem habuit tempore prefati Thome, nec de ipsis vj. libratis redditus in aliquo decetero te intromittas. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Septembris.

Pro Roberto de Maris.—Rex commisit Roberto de Maris terram in Esseby cum pertinentiis quam Willelmus de Albo Monasterio tenuit ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod eidem Roberto de eadem terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De cereis faciendis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod cc. et. l. libras cere, quas vicecomites Lond' ei liberabunt, ab eis recipiat et de eis fieri faciat quingentos cereos ponendos in ecclesia Beati Petri Westmonasteriensis in festo Sancti Edwardi post instans festum Sancti Michaelis anno etc. xxv. Teste ut supra.

Wasconia.—Rex Rustano de Solariis, senescallo Wasconie, salutem. Sciatis quod concessimus Willelmo Gumbaud' de Paveng', civi nostro Burdegale, quod una cum domo illa quam habet de concessione nostra in Burdegala habeat domum illam quam Johannes le Barbur tenuit in eadem villa, et xxx. solidos Burdegalenses quos homines parochie Sancti Christoferi de Blays nobis debent, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod de predictis domo et xxx. solidis Burdegalensibus plenam seisinam ei habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Septembris. Et regi scire faciat valorem domorum et reddituum.

Pro abbatissa de Godestowe.—Rex ballivis suis de Wudestok', salutem. Sciatis quod concessimus abbatisse de Godestowe quod habeat decimam de venatione nostra quam capi faciemus apud

1241.

Wudestok' infra parcum et extra, sicut habere consuevit. Et ideo vobis precipimus quod prefate abbatisse decimam ipsam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod loco Johannis de Belewe eligat unum coronatorem qui prestito sacramento etc. ex tunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in hundredo de Middilton', et talem eum etc. Teste rege ibidem, xxiiij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est W. de Deneford' quod xx. bonos damos de melioribus de venatione quam habet salitam in custodia sua tradi faciat uxori [*sic* vicecomiti ?] Norht' cariandam quo rex ei precepit ad opus [P. de Sabaudia *erased*] Th. comitis Flandrie. Teste ut supra.

Pro W. Norwicensi episcopo, et hominibus suis.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod homines W. Norwicensis episcopi, quos cepit vel capi fecit, ubicumque capti fuerint vel detenti per preceptum regis quod rex ei fecit occasione alicujus contentionis mote inter dominum regem et ipsum episcopum, eidem episcopo per plevinam dimittat et a prisona deliberet una cum terris et catallis suis que occasione predicta in manum regis cepit, nullam decetero sine speciali precepto regis eidem episcopo vel hominibus suis injuriam vel molestiam inferendo. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Septembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo Luveret quod in ballia sua faciat habere Fratribus Minoribus Sarisburiensibus vj. robora et ea liberari faciat vicecomiti Wiltes' carianda usque domum suam de Sarisburia. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Lond' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat (*sic*) habere fratri Johanni Elemosinario unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

De Judeis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod scire faciat omnibus vicecomitibus qui Judeos habent in ballia sua quod omnes Judeos de ballia sua qui manuceperunt solvere regi tallagium suum una cum uxoribus et infantibus suis habeant London' a die Sancti Michaelis in unum mensem ad respondendum regi de arreragiis tallagii sui et quare tallagium illud non solverunt terminis statutis, sicut manuceperunt, et omnia catalla ipsorum capiant in manum regis et salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Septembris.

De dote assignanda.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, assumptis secum Willelmo de Englefeld' et Alano de Farnham, in propria persona sua accedat ad terram que fuit Roberti Achard et de terra illa Hawisie, que fuit uxor ejusdem Roberti, rationabilem

1241.

dotem suam assignari faciant. Et mandatum est predictis Willelmo et Alano quod ad diem quem eis scire facies, vicecomes, quod ad hoc faciendum venient. Teste ut supra.

Pro W. de Fortibus.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod, non obstante aliquo precepto ei prius facto de manerio de Derteford' retinendo in manu regis post mortem W. quondam comitis Albemarl', talem seisinam habere faciat W. de Fortibus, filio et heredi predicti comitis, de predicto manerio cum pertinentiis qualem idem comes inde habuit die quo obiit. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus.—Rex majori et civibus Eboraci, salutem. Quia utilitati et tranquillitati Fratrum ordinis Predicatorum prospicere affectamus quatenus hoc facere possumus absque prejudicio alieno, vobis mandamus quatinus de placea que est juxta domum ipsorum Fratrum in civitate vestra, que fetida est valde ut dicitur, et cujus fetor in ora ipsorum ascendit unde iidem multum gravantur, tantum habere faciatis quantum cum indempnitate ejusdem civitatis habere possunt et sine prejudicio alieno et sine eo quod aliquid decidat de firma civitatis predicte. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod, accepta bona securitate a Willelmo Crok' de indempnitate regis, tunc eidem Willelmo de villa de Crokeneyl cum pertinentiis talem seisinam habere faciatis (*sic*) qualem inde habuit ante guerram motam inter regem et Ricardum Marescallum, quondam comitem Penbrok', de dono Ricardi de Burgo. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Septembris.

De vinis liberandis ad cariandum.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Hereford' quod xvij. dolia vinorum regis que sunt in custodia sua faciant habere vicecomiti Hereford' carianda quo rex ei precepit. Teste rege ibidem, xxx. die Septembris.

[m. 2.] Mandatum est constabulario et custodibus operationum Turris Lond' quod de plumbo regis quod est in custodia sua liberent Magistro Symoni de Windles' xv. carratas plumbi ad operationes de Windles'. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Octobris. [*Cancelled*] *Quia postea factum fuit inde breve de Computate.*

De vinis datis.—Mandatum est [camerario regis Lond' *erased*] custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Willelmo le Moyne et Aleysie uxori [ejus] unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Magistro Rogero Scissori iiij. quercus ad maeremium in bosco de Haffeld', de dono regis. Teste ut supra.

De inquisitione ponenda in respectu.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod inquisitionem quam rex ei fieri precepit de transgressionibus, dampnis et vastis, in foresta de Dene, ponat in

1241.

respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Octobris.

De libertatibus ecclesiarum archiepiscopatus Cantuariensis.—Mandatum est Magistro Petro, archidiacono Londoniensi, quod ecclesias de archiepiscopatu Cantuariensi teneat in eisdem libertatibus in quibus temporibus archiepiscoporum qui pro tempore fuerunt teneri consueverunt, ita quod eas non gravet vel gravari permittat contra libertates predictas propter quod debeat ad regem iteratus clamor pervenire. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod quendam probatorem et alium prisonem quos ei liberabit vicecomes Surr' recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege ibidem, iiij. die Octobris.

De clerico loco H. Giffard recipiendo ad compotum pro eo reddendum.—Mandatum est barronibus de Scaccario quod David, clericum Hugonis Giffard', recipiant ad compotum ipsius Hugonis reddendum de tempore quo fuit custos Turris London'. Teste ut supra.

De denariis ponendis in Turri Lond'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod mille libras que nunc sunt in Scaccario, et etiam l. libras quas receperunt de episcopo Menevensi deponi faciant in Turri Lond'. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Sancta Brigida.—Rex concessit Nicholao de Sancta Brigida quod, non obstante eo quod terminos suos non servavit de v. marcis ad duos terminos regi reddendis de debito quod debet ad Scaccarium, reddat regi decetero de eodem debito v. marcas predictas ad eosdem terminos ad quos eas prius reddere consuevit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod terminos predictos ei inde habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Octobris.

Pro plegiis Johannis Andree.—Rex concessit plegiis Johannis Andree quod de l. marcis quas idem Johannes debuit solvisse regi ad terminum Sancti Michaelis proximo preteritum anno etc. xxv., solvat regi singulis septimanis x. marcas ad operationes regis faciendas apud Windles' donec ille l. marce fuerint persolute. Et mandatum est constabulario de Windles' quod singulis diebus Sabati predictas x. marcas recipiat sicut predictum est. Rex etiam precepit ei quod terras, domos, redditus et omnia catalla predicti Johannis, permittat esse in manibus predictorum plegiorum donec iidem plegii de plegiagio ipso indempnes fuerint conservati. Teste ut supra.

De fagis datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere abbati de Evesham iij. fagos ad focum suum in foresta de Windles', de dono regis, et illos liberari faciat ballivis de Windles' quibus rex mandavit quod illos prosterni et cariari faciant usque Lond' ad domum ipsius abbatis. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Octobris.

1241.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Computate vicecomiti Heref' in exitibus ejusdem comitatus vij. libras quas posuit per preceptum nostrum in sexaginta doliis vini cariandis de Monem' usque Hereford', videlicet pro quolibet dolio xxviij.*d.* Computate etiam eidem in eisdem exitibus. . . . . .

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

De capis furratis datis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Symoni, capellano nostro, et Magistro Waltero de Lench', clerico capelle nostre, duas capas furratas de tali precio de quo eas habuerunt anno preterito. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris, anno regni etc.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod si Johannes Page de Wendleswurth', rettatus de latrocinio et detentus in prisona de Geudeford', invenerit ei xij. etc. qui manucapiant habere eum coram justiciariis in comitatu Middelsex' ad primam assisam etc., tunc ipsum Johannem etc. tradat etc. Teste ut supra.

De elemosina data.—Rex dedit Ricardo Marescallo liberationem duorum denariorum in die de elemosina constituta quam Rogerus de Dispensa, quondam serviens regis, percipere consuevit per manus ballivorum de Brehull' de eodem manerio de Brehull'. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod liberationem illam ei habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro monachis de Bardenay.—Mandatum est Willelmo de Wellis quod permittat monacos de Bardenay talem habere sustentationem et ita plenam de bonis ejusdem domus, ut in victu et vestitu, qualem habere consueverunt ante quam predicta domus vacaret et in manum regis deveniret et de predicta sustentatione nichil eis subtrahat. Teste ut supra.

De dote Alicie que fuit uxor Johannis Byset.—Rex assignavit Alicie que fuit uxor Johannis Byset manerium de Kideminister cum pertinentiis una cum advocatione ecclesie ejusdem manerii in dotem que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis, quondam viri sui, una cum quinquaginta solidis quos singulis annis percipere debet de c. solidis annuis quos Ricardus de Sancto Amando debet, exceptis tamen molendinis et vivariis et toto bosco de Northwud' et placitis et teloniis de mercato ejusdem manerii et redditu duarum marcarum de Wiz pertinente ad idem manerium et redditu xx.*s.* de turno vicecomitis, qui reddi solet singulis annis ad festum Sancti Michaelis, et redditu xx. solidorum in eodem manerio de Emma de Hawerleg' et servicio ejusdem [, et redditu l. solidorum quos Radulfus de Sancto Amando reddit per annum. Que quidem sic excepta remanebunt in partem ipsius cui manerium de Rokeburn assignabitur *erased*], que quidem sic excepta in manu nostra retinuimus una cum l. solidis residuis de predictis centum solidis quos predictus Radulfus reddit de terra Hybernie ad opus heredum predicti Johannis. Et mandatum est vicecomiti Wygornie quod de predicto

1241.

manerio de Kydemunster cum pertinentiis et advocatione ecclesie ejusdem manerii, exceptis omnibus particulis predictis, eidem Alicie seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Octobris.

Et mandatum est predicto Ricardo de Sancto Amando quod predictos l. solidos annuos eidem Alicie tota vita sua reddat.

Pro Margeria de Lacy.—Mandatum est W. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt W. de Lacy in Hybernia, et etiam de serviciis militum et omnium aliorum que ad assignationem dotis pertinent, Margerie que fuit uxor predicti W. rationabilem dotem suam secundum consuetudinem Hybernie assignari faciat, et de hiis versus quos clamat dotem suam celerem justiciam faciat exhiberi, ita quod pro defectu justicie a consecutione dotis sue non retardetur. Teste ut supra.

De manerio de Delce.—Mandatum [est] vicecomiti Kancie quod non obstante mandato regis de terra que fuit Thome Bukerel in Delce capienda in manum regis, tam blada quam alia bona in eadem terra in pace dimittat custodibus terrarum et heredum ipsius Thome. Teste ut supra.

De vinis vendendis et districtione facienda.—Rex ballivo de Croinden', salutem. Precipimus tibi quod per visum et testimonium legalium hominum vendi facias duo dolia vini que sunt in custodia tua apud Croinden', et denarios inde provenientes salvo custodias reddendos in garderoba nostra. Teste me ipso apud Westmonasterium, xviij. die Octobris.

Eodem modo scribitur ballivo de Meidestan' de quatuor doliis vini que sunt apud Meideston'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivo de Otteford' de quatuor doliis vini que sunt apud Otteford'. Teste ut supra.

Rex majori Ebor'. Precipimus tibi quod de xxv. doliis vinorum nostrorum que sunt in custodia tua apud Eboracum retineas x. de melioribus ad opus nostrum, et xv. dolia residua per visum et testimonium legalium hominum vendi facias, et denarios inde provenientes salvo custodias reddendos in garderoba nostra. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Notingeh' de xx. doliis vini quod retineat decem et vendat x. eodem modo. Teste ut supra.

Rex ballivis Suht', salutem. Precipimus vobis quod distringatis omnes illos ad reddendum nobis in garderoba nostra omnes denarios quos nobis debent pro vinis nostris in villa de Suht' secundum tenorem inquisitionis vestre. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod consilium et auxilium apponas cum Michaelis, emptor vinorum nostrorum, ad te venerit ut vina nostra que sunt apud Norht' et apud Clive et Getinton' vendantur, et cum vendita fuerint denarios provenientes recipias et reddi facias in garderoba nostra. Teste ut supra.

[m. 1.] *De pluribus in Wallia faciendis.*—Rex Johanni Extraneo, justiciario Cestr', salutem. Mandamus vobis quod de militibus et servientibus quos habetis vobiscum apud Rothelan retineatis quot

1241. videritis sufficere ad castra de Rothelan et supra rupem prope Rothelan firmata munienda, et si forte plures habueritis quam necesse fuerit, residuos qui vobis non sunt necessarii ad nos mittatis, et si pauciores habeatis, defectum illum supleatis sicut melius poteritis, ita quod bene muniantur. De victualibus autem que justiciarius Hybernie venire fecit de partibus suis, ut dicit, retineatis quantum sufficiet ad sustentationem predicte municionis per unum annum, et si quid residuum fuerit vendi et inde commodum nostrum fieri faciatis. De exitibus autem comitatus Cestr' vel comitatuum Stafford' et Salop' vel terrarum que fuerunt Johannis filii Alani capiatis usque ad summam xl. librarum ad operationes predictorum castrorum, diligentia qua poteritis laborantes quod operationes predicte maturentur et expediantur quantum fieri poterit, ut exinde vos possimus merito commendare. Cum autem scierimus si quid vendideritis de victualibus predictis, et quantum, et de quibus exitibus pecuniam predictam ceperitis, litteras nostras vobis habere faciemus de pecunia illa vobis allocanda. Teste ut supra.

Mandatum est Edwardo filio Odonis quod emat unum pannum sericum ad cooperiendum tumbam Stephani de Segrave qui viam universe carnis ingressus est, et cum rex custum scierit id ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.
[*Cancelled*] *Quia redditum fuit breve.*

Pro hominibus de Retford'.—Mandatum est barronibus de Scaccario quod, si tallagium assisum fuerit super homines de Retford' infra triennium proximo preteritum et tallagium illud ad Scaccarium fuerit solutum, tunc ipsos de tallagio super eos nuper assiso quietos esse faciant. Teste rege ibidem, xvij. die Octobris.

De perdonatione.—Rex perdonavit Johanni de Frethorn' dimidiam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Glouc' ; et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

Pro Ada le Maunsel.—Rex ratione episcopatus Wintoniensis vacantis et in manu sua existentis concessit Ade le Maunsel liberationem illam quam Johannes Hamelin habuit in prioratu Sancti Swithini Wintoniensis, habendam tota vita ipsius Ade. Et mandatum est priori ejusdem domus quod de liberatione predicta eidem Ade seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Gisnes.—Rex dedit et carta sua confirmavit Roberto de Gisnes manerium de Bastenden' cum pertinentiis, habendum et tenendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis donec terra Normannie et terra Anglie sint communes. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicto manerio cum pertinentiis ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Pro Willelmo de Fortibus et uxore ejus.—Rex dedit et carta sua confirmavit Willelmo de Fortibus, filii (*sic*) Willelmi de Fortibus, quondam comitis Albemarl', et Christiane uxori ejus manerium de

1241.

Tingden' una cum manerio de Driffeld' in comitatu Ebor' cum eorum pertinentiis in escambium pro parte que ipsam Christianam contingebat de hereditate que fuit Johannis, quondam comitis Cestr', infra comitatum Cestr', habenda et tenenda eisdem Willelmo et Christiane et heredibus ipsius Christiane, sicut in carta regis quam eis inde fieri rex fecit continetur. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de manerio de Tingden' cum pertinentiis eisdem Willelmo et Christiane seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Octobris.

Et mandatum est Roberto de Crepping' quod de manerio de Driffeld' quod est in custodia sua cum pertinentiis eisdem Willelmo et Christiane seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Rex remisit et quietum clamavit pro se et heredibus suis imperpetuum Willelmo de Fortibus filio Willelmi de Fortibus, quondam comitis Albemarl', et heredibus suis illas xxx. libras annuas quas prefatus comes, pater ipsius, regi reddere consuevit ad Scaccarium pro manerio de Poclinton'; et rex concessit eidem Willelmo quod ipse et heredes sui decetero teneant de rege et heredibus suis imperpetuum predictum manerium de Poclinton' cum pertideniis, reddendo inde regi et heredibus suis unum espervarium mutarium singulis annis ad Scaccarium Sancti Michaelis pro omni servicio. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

[*De vinis*] *datis*.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', [thesaurario *erased*] camerario regis Lond', quod de vinis que retinebat ad opus regis de vinis novis Wasconie que nuper venerunt Lond', faciat habere fratri Johanni Elemosinario j. dolium vini, de dono regis. Teste rege ibidem, xxiiij. die Octobris.

[*Pro Ada*] *de Perton'*.—Rex cepit homagium Ade de Periton', nepotis et alterius heredum Thome de Sampford', de ballia foreste de Braden' que ad ipsum pertinet ratione esnecie ejusdem hereditatis. Et mandatum est Johanni de Stappel' quod de predicta ballia et de omnibus que ad balliam ipsam pertinent eidem Ade seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

. . . . *episcopo Dunholmensi*.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Lancastr', salutem. Quia in loquela que attachiata est coram vobis per breve nostrum inter abbatem Sancte Marie Eboracensis et Johannem Ball . . . . Baylhal de quodam fine facto in curia domini J. regis, patris nostri, super advocatione ecclesie de Geyneford' que est infra libertatem Dunelm' et quam loquelam venerabilis . . . . N. Dunholmensis episcopus, in curia sua dicit terminandam, sicut in recordo nostro vobis transmisso continetur, sine prejudicio libertatis Dunholmie, prout coram nobis de . . . . nostrorum declaratum est, in curia nostra aut alibi quam in curia predicti episcopi procedi non potest, nec contra libertatem Dunholm' aliquid injuste velle . . . . bis mandamus quatinus in loquela illa ulterius non procedentes prefatum abbatem ad curiam predicti episcopi remittatis jus suum in eadem curia . . . . . voluerit prosecuturum . . . . . . aud. Teste ut supra.

1241.

Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestr', quod abbati de Cestria faciat habere decimas provenientes de civitate Cestr' et decimam ve . . . . temporibus Ranulfi et Johannis, comitum quondam Cestr'. Teste rege apud Cestriam, ij. die Septembris. Quia eodem tempore apud Cestriam recepit. . . . .

Mandatum est Johanni de Munemuth' quod Hawisie de Lond' talem seisinam habere faciat de terris suis de Kedewely et Karm' Wa . . . . princeps Nortwallie eas occupavit per gwuerram motam inter regem et ipsum L. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Octobris.

Quia R. Lincolniensis episcopus, clamat habere jus in custodia terrarum que fuerunt Idonee de Veteri Ponte in comitatu Buk', mandatum . . . . vicecomiti quod salvo custodiri faciat et inde nichil ammoveri permittat donec discussum fuerit utrum ad regem . . . .

Eodem modo scribitur vicecomiti Rotelaund'.

Mandatum est barronibus de Scaccario quod audiant compotum Hugonis le Poher de tribus quarteriis unius anni de quibus . . . . et Leyrc' eodem modo quo Philippus de Lasellis, qui nunc est vicecomes eorundem comitatuum debet respondere de tribus . . . . fuerit allocandum allocari faciant. Teste ut supra.

. . . . est custodi terrarum que fuerunt que fuerunt (*sic*) W. comitis Warenne et Gilberti de Aquila in comitatu . . . . in boscis qui fuerunt predicti Gilberti in com' Sussex' vendi faciat autu . . . . faciat parcos earundem terrarum et domos similiter sustentari. Teste ut supra.

. . . . venationis regis de Pykering' quod de venatione illa retineat . . . .

. . . . Biset finem fecit cum rege per c. libras tantum pro custodia . . . . toribus testamenti ejusdem Johannis ultra illas . . . .

. . . . dum residens fuit . . . . ejusdem . . . .

1240.
[m. 19*d*.]

Rex vicecomiti Oxon', salutem. Precipimus tibi quod, cum a Petro Thurald', majore Oxonie, fueris requisitus, consilium et auxilium ei impendas ad pacem et tranquillitatem in villa Oxonie plenius conservanda, ita quod in conservatione nullus in te reperiatur defectus et quod diligentiam tuam in hac parte debeamus commendare.

Mandatum est probis hominibus Oxonie quod permittant Petrum Thuraud' hoc anno in officio suo ministrare, sicut prius ministravit, et etiam omnes alii (*sic*) sub eo ministrantes.

1240.

Cantebr'.—Rex dedit respectum Hugoni de Bindeleys de armis capiendis et de se milite faciendo usque ad festum Purificationis Beate Marie anno xxv.

Salop'.—Stephanus de Staunton' habet respectum usque ad Purificationem Beate Marie anno xxv. de armis capiendis et de se milite faceiendo.

Rex vicecomiti War', salutem. Precipimus tibi quod, si Willelmus Hastencot, quem Thomas Rudher appellat de pace fracta, debeat utlagari secundum legem terre nostre in proximo comitatu tuo, tunc utlagariam illam ponas in respectum usque ad alium proximum comitatum tuum. Teste etc.

Rex Philippo de Parie, Waltero de Bathonia, Willelmo de Wudewurth', et Roberto de Helib', salutem. Mandamus vobis quod assisam que summonita est coram vobis per preceptum nostrum ad convincendum per xxiiij. milites juratores assise nove disseisine quam Nicholaus de Bolevill' et Alicia uxor ejus arramiaverunt coram vobis versus Hugonem de Chageford' et Isabellam uxorem ejus de tenemento in Cumeran ponatis in respectum usque ad primam assisam cum justiciarii nostri in partes illas venerint, vel usque ad adventum nostrum in partes illas si contingat nos illuc venire ante adventum justiciariorum.

Norht'.—Rex dedit respectum Galfrido de Sancto Medardo, Hugoni Fauvel, et Thome filio Roberti de Sutton' de armis capiendis et de se militibus faciendis usque Purificationem Beate Marie anno xxv.

Norf'.—Rex dedit respectum Rogero Ooc de armis capiendis et se milite faciendo usque Pascha proximo sequens.

Hertf'.—Johannes filius Roberti attornavit Johannem de Barue contra Johannem de Tywingh' de vij. solidis redditus et viij. acris terre cum pertinentiis in Tachewurth.

Dors'.—Willelmus, capellanus de Neuton', attornavit Willelmum de Thor' contra Magistrum Adam de Caukeberegh' de quadam prohibitione facta in curia Christianitatis. Dies in octabis Sancti Martini coram domino rege.

Oxon'.—Rex dedit respectum Willelmo de Parva Baldinton' de armis capiendis et se milite faciendo usque ad Purificationem Beate Marie anno xxv.

Rex assignavit Matheum Besil marescallum in ospicio regine et ad faciendum ea in ospicio illo que pertinent ad officium marescalli. Et mandatum est Roberto de Miscegros quod ipse eum ad hoc recipiat.

Rex Waltero de Erneford', senescallo Johannis de Nevill', salutem. Precipimus tibi quod permittas Fratres Predicatores Oxon'

1240.

habere liberum cheminagium suum ad capiendum xij. quercus ad domum suam Oxon', que eis dantur in ballia tua. Teste apud Wudestok', j. die Novembris.

Eodem modo mandatum est Willelmo de Langel', forestario de feodo de foresta de Whichewud'.

Suff'.—Rex dedit respectum Nicholao de Sancto Edmundo de armis capiendis et de se milite faciendo a Natale Domini anno xxv. usque in unum annum.

Norhumb', de respectu militum.—Rex ad instanciam Johannis filii Roberti dedit respectum Thome de Oggel et Rogero Maudut de armis capiendis usque ad festum Sancti Hyllarii anno regni nostri xxv.

Villa Oxonie.—Memorandum quod probi homines Oxonie ad instanciam domini regis concesserunt eidem domino regi quod eligent sibi in majorem Petrum Toroud hoc anno, videlicet xxv., ita quod in festo Sancti Michaelis anno eodem eligent sibi majorem pro voluntate sua quemcumque voluerint, et quod libertates sue postea observabuntur illese.

Beatricia que fuit uxor Johannis de Basingham ponit loco suo Petrum de la Bele et Nicholaum de Basingham versus Saerum de Patishull' in loquela que est coram rege de quadam conventione de dote sua.

De respectu Judeorum.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod respectum habere faciant Benedicto Crispyn et Mosseo filio suo, Jacobo Crispyn et Mosseo filio suo usque in xv. dies a die Lune proxima ante festum Omnium Sanctorum, non obstante precepto quod rex eis prius fecit de Judeis distringendis ad arreragia sua regi solvenda.

Linc'.—Rex dedit respectum Willelmo de Esseby de armis capiendis et de se milite faciendo usque ad Pentecosten anno regni regis xxv.

Rex dedit respectum Petro de Wyun et Henrico de Lekeburn' de armis capiendis et de se militibus faciendis usque eundem terminum.

Bedeford'.—Rex dedit respectum Symoni de Pateshull' et Henrico de Port' de armis capiendis et de se militibus faciendis usque ad Pentecosten anno regni regis xxv.

Westmerl'.—Rex dedit respectum Radulfo de Aencurt' de se milite faciendo usque ad Pentecosten proximo futurum.

Ballivis honoris de Walingf'.—Rex dedit respectum Hugoni de Druval usque ad Pascha proximo futurum de se milite faciendo.

[m. 18*d.*] Rex vicecomiti Leycestr', salutem. Quia magna habetur suspicio de morte Ricardi de Plesset', quondam militis nostri, qui in domo

1240.

Johanne de Greyvill' apud Hallegthon' nuper obiit, quod [per] malefactum illorum qui tunc fuerunt ibidem moriebatur, tibi precipimus quod diligenter inquiras qui de ballia tua tunc interfuerunt ibidem et tam ipsos quam predictam Johannam attachiari facias per salvos plegios quod sint coram nobis quando et ubi preceperimus ad respondendum de suspicione illa. Et quia major suspicio habetur de Stephano filio Symeonis, et Petro et Henrico, filiis ejus, quam de aliis, tibi precipimus quod si ipsi inventi fuerint in ballia tua ipsos taliter attachiari facias quod securus sis de corporibus eorum habendis coram nobis quando preceperimus ad respondendum sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xxv. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Hertford' quod sit in auxilium abbati de Sancto Albano ad defendendum liberam warennam suam de Sancto Albano quam nuper disrationavit in curia regis coram justiciariis itinerantibus apud Cantebr', ita quod nullus intret warennam illam ad fugandum vel currendum in ea secundum formam in qua eam disrationavit in prefata curia coram prefatis justiciariis, ita quod pro defectu sui prefato abbati nulla fiat injuria. Teste rege apud Windl', xxix. die Novembris.

Rex David filio Leulini, quondam principi Norwallie, salutem. Mandamus vobis quod in fide qua nobis tenemini, omni occasione postposito (*sic*), sitis ad nos apud Lond' in octabis Sancti Andree ad procedendum coram domino legato et sociis suis in arbitrio in quod compromissum est tam ex parte nostra quam vestra. Quod si forte, aliquo casu contingente, personaliter ad predictas partes venire non possitis, tunc ex parte vestra aliquos mittatis qui plenam habeant potestatem procedendi in omnibus que predictum negocium contingunt. Et quia dominus legatus vocari fecit episcopum de Sancto Asaph quod ipse die predicto ibidem ad hoc accedat, et nos similiter ipsos qui ex parte nostra electi fuerint ad eundem diem fecimus vocari, venire faciatis ad diem predictum laicos qui ex parte vestra ad hoc fuerint electi. Mandavimus enim Johanni Extraneo quod vobis et vestris salvum faciat habere conductum. Teste etc.

Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Monstravit nobis Magister Laurencius Travers quod cum die Pentecostes anno regni nostri xxiiij. quandam summam pecunie mutuo recepisset a Benedicto, Judeo Oxonie, quam infra mensem a tempore quo pecuniam illam mutuo recepit per nuncium ipsius Magistri eidem Judeo solvendam transmisit, dictus Judeus eo quod tempore illo pignora ipsius Magistri, que signata erant in cista Judeorum signo nostro, restituere non valebat, pecuniam illam non admisit et de pecunia illa de toto tempore ejusdem non solute usuras exigit a predicto Magistro ac si per incuriam ipsius et defectum remaneret per tantum tempus solvenda. Quia vero eidem Magistro non est imputandum quod pecuniam illam tempore debito non solvit et iniquum videtur quod inde usuras solvere debeat, vobis mandamus quod, si idem Magister monstrare poterit per se vel per attornatum suum quod res ita se habeat, tunc ipsum ab usurarum prestatione quietum esse faciatis

1240. a tempore quo dictam pecuniam paratus fuit eidem Judeo solvere. Teste rege apud Windles', xviij. die Decembris.

Placita Sudhamtonsir' summonita sunt apud Wintoniam in crastino Sancti Hyllarii anno xxv. coram fidelibus regis quos illuc mittet tanquam justiciarii itinerantes ad predicta placita tenenda et terminanda. Requiratur forma brevis in rotulo patentium de anno xxiij.

Et sunt justiciarii ad eadem placita Henricus de Baton', Robertus de Haya, Ricardus Duket, et Johannes Gubaud.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, assumptis xij. militibus secum, accedat ad terram Willelmi Bardolf' in Staunl' et terram Willelmi de Muceus. . . . . [*Cancelled.*]

1241.

[m. 17*d.*] Rex vicecomiti Cantebr', salutem. Precipimus tibi quod loquela que est inter Willelmum Durry, petentem, et abbatem de Vercellis et homines suos, tenentes, in comitatu tuo per breve nostrum de recto assignari facias eidem abbati et hominibus suis diem a die Sancti Michaelis in quindecim dies anno regni nostri xxv. quia prefatus abbas est de remotis partibus et necesse habet esse in concilio domini pape in proximo festo Pasche. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Januarii.

Rex Magistro Petro Rubeo, salutem. Certum et indubitatum habere potestis quod nunquam fuit intencionis nostre quod clerici obsequio nostro intendentes specialiter, neque aliegine neque indigene, aliquid contribuerent ad subsidium domino pape praestandum. Et cum alias vobis significaverimus quod ad quintam praestandam ad subsidium memoratum nullatenus sustinere vellemus quod clerici obsequio nostro vacantes contributionem aliquam facerent in hac parte, specialius a contributione minori immunes esse volumus clericos supradictos. Quapropter dilectioni vestre mandamus attente rogantes quatinus ordinariis locorum in mandatis dare velitis quatinus a clericis obsequio nostro vacantibus nichil exigant ad contributionem predictam vel extorquere presumant, et, si quid jam ad hoc captum fuerit ab eisdem, id eis sine more dispendio restitui faciatis, nobis significantes quod super hoc duxeritis faciendum. Teste rege apud Windles', x. die Januarii.

Bertholomeus Peche, veniens coram rege Die Dominica in festo Sancti Hyllarii, protestatus est sigillum suum quadratum deperditum esse in crastino Epiphanie per Mattheum de Norton' qui custodiam sigilli illius habuit.

[m. 16*d.*] Rex vicecomiti Oxon', salutem. Precipimus tibi quod per dilectos et fideles nostros Bardulfum de Cestreton', Simonem de Lekenor', Johannem de Elsefeld', Gilbertum de la Hyde, videri facias omnes defectus omnium castrorum nostrorum que sunt in ballia tua in quibus scilicet defectus existant, et de omnibus et singulis defectibus singulorum castrorum, et pro quanto poterunt illi defectus emendari, quanta poteris festinatione distincte et aperte per litteras sigillo

1241.

tuo et sigillis predictorum militum signatas nos certificare non omittas, et nobis mittas hoc breve. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Januarii.

Eodem modo scribitur istis vicecomitibus de castris regis videndis per tales milites :—

Linc'.—Simon de Roppel', Jocelinus de Nevill', Willelmus de Well', Wydon' Wake.

Warewic'.—Johannes Durvassal, Johannes de Ludbroc', Willelmus de Lucy, Robertus de Dayvill'.

Hertford' et Essex'.—Radulfus filius Fulconis, Ricardus Muschet, Petrus de Tanny, Radulfus de Essartis.

Suff'.—Ricardus le Butiller, Willelmus de Hengham, Galfridus de Badel', et Robertus de Bosco.

Norhampt'.—Galfridus de Armenters, Henricus de Raunde, Radulfus de Normanvill', Henricus de Beyvill'.

Notingham.—Hugo filius Radulfi, Johannes de Heriz, Willelmus de Vernun, et Thomas de Edneshour'.

Norhumb'.—Eustachius de la Vall', Radulfus de Gaugy Johannes le Viscunt, Robertus de Neuham.

Ebor'.—Ranulfus filius Roberti, Willelmus de Percy, Robertus de Cokefeld', Eustachius de Stutevill'.

Hereford'.—Rogerus de Chaundos, Rogerus le Poher, Ricardus de Fay, Walterus de Baskevill'.

Salop'.—Willelmus de Hecleg, Robertus de Gyzors, Galfridus de Uverton, Petrus de Tudemanneston'.

Sussex'.—Willelmus de Ichingham, Johannes le Cunte, Adam Traccurteys, Robertus de Buscy.

Cumb'.—Ricardus de Levinton', Udardus de Wygton', Radulfus de la Ferte, Thomas filius Willelmi.

Glouc'.—Thomas de Berkel', Elias Giffard, Gilbertus de Shipton', Egidius de Berkele.

Wilt'.—Robertus Tresgoz, Adam de Periton', Hamon de Bachamt', Stephanus de Harnhull'.

Kanc'.—Hamon de Valoines, Bertholomeus de Badelesmer', Johannes de Colham', Johannes de Asling'.

Sudhampt'.—Thomas de Gimeg', Henricus de Wudecot', Thomas de Veynoz, Rogerus de Merlay.

Sumerset'.—Robertus de Blakeford', Johannes de Reysun, Alvredus de Linc', Nicholaus de Punsoud.

Placita episcopatus Dunholmensis summonita sunt apud Dunholmiam a die Pasche in xv. dies coram Roberto de Lexinton', Radulfo de Sudlegh', Willelmo de Colewurth', et Roberto de la Haye, ad omnia placita tenenda et terminanda in eodem episcopatu.

*Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis et sicut vis quod ad te gravissime non capiamus, venire facias coram nobis apud Wigorniam die dominica proxima ante Cyneres sex de ditioribus et potentioribus Judeis nostris Norhampt', et de singulis villis comitatus tui in quibus

* This writ is preceded in the roll by part of the last entry but one. The superfluous entry has been cancelled.

Judei manent unum vel duos Judeos secundum numerum eorum, ad tractandum nobiscum tam de nostra quam sua utilitate, sciturus quod nisi illuc ad terminum prefatum venerunt, ita manum nostram tam erga corpus tuum quam catalla tua aggravabimus quod tuo perpetuo te senties non mediocriter gravari. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Januarii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus in quorum balliis sunt Judei. [*Cancelled.*]

Eodem modo scribitur vicecomitibus	Salop'.	Sussex'.
	Lond'. [*Cancelled.*]	Bedeford'.
	Leic'.	Norf'.
	Ebor'.	Warewic'.
	Sudht'.	Glouc'.
	Wirecestr'.	Buk'.
	Linc'.	Huntindon'.
	Essex'.	Hertford'.
	Cantebr'.	Oxon'.

Et vicecomitibus Lond' quod predictis die et loco venire faciant sex de ditioribus et potentioribus Judeis Lond' ad tractandum etc., scituri etc. Teste ut supra.

[m. 15*d.*] Rex archidiacono Huntindon', salutem. Cum Magistro Petro Rubeo, procuratori domini pape, dederimus in mandatis expresse quod ad contributionem ad opus domini pape factam seu faciendam a clericis obsequio nostro fideliter vacantibus nichil exigat vel aliquo modo extorquere presumat, vobis mandamus firmiter injungentes ne a Magistro Nicholao de Farneham, in archidiaconatu vestro beneficium optinente, occasione predicta aliquid exigatis vel ad hoc faciendum aliquatinus conpellatis, sine dilatione restituentes eidem si quid de beneficio ipsius receperitis ad contributionem predictam et cohercionem, si quam propter hoc fecistis, penitus relaxando. Et sic hoc mandatum nostrum adinplere curetis quod nos non oporteat ad hoc aliter interponere partes nostras. Teste me ipso apud Merleb', xxvij. die Januarii.

Rex Magistro Petro Rubeo, salutem. Non credebamus de vobis quod gratiam nostram ad opus domini pape vobis impensam velletis per ingratitudinem compensare, immo potius ipsam gratanter admittere et vos nobis grates oportuno tempore exhibere. Cum igitur alias significaverimus vobis expresse quod clericos obsequio nostro vacantes a contributione facta seu facienda ad opus domini pape immunes esse volumus, vos ipsos nichilominus ad contribuendum demandatis conpelli, nobis nec ipsis nullatinus in hac parte deferentes, super quo miramur plurimum et movemur, adhuc vobis mandantes et rogantes attente quatinus nec Magistrum Nicholaum de Farnham nec alium nobis specialiter obsequentem ad predictam contributionem faciendam conpelli aliquatenus faciatis a procuratoribus dictorum clericorum, si quid ab ipsorum redditibus receptum fuerit occasione predicta sine dilatione restitui facientes, scituri quod singulis

1241.

archidiaconis ipsorum dedimus in mandatis quod nichil ab eis exigant vel recipiant ad contributionem predictam si quid ad hoc receperint restituendo.

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi sicut alias tibi precepimus quod nomina omnium eorum de ballia tua qui tenementum habent per quod milites fieri deberent et non sunt, et valorem et quantitatem terrarum suarum nobis scire facias citra Mediam Quadragesimam, nullam districtionem facientes occasione prioris mandati nostri de militibus faciendis usque ad Clausum Pasche anno regni nostri xxv. Teste etc.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus.

Rex G. Marescallo, comiti Penbr', salutem. A nostra non excidit memoria qualiter ad instantiam Mailgun filii Mailgun et quorundam aliorum adversariorum vestrorum vobis nuper dedimus in mandatis quod coram nobis die Mercurii post Purificationem Beate Marie apud Hereford' conpareretis justiciam facturi super hiis que ipsi contra vos proponunt, et similiter super hiis in quibus de eisdem estis conquesti justiciam recepturi. Verum quia, ut per nuncios vestros quos ad nos jam transmisistis accepimus, ad nos secundum formam prefati mandati nostri venire non proponitis, set ad partes Hybernie sine licentia nostra tenditis, vobis inhibemus in fide qua nobis tenemini, et sicut ea que de nobis tenetis diligitis, precipiendo ne ad partes Hybernie transfretare presumatis quousque ad nos personaliter accesseritis nobiscum super quibusdam negociis locuturi et justiciam in causa predictorum adversariorum vestrorum, si prosequi voluerint, facturi, in propria recepturi. Teste rege apud Heref', iij. die Februarii.

Rex Mereduc filio Resi, salutem. Monstravit nobis Resus Watham graviter conquerendo quod vos medietatem terre sue violenter ocupare nitimini cum ipse paratus sit vobis facere quicquid per judicium curie nostre vobis facere debebit, et desicut partem vestram de nobis, sicut ipse suam, in capite tenere deberetis. Et ideo vobis mandamus quod si in medietate predicta jus habeatis, tunc coram nobis a crastino Cinerum in xv. dies comparetis apud Wudestok' justiciam plenam inde recepturi, ita quod eidem interim pacem habere permittatis. Prefiximus enim predicto Reso diem predictam ad faciendum super predictis quod inde de jure fieri debebit. Ceterum cum secundum formam arbitrii inter nos et David filium Leulini provisam debeant terre noviter occupate huic inde reddi, et terra quam tenetis, scilicet Cadeweliu de hereditate Hawisie de Lond', adeo noviter fuerit occupata quod ei sine contradictione de jure debeat restitui, vobis mandamus quatinus terram predictam ei sine dilatione faciatis restitui aut coram nobis predictis die et loco sitis ad ostendendum quare terra predicta eidem Hawisie secundum formam predicti arbitrii non debeat restitui. Teste rege apud Heref', vij. die Februarii.

Rex comiti Marescallo, salutem. Accessit ad nos Mailgun filius Mailgun apud Heref' ad diem quem ei coram nobis prefiximus, ad quem vos etiam fecimus vocari, et coram nobis ibidem proposuit

1241.

graviter conquerendo quod vos eidem dampna plurima per vos et vestros inferentes terras suas depredari et incendi et quosdam ex suis interfeci fecistis, ita quod de quadam terra sua quam de nobis tenet in capite per compulsionem quam ei fecistis homagium suum jam cepistis, propter quod diem ei prefiximus apud Wudestok' a crastino Cinerum in xv. dies ad justiciam coram nobis super premissis recipiendam et ad faciendum quod justum fuerit super hiis de quibus de ipso estis conquesti. Et ideo vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini coram nobis predictis die et loco compareatis, tam nobis quam predicto M. super predictis responsuri et quod justum fuerit facturi et justiciam de eodem M., si wiltis, recepturi, et similiter jus, si quod in ecclesia Landavensi habetis, ostensuri et si volueritis prosecuturi, ita quod in fide qua nobis tenemini nullam interim molestiam eidem M. aut aliis Walensibus nostris faciatis. Ceterum Resus Bawhan nobis conquerendo monstravit quod Mereduc filius Resi, qui est, ut dicitur, de inprisis [*rectius* imprisiis] vestris, medietatem terre sue ei nititur violenter auferre cum idem Resus paratus sit stare considerationi curie nostre, unde eidem Reso diem predictum prefiximus et ipsi Mereduc mandavimus quod coram nobis predictis die et loco compareat justiciam plenam, si prosequi voluerit, recepturus. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus non sustineatis quod prefatus M. ipsum Resum infestet donec eidem in curia nostra justiciam fecerimus exhiberi. Teste etc.

[m. 14*d.*] Rex M. comitisse Norf' et Warenn', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod Willelmus de Mortuo Mari intrusit se in manerium de Sculeton' post mortem W. quondam comitis Warenn', domini vestri, unde petiistis aliquando vobis dotem assignari, et inquisitio inde facta dicat quod prefatus comes dimiserit predicto W. predictum manerium tanquam jus suum ante mortem suam, vobis mandamus quod in crastino Medie Quadragesime sitis coram nobis ubicumque fuerimus in Anglia ad prosequendum jus vestrum de manerio supradicto. Teste rege apud Wigorniam, xij. die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Warewic' quod, assumptis secum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, in proprio persona occurrat vicecomiti Stafford' ad diem et locum quos idem vicecomes ei scire faciet ad faciendum perambulationem inter terram Andree de Witton' in Witton' que est in comitatu suo et terram Willelmi de Pirye in Pirye que est in comitatu Stafford', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divisas tam per predictos xij. milites de comitatu suo quam per xij. milites de comitatu Staff' quos vicecomes Staff' illuc venire faciet, quia predicti Andreas et Willelmus posuerunt se coram nobis in perambulationem illam. Et scire faciat justiciariis ad primam assisam etc. per quas metas perambulatio facta fuerit. Teste rege apud Wigorniam, xij. die Februarii.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Scias quod de consilio nostro posuimus in respectum iter justiciariorum placitorum foreste in comitatu tuo. Et ideo tibi precipimus quod summonitionem quam inde fecisti facias revocari. Teste rege apud Wigorniam, xiiij. die Februarii.

1241.

Rex Davit filio Leunini, salutem. Bene recolimus qualiter nos vobis nuper in mandatis dedimus quod coram nobis apud Wigorniam compareretis ad providendum arbitros qui loco eorum qui primo ad hoc electi fuerant et qui ad partes recesserunt transmarinas justiciam secundum formam pacis inter nos et vos provise singulis conquerentibus exhiberent et in arbitrio predicto secundum secundum (*sic*) formam debitam procederent, et similiter ad justiciam recipiendam de portione uxorem vestram contingente de hereditate sua, et similiter ad standum recto super hiis de quibus senescallus de Monte Alto et alii de vobis sunt conquesti. Et quia ad diem et locum vobis prefixos non accessistis set literas vestras nobis misistis continentes quod iij. ex vestris ad nos loco vestro destinastis, ex quibus tantum unus ad nos accessit qui ad premissa adimplenda nullam potestatem habuit, unde quibusdam ex nostris visum fuerat quod hoc maliciose et ut subterfugium quereretis per vos factum fuit, nos tamen hoc non credentes set fidelitatem vestram adhuc magis probare volentes vobis mandamus in fide qua nobis tenemini precipiendo quatinus, omni occasione postposita, personaliter conpareatis apud Salopiam die Dominica proxima ante Dominicam Palmarum coram fidelibus nostros (*sic*) quos illuc duxerimus transmittendos ad consentiendum in personas certas ad procedendum in arbitrio predicto loco eorum qui ad partes transmarinas recesserunt et ad faciendum in eodem arbitrio id quod adhuc restat faciendum, et ad recipiendam justiciam de porcione uxorem vestram de hereditate sua contingente, et ad standum recto senescallo Cestrie et aliis de vobis conquerentibus. Quod si personaliter ad hoc faciendum venire non possitis, tales loco vestro mittatis qui plenam potestatem habeant hec omnia nomine vestro faciendi. Nos etiam vobis et vestris per eos quos ibidem mittemus aut per nosmet ipsos salvum et securum provideri faciemus conductum. Teste rege apud Wudest', xix. die Februarii.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod occasione tercie partis bonorum Judeorum quam nobis reddere debuerant vel occasione alicujus alterius nullum eorum distringas vel distringi permittas donec aliud inde preceperimus, et si terras eorum vel domos ceperis in manum nostram, seu aliquem Judeum ea occasione in prisona nostra detineas, tam terras quam domos necnon et Judeum, si quem in prisona nostra detines, sine dilatione deliberari facias. Teste etc.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus habentibus Judeos in balliis suis.

Provisum quod R. de Lexinton' et socii sui itinerabunt in comitatibus Wigornie, Hereford', Glouc', Wiltes', et incipient apud Wigorniam in crastino Clausi Pasche, continuantes in aliis comitatibus prout viderint faciendum. Et mandatum est predicto Roberto quod per unum ex sociis suis mittat recordum placitorum que atterminata sunt usque ad Bancum a die Pasche in v. septimanas una cum brevibus originalibus.

Provisum quod Willelmus de Eboraco et socii sui itinerabunt in comitatibus Oxon', Berk', Sumerset', Dorset', et incipient apud Oxoniam a die Pasche in xv. dies, de residuis autem comitatibus non habent adhuc breve.

1241.

Hertford'.—Willelmus le Bretun habet respectum de armis capiendis usque ad Natale Domini anno regni regis xxvj.

Norhumb'.—Simon de Dyveleston' habet respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno regni nostri xxv.

Linc'.—Thomas de Muleton' habet respectum de armis capiendis et de se milite faciendo usque ad Natale anno regni nostri xxvj.
Eodem modo scribitur vicecomitibus Suff' et Westmer'.

Mandatum est vicecomiti Wigorn' quod, assumptis secum xij. discretis etc. in propria persona etc. ad terram G. Mares', comitis Penbroc, in Intelberg', et Cnitteton' et ad terram abbatis de Evesham in Morton' et per eorum sacramentum etc. Teste rege apud Wudestok', v. die Marcii.

Linc'.—Willelmus de Iseny habet respectum de armis capiendis usque ad Natale Domini anno regni nostri xxvj.

[m. 13*d*.] Rex vicecomiti Linc', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod omnes tenentes de honore Richemund' in comitatu tuo sectam non debent ad comitatum, wapentacia nec hundreda, nec participare debent in fine facto pro communi misericordia nec in fine facto pro murdro, tibi precipimus quod, si predicti homines usi fuerunt libertate predicta, ipsos non distringas ad aliquid injuste faciendum contra libertatem predictam. Teste rege apud Windles', xj. die Marcii.

Memorandum quod Petrus de Abbetot retentus erat in servicio regis apud Walinford' die Jovis proxima ante Mediam Quadragesimam et a tali die recipiet liberationes suas per B. de Cryoyl.

Norf'.—Ranulfus le Bretun' ponit loco suo Hamonem Blangernun et (*sic*) vel Reginaldum filium Radulfi versus Willelmum le Bretun de placito terre, qui predictum Ranulfum vocavit ad warantum in curia regis.

Eboracum.—Agatha Trussebut ponit loco suo Reginaldum Boiun et (*sic*) vel Radulfum Marescallum versus regem, et datus est eis dies a die Pasche in iij. septimanas.

Rex dedit respectum Roberto de Pont del Arche de milicia sua usque ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxv., ita quod tunc arma a rege capiet. Et mandatum est vicecomitibus Sudht', Dors', Wilt', Glouc', quod ipsum inde pacem habere permittant relaxando districtionem propter hoc factam etc.

Surr'.—Placita comitatus Surr' sumonita sunt coram Willelmo de Eboraco, Henrico de Batonia, Rogero de Thurkilby et Gilberto de Preston' apud Lamhuth' a die Clausi Pasche in j. mensem.

1241.

Rex Willelmo de Eboraco et sociis suis, justiciariis proximo itineraturis in comitatu Oxon', salutem. Quia justiciarii nostri in proximo itineraturi sunt in comitatu Hertford' (*sic*) vobis mandamus quod loquelam que summonita est coram vobis per breve nostrum inter Henricum Ruff' et Stephanum, decanum Hereford', de advocatione ecclesie de Mora Alani, remittatis in comitatum predictum coram predictis justiciariis simul cum hoc brevi, et alio brevi partibus tunc diem in comitatu predicto coram ipsis justiciariis prefigentes. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Aprilis.

Mandatum est Roberto de Lexynton' et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Wigorn' quod, completo itinere in comitatu predicto, inmedietate incipiant itinerare in comitatu Glouc', ita quod perficiatur citra Pentecosten, si fieri possit, et, si non, tunc post festum Sancte Trinitatis incipiant iter in comitatu Wilt' et deinceps in comitatu Glouc', ita quod comitatus Glouc' sit ultimus in itinere suo nisi forte citra Pentecosten possit iter predicti comitatus Glouc' conpleri.

Kancia.—Placita comitatus Kancie summonita sunt coram W. de Eboraco, Rogero de Thurkelby, Henrico de Bathonia, et Gilberto de Preston' apud Cantuariam in octabis Sancte Trinitatis.

Similiter placita comitatus Sussex' summonita sunt coram eisdem post itinerationem comitatus supradicti.

[m. 12*d*]. *Linc'.* *Rotel'.* *Notingh'.* } Hugo de Busseye habet respectum de armis capiendis usque ad festum Assumptionis anno etc. xxv.

Norhumb'.—Rogerus Bertram habet respectum de armis capiendis usque ad Natale anno etc. xxvj.

Rex vicecomiti Westm', salutem. Precipimus tibi quod distringas Radulfum de Aencurt et Rogerum de Burton' et Gwidonem de Boyvill' quod arma capiant et se milites fieri faciant citra instans festum Sancte Trinitatis, et omnibus aliis de ballia tua qui milites non sunt pacem super hoc habere permittas. Teste rege apud Windles', xxiiij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cumberl' pro Ada de Kirkebride, Widoni de Bovill', Alano de Orreton', Roberto de Bastenthwait.

Rex ballivis suis portus Sandwic', salutem. Audivimus quod quedam navis bene armata circuit regnum Anglie explorando statum ejusdem regni et declinando ad quosdam portus pro victualibus perquirendis ; et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, sicut nos diligitis et in fide qua nobis tenemini, omnem quam poteritis diligentiam apponatis ad navem illam arestandam si forsitan ad portum vestrum declinare contigerit vel partes vestras transire. Et cum inde aliquid sciveritis id nobis sine dilatione scire faciatis, ita diligenter et discrete vos in hoc facto gerentes quod diligentiam vestram et discretionem debeamus specialiter commendare. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus aliis portubus.

1241.

Rex Magistro Petro Rubeo, salutem. Satis vobis expressimus, tam litteratorie quam viva voce, quod omnes clericos in obsequio nostro specialiter commorantes a contributione facienda ad subsidium domini pape esse volumus immunes, quapropter vobis mandamus quatinus ad contributionem illam a redditibus Petri de Wakering' nichil exigatis nec aliquid inde capere presumatis, et si quid inde ceperitis id ei sine more dispendio restitui faciatis. Teste etc.

[m. 11*d.*] Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod priori de Brewud' faciat habere liberum egressum et ingressum ad terram suam in Daghenescove, quam disrationavit in predicto comitatu per duellum, sicut habere debet, et terram illam ipsum priorem facias (*sic*) pacifice possidere non permittens quod Ricardus Luvel et Willelmus de Godmanston' ipsum priorem molestent injuste. Et tantum inde faciat quod decetero non audiamus inde querelam et quod nos non oporteat aliter manum apponere pro defectu tui. Teste.

[m. 10*d.*] Rex vicecomiti Linc', salutem. Precipimus tibi quod ex quo confessus [*rectius* consensus] participantium in marisco de Hauthuntr'fen intervenerit quod particio fiat de eodem marisco ita quod singulis villis inde coparticipantibus assignetur rationabilis et certa sua porcio tunc in primis per sacramentum xij. legalium et discretorum militum perambulationem per certas metas et divisas fieri faciat (*sic*) inter predictum mariscum et mariscum de Fenting', scilicet in longitudine a villa de Swinesheved usque ad unum rivulum qui vocatur Barkesmer', et sic a dicto marisco de Stevening' sicut Barkesmer' se extendit inter predictum mariscum de Hauthundr'fen et mariscum de Hal' usque ad ripam de Kime, et sic in longitudine per illam ripam usque ad Dockesdik' et sic a Docbedik' per aquam de Wima usque ad certam terram de Sancto Botulfo, et ex quo illa perambulatio ita facta fuerit per certas metas et divisas, tunc partitionem predicti mariscy de Hauthundr'fen' super sacramentum eorundem militum fieri et singulis villatis in eo participantibus rationabilem portionem suam separatim facias assignari, ita quod quelibet villa de portione sua pro voluntate sua possit disponere et comodum suum facere. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Maii.

De tallagio Judeorum colligendo.—Rex Ursello filio Hamonis, Leoni filio Hamonis, Mosse filio Hamonis, Jacobo filio Jacobi, Mansero Levesk', Jacobo le Mester, Judeis Hereford', salutem. Sciatis quod constituimus vos ballivos nostros una cum vicecomite nostro Hereford', cui idem mandavimus, ad distringendum omnes Judeos de villa vestra ad solvendum nobis tallagium nostrum de parte que vos et illos contingit de hoc ultimo tallagio nostro viginti milium marcarum. Et ideo vobis firmiter precipimus quod, sicut corpora vestra, uxorum, et puerorum vestrorum, et omnia catalla vestra diligitis, talem distrinctionem faciatis quod predictum tallagium nostrum terminis statutis tam a vobis quam ab aliis de villa vestra per manum ejusdem vicecomitis nostri nobis ad Scaccarium nostrum plenarie solvatur secundum extractam quam eidem vicecomiti nostro vobis mittimus ostendendam, scituri quod a vobis requiremus si quid de predicto

1241.

tallagio nostro in terminis nostris defuerit, et tam graviter contra vos manum nostram agravabimus quod pena vestra erit omnibus ad terrorem. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Maii.

Rex vicecomiti Hereford', salutem. Scias quod potestatem dedimus predictis Judeis Hereford' ad distringendum omnes Judeos Hereford' ad solvendum nobis tallagium nostrum de parte que universos contingit de hoc ultimo tallagio nostro viginti milium marcarum. Et ideo tibi precipimus quod, sicut te et omnia catalla tua diligis, talem districtionem facias una cum predictis Judeis ad hoc deputatis quod predictum tallagium nostrum terminis statutis [predictis Ursello et sociis suis *erased*] tam ab ipsis Judeis predictis quam ab aliis de eadem villa per manum tuam nobis ad Scaccarium nostrum plene solvatur secundum extractam quam tibi mittimus predictis Ursello et sociis suis ostendendam, sciturus quod si per te steterit quod de predicto tallagio aliquid in terminis predictis defuerit, tam ad corpus tuum quam ad catalla tua nos graviter capiemus. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus subscriptis vicecomitibus et Judeis de tallagio regis colligendo :—

Lond'.—Benedictus Crespin, Jacobus Crespin, Aaron filius Abrahe, Aaron Blund', Elias le Evesk', Leo Blund.

Eboracum.—Aaron filius Jocei, Leo le Evesk', Joceus nepos Aaron, Joceus de Kent, Ursellus filius Sampsonis, Benedictus nepos Aaron.

Linc'.—Leo filius Salomonis, Abraham filius Salomonis, Judas le Fraunceys, Joceus de Bungeye, Abraham de Colecestre, Deulecrese filius Elie.

Cantuar'.—Salomon filius Joce, Magister Aaron Bonamy, Copinus filius Milkane, Mosse filius Sampsonis, Abraham filius Leonis.

Winton'.—Elyas filius Chere, Deulegrad Lumbard senex, Manasser filius Urselli, Dyaye de Walingford', Deudone filius Urselli.

Staunford'.—Jacobus gener Pictav', Jacobus filius Elye, Meir filius David, Samuel filius Koc, Deulesaut filius Koc, Aaron gener Pictav'.

Norht'.—Elias de Pontefracto, Ysaac Pikechen, Sampson filius Deulesaut, Sampson filius Sampsonis, Deudon' filius Vives, Petrus filius Sam' de Ivelcestre.

Bedeford'.—Manser filius Bendi, Abraham filius Benedicti, Ursellus filius Ysaac Bonenfant.

Cantebr'.—Ysaac filius Samuel, Jacobus filius Deulesaut, Aaron filius Ysac Blund', Josceus de Wilton', Dyaye filius magistri, Levi filius Salomonis.

Norwic'.—Samuel filius Ysaac, Ysaac de Warewic, Aaron Henne, Jurninus filius Jacobi, Deulecrese filius Dyaya de Manecroft, Diaye de Rising'.

Warewik'.—Benedictus de Kancia, Elias filius Abrahe, Benedictus de Evesham, Leun filius Deulebeneye, Aungevin de Warewik', Peitevin filius Mosse.

1241.

Wigornia.—Hake Isaac gener Hake, Mosse filius Deulebeneye, Abraham filius Abrahe, Isaac gener Sauve, Abraham filius Jude.

[m. 9*d*.] Bristoll'.—Lumbard, Bonefei de Bristoll'. Salomon de Ivelcestr', Isaac filius Jacob, Mile le Evesk, Isaac de Bath'.

Colecestre.—Aaron de Colecestre, Ursellus de Colecestre, Isaac filius Benedicti, Jacob filius Vivis.

Notingham.—David Lumbard, Deudone filius Deulecresse, Sampson Leve, Benedictus Pinkeneye.

Exon'.—Jacob de Exon', Benefaud filius Jude, Joce filius Abrahe, Deulecresse le Evesk'.

Dors'.—Salomon de Dorecestre, Benedictus filius Vivant (?).

Wiltes'.—Salomon filius Josse, Isaac de Merleb', Salomon de Merleb', Abraham Battecok', Isaac filius Josse.

Oxon'.—David de Linc', Bonami filius Copin, Copin filius Bonefei, Mosse filius Diaie, Vivis filius Copin, Samuel le Fraunceys.

Glouc'.—Bonenfaund filius Elie, Garsie gener Belie, Isaac filius Mosse de Paris, Elias filius Bonenfaund, Vivis filius Bonenfaud, Elias filius Isaac.

Rex Elie Blundo, Judeo Lond', salutem. Scias quod loco Benedicti Crespin assignavimus te una cum vicecomitibus Lond' et Jacobo Crespin, Aaron filio Abrahe, Aaron Blundo, Elia le Evesk' et Leone Blundo, Judeis Lond', ad distrinctionem faciendam circa tallagium nostrum terminis statutis nobis plenarie reddendum. Et ideo tibi precipimus quod, sicut te ipsum et catalla tua diligis, una cum ipsis viriliter te intromittas ad hoc quod predictum tallagium terminis statutis nobis plene reddatur sicut ipsis vicecomitibus et aliis Judeis sociis tuis dedimus in mandatis, ne pro defectu tui pena omnibus terrenda tibi infligatur. Teste.

Et diriguntur littere patentes predictis iiij. Judeis sub hac forma.

Rex constabulario Turris Lond' et Jacobo Crespin etc., salutem. Sciatis quod loco Benedicti Crespin quem prius assignavimus vobiscum ad distrinctionem faciendam circa tallagium Judeorum Lond' terminis statutis nobis reddendum, assignavimus vobis Eliam Blundum, Judeum Lond'. Et ideo vobis mandamus quod, amoto predicto B., loco ipsius ipsum E. admittatis. Teste.

Linc'.—Rex ad instantiam regis Scocie dedit respectum Engeram Peysun de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxv. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod respectum illum ei habere faciat. Teste rege apud Windles', iij. die Junii.

Rex justiciariis itineraturis in comitatu Surr', salutem. Scias quod Johanna uxor Radulfi le Waleys qui infirmatur, ut dicitur, venit coram nobis die Veneris proxima ante festum Sancte Trinitatis et petiit terram ipsius Radulfi sibi replegiari que capta est in manum nostram propter defaltam quam ipse Radulfus fecit coram vobis versus Nicolaum Poynz, et hoc vobis significamus. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Maii.

1241.

Rex vicecomiti Ebor', salutem. Precipimus tibi quod, visis litteris istis, coram discretioribus et legalioribus militibus comitatus tui de eorum consilio eligi facias viij. servientes et eos retineatis ad equos et arma ad pacem nostram servandam, itineranda (*sic*) per diversas partes ejusdem comitatus secundum quod fuerit necesse, ita quod cum aliquid audierint vel sciverint de malefactoribus et perturbatoribus pacis nostre omnes villate vicine ad clamorem eorum super forisfacturam nostram veniant secundum quod singuli fuerint ad arma jurati, et una cum predictis servientibus ipsos malefactores et perturbatores insequantur quousque capiantur. Et cum tales capti fuerint vel alii de quibus habita sit mala suspicio, tu eos sine omni occasione et difficultate recipias et salvo custodias in prisona nostra donec a nobis aliud habueris mandatum. Et ne probi homines nostri de comitatu tuo per predictos servientes et homines eorum aliquo modo graventur, singulis eorum habere facias in die de bursa nostra vj. denarios ad sustentationem suam, equi, et hominis sui a die qua hec provisio facta fuerit, que fiat citra Dominicam proximam ante festum Sancti Barnabe Apostoli, usque ad Exaltationem Sancte Crucis, quod quidem tibi faciemus allocari. Fieri etiam facias vigilias in singulis villis comitatus tui usque ad festum Sancti Petri ad Vincula secundum quod alias fieri preceperimus. Et vigiles ita sint diligentes in arestandis malefactoribus quod nullus extraneus vel alius de quo mala suspicio habeatur transire possint (*sic*) quin arestetur usque ad diem. Et tu de premissis ita diligenter te intromittas ne ad te pro defectu tui vel ad predictos servientes, quorum nomina nobis scire facias, nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Maii.

Sussex', Kancia } Willelmus de Casingham cum vj. servientibus.

Essex' cum iiij. servientibus.

Hertford', Norf', Suff' } cum iiij. servientibus.

Norht', Buk', Bedeford', Glouc', Linc' } cum vj. servientibus.

Oxon', Berk', Warewik', Leyc', Wigorn', Hereford', Notingham, Dereby } cum iiij. servientibus.

[m 9*a.d.*] *Dors'*.—W. de Cantiluppo ponit loco suo Johannem de Wyvill' vel Ricardum de Parco contra Stephanum de Modesham de placito bosci. Teste rege apud Windles', xxxj. die Maii.

1241.

Glouc'.—Rex dedit respectum Roberto de Pun del Arche de armis capiendis et de se milite faciendo usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxv.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod respectum illum ei habere permittat. Teste etc.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dors', Wilt' et Sudhampt'.

Rex Waltero de Clifford', salutem. Mandamus vobis quod, omnibus aliis negociis omissis, occurratis apud pontem de Maneford' hac instanti die Dominica venerabili in Christo patri H. Conventrensi et Lichefeldensi episcopo et dilectis et fidelibus nostris Johanni filio Galfridi et Henrico de Aldithl', arbitris una vobiscum substitutis venerabilibus patribus O. in Carcere Tulliano, diacono cardinali, et quondam legato, et W. Wigorniensi episcopo, ex parte nostra, et aliis arbitris ex parte David filii Leulini, quondam principis Northwallie, ad procedendum ad exhibitionem justicie in forma pacis inter nos et prefatum David facta, scilicet tam querentibus ex parte nostra quam ex parte ipsius David, ita quod pro defectu vestri non remaneat quin hinc inde querentibus justicia exhibeatur. Teste rege apud Glouc', xv. die Junii.

Rex Petro Grimbaud, salutem. Mandamus vobis quatinus omni dilatione et occasione postpositis, habeatis coram nobis a die Sancti Johannis in xv. dies ubicumque tunc fuerimus heredes Henrici de Ord', quorum custodiam novimus ad venerabilem patrem N. Dunholmensem episcopum pertinere, et quos occasione nostre concessionis vobis post confirmationem ejusdem episcopi facte detinetis, ut dicitur, nisi eos interim eidem episcopo sponte duxeritis restituendos ; et prohibemus ne eos interim maritare permittatis. Teste rege apud Glouc', xiij. die Junii.

Rex constabulario Turris Lond', salutem. Precipimus tibi quod Pimentam uxorem Jacobi de Custances, Jacobum filium Jacobi, et Bescotam uxorem ejus, Judeos Bristoll', captos et detentos in prisona nostra predicte Turris pro morte Alicie filie Eve, cariari facias usque Bristoll' ad custum burgencium nostrorum Bristoll', ita quod sint ibi a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies ad standum inde recto coram justiciariis nostris ibidem in proximo itineraturis, eosdemque Judeos liberari facias constabulario castri nostri Bristoll' cui precepimus quod eos, cum ibidem venerint, recipiat. Teste etc.

Et mandatum est constabulario Bristoll' quod eos recipiat.

[m. 8*d*.] Anno Domini MCCXLIJ die Dominica proxima ante Inventionem Sancte Crucis assignata David filio L. quondam principis Northwallie et marchionibus ad consentiendum in arbitros substituendos loco absentium et ad faciendam et recipiendam justiciam secundum formam pacis convente inter dominum regem et dictum David, comparueri[n]t Thuderius, senescallus ipsius David, Ennius Parvus, David cancellarius, et Philippus filius Ivor, clericus, ex parte David procuratores, ostendentes litteras ipsius David in quibus dictus David promittebat se ratum habiturum quicquid per ipsos fieret secundum formam pacis supradicte. Radulfus vero de Mortuo Mari, et R. senescallus

1241.

Cestrie, et Griffinus pro se et aliis marchionibus conparuerunt petentes instanter quod secundum dicta testium predictorum coram domino S. de Segrave et conjudicibus suis, vicem domini regis gerentibus apud Salopiam, eisdem exhiberetur justicie conplementum. Set contra procuratores prefati D. asserebant dictos testes non esse receptos secundum formam pacis, quare secundum dicta eorundem non dicebat (*sic*) nec poterat judicari. Tandem, continuata die, et altercacione magna super hoc et aliis habita inter partes, forma pacis predicte producta in medio visaque et perlecta, loco absentium arbitrorum, scilicet domini O. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano diacono cardinali, domini pape quondam legati in Anglia, Wigorniensis et Norwicensis episcoporum, subrogati sunt per dominum regem de consensu dictorum procuratorum episcopus Conventrensis, Johannes filius Galfridi, et Herebertus filius Mathei, et Walterus de Clifford', quibus data est eadem eadem (*sic*) potestas quam haberent absentes, si presentes essent, secundum formam pacis predicte, et assignata est dies partibus a die Pentecostes proximo in unum mensem apud pontem de Maneford' ultra Salopiam ad probanda hinc inde, sive per productos testes, non obstante productione jam facta, sive per alios, et quolibet probacionis genere, sive per instrumenta sive alio modo que voluerint et sibi noverint expedienda ; et illa die dabitur alia ad judicium audiendum secundum probata coram eisdem arbitris juxta formam pacis superius prelibate.

Rex vicecomiti Stafford', salutem. Precipimus tibi quod non permittas quod prior de Stan' disseisietur de terra unde cyrograffum factum fuit inter Ranulfum, quondam comitem Cestr', et predictum priorem, et de qua idem prior fuit in seisina tempore Johannis, quondam comitis Cestr', die quo terras suas cepimus in manum nostram. Teste rege apud Merleb', xxij. die Junii.

Rex venerabili in Christo patri W. Eboracensi archiepiscopo, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini quatinus per litteras vestras, sine more dispendio, nobis significetis que et quanta beneficia clerici Romani et alii, tam Anglici quam ultramarini, habeant in diocesi vestra ex collatione vel provisione summi pontificis vel legati vel alterius provisoris auctoritate sedis apostolice, scilicet tam ecclesiastica quam alia beneficia prebendalia. Nomina etiam predictorum clericorum nobis scire faciatis. Teste rege apud Merleberg', xij. die Junii.

Eodem modo scribitur R. Lincolniensi, R. Londiniensi, W. Karleolensi, H. Elyensi, R. Roffensi, P. Herefordensi, N. Dunholmensi, R. Sarrisburiensi, H. Conventrensi et Licheffeldensi, archidiacono Cantuariensi, officiali Exoniensi, et officiali episcopatus Wintoniensis.

Eboracum.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod distringat Jordanum de Byngley per terras et catalla sua ad suscipiendum arma citra festum Sancti Jacobi Apostoli. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Junii.

Rex justiciario suo Cestr', salutem. Meminimus nos vobis alias mandasse quod arreragia dilecti et fidelis nostri Johannis de Lessint'

1241.

et Simonis, clerici, quondam decani Cestr', de tempore quo fuerunt custodes comitatus Cestr' colligi faceretis per manum vestram ad respondendum inde super compotum predictorum J. et S. ad Scaccarium nostrum. Et quia predicti J. et S. compotum suum de predicto tempore reddiderunt, vobis mandamus quod arreragia predicta, si que restant colligenda, sine dilatione colligi et predicto J. liberari faciatis ad respondendum inde ad Scaccarium ipsum, talem ad hoc discretionem facientes ne pro defectu vestri ad vos capere debeamus. Teste rege apud Merlebe', xxvij. die Junii.

[m. 7*d.*] *Cumb'.*—Wido de Bovill' habet respectum de armis capiendis usque ad Natale Domini anno etc. xxvj.

Eboracum.—Quia testificatum est per venerabilem patrem W. Eboracensem archiepiscopum, quod Jordanus de Bingelegh' est infra sacros ordines, mandatum est vicecomiti Ebor' quod ipsum non distringat ad arma capienda set ipsum inde quietum esse permittat. Teste rege apud Glouc', xvij. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod non distringat Adam de Blakeburn' ad se militem faciendum nisi feodum unius militis teneat integrum vel xx. libratas terre habeat tam in feodo militari quam in socagio.

Rex D. filio L. quondam principis Northwallie, salutem. Ex certa quorundam relatione didiscimus quod vos contra juramentum nobis prestitum quosdam fratres Grifini filii Madoc' et etiam quosdam homines nostros de Keri, qui homagia nobis fecerunt, vobis confederastis et ab obsequio et fidelitate nostra subtraxistis et fratres predicti Griffini contra nos in terra vestra receptatis; tres quidem de senescallis vestris in succursum eorum qui expugnant dilectum et fidelem nostrum Radulfum de Mortuo Mari destinastis, cedes et incendia per vos et vestros in terra sua et terris aliorum fidelium nostrorum committendo; terras etiam que in curia nostra adjudicate fuerunt O. Vaghan et nepotibus suis eis contra justiciam deforciatis non permittentes quod execucio fiat de hiis que in curia nostra sunt considerata; quandam etiam navem Cestrie que in potestate vestra applicuit carcata blado et aliis victualibus arestari fecistis per vos et gentem vestram in nullo hiis quorum bladum et victualia fuerunt inde satisfacientes; super quibus non modicum admiramur et movemur et multo fortius quod cum nuper misissemus nuncios nostros solempnes usque Salopiam, utpote venerabilem patrem H. Conventrensem et Lichefeldensem episcopum, et dilectum et fidelem nostrum Johannem filium Galfridi et Henricum de Aldithelegh', paratos ad emendas faciendas et recipiendas de interceptionibus factis tam ex parte nostra quam ex parte vestra, vos tanquam in contemptum nostrum predictis fidelibus nostris non occurristis nec per aliquos de vestris in eorum occursum mittere curastis, quod quidem egre nos movet cum tot et tantas injurias quas longum esset enumerare contra nos et nostros nullo modo attemptare debuissetis. Et ideo vobis mandamus quod predictos fideles nostros, tam fratres predicti Griffini quam homines nostros de Keri quos a fidelitate nostra

1241.

subtraxistis ad fidem nostram redire faciatis, non impedientes quin predictus O. Waghan et nepotes sui, secundum quod adjudicatum est in curia nostra, terris suis gaudere possint et eas pacifice possidere. Id etiam quod contra dilectum et fidelem nostrum Radulfum de Mortuo Mari et alios fideles nostros, et etiam quod de navi illa Cestrie attemptastis sic emendari faciatis quod nobis non relinquatur materia injurias predictas gravius ulciscendi, quod nollemus. Nec omittatis quin citra festum Sancti Petri ad Vincula nobis significetis qualiter dampna et injurias predictas que nullo modo dissimulare poterimus nobis emendare volueritis. Teste rege apud Merleberg', xiiij. die Julii.

Rex justiciario Hybernie, salutem. Recordum loquele que summonita fuit coram vobis per breve nostrum quod vobis misimus inter fratrem Rogerum Walensem, magistrum Milicie Templi in Hybernia, querentem, et Matillidem de Marisco, deforciantem, de iiij. carucatis terre in Stachnach nostrum requirentes consilium. . . . [*Unfinished.*]

Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Scias quod concessimus W. Marescallo quod omnes terre et omnia castra que fuerunt G. comitis Marescalli, fratris sui, in Hybernia remaneant in eadem seisina in qua fuerunt die Martis proxima ante festum Beati Petri ad Vincula anno etc. xxv. [*Cancelled*] *Quia in alia parte rotuli.*

Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod, diligenter [inquiri faciat, *erased*] scrutatis rotulis de Scaccario, significet regi quod et quantum servicium regi debetur ab archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, militibus et servientibus, in quodam rotulo servicium illud continente. Hoc cum summa festinatione faciat et regi transmittat. Teste rege apud Glouc', xxv. die Julii.

Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Monstraverunt nobis Robertus le Laner et Simon de Chaunchur, mercatores de Doway, quod vos pro voluntate vestra mercandisas suas et sociorum suorum inventas in civitate nostra Lond' arestastis, nec eas vultis per plevinam vel alio modo deliberare. Et ideo vobis precipimus quod predictas mercandisas sine dilatione ipsis deliberari faciatis nisi forte arestate fuerunt pro debito aliquo unde sunt debitores capitales vel plegii. [*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

[m. 6*d.*] Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod mercandisas Roberti le Laner et Simonis le Chaungeur et sociorum suorum, mercatorum de Doway, quos arestaverunt, ut dicunt, pro debito quod Johannes de la Bare qui aliquando fuit burgensis de Doway debuit in civitate Lond', sine dilatione eis deliberari faciant nisi predicti mercatores plegii fuissent ejusdem Johannis.

Rex ballivis suis Sutht', salutem. Precipimus vobis quod navem de Bristoll' que vocatur *la Nicolas*, que fuit Henrici Lambord et que capta fuit versus partes de Rupella, arestari faciatis non permittentes quod aliquis eam a portu vestro abducat donec aliud inde a nobis habueritis preceptum. [*Cancelled*] *Quia non habuit.*

1241.

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Quia volumus quod pecunia collecta in Anglia a viris religiosis et clericis in subsidium ecclesie Romane salvo custodiatur ad opus domini pape et ipsius ecclesie, tibi precipimus quod ubicumque in ballia tua aliquid de pecunia predicta [sciveris, *erased*] inquirere poteris ipsam sub salva custodia per visum proborum et legalium hominum de comitatu tuo, sigillo tuo signatam, deponas, ne fortuito casu, quod absit, qui humana diligentia precaveri non potest, eadem pecunia predicta ecclesia defraudetur, et quantitatem pecunie nobis scire facias et locum ubi illam deposueris. Teste rege apud Lanton', xxvj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus :—

Ebor'.	Sussex'.
Norf', Suff'.	Cantebr', Huntendon'.
Berk'.	Sumers', Dors'.
Linc'.	Surr'.
Hereford'.	Kanc'.
Essex' et Hertford'.	Warr' et Leyc'.
Glouc'.	Notingham, Dereby.
Lond'.	Stafford', Salop'.
Wigorn'.	Oxon'.
Sutht'.	

Rex archidiacono Norhampt', salutem. Quia ecclesia Romana magnam persecutionem patitur ad presens ita quod nonnulli ad ipsius oppressionem magis quam ad ejus exaltationem nituntur, nos indempnitati et commoditati ejusdem ecclesie providere volentes vobis mandamus quatinus diligenter inquiratis quantum de contributione domini pape remanserit in archidiaconatu vestro et in quorum manibus quod nondum fuerit solutum procuratoribus domini pape, et illud residuum colligi et salvo custodiri faciatis donec aliud inde vobis significaverimus, et quantitatem illius pecunie nobis significetis ne dominum papam inde defraudari contingat, et sic hoc mandatum nostrum adimplere curetis sicut in negociis vestris penes nos expediendis desideratis habere recursum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur archidiaconis :—

Norwicensi.	Lond'.	Norhumb'.	Conventrensi.
Bedeford'.	Colecestr'.	Bathoniensi.	Richemund'.
Subbir'.	Suff'.	Roffensi.	
Surr'.	Oxoniensi.	Elyensi.	
Norf'.	Dors'.	Wellensi.	
Berk'.	Leyc'.	Cestr'.	
Buk'.	Stowe.	Notingham.	
Wigorniensi.	Wiltes'.	Stafford'.	
Middelsex'.	Essex'.	Ebor'.	
Linc'.	Toteness'.	Salopsir'.	
Sarisburiensi.	Dereby.	Tanton.	
Huntendon'.	Dunholm'.	Estriding'.	
Cantuariensi.	Wintoniensi.	Clivelaund.	
Glouc'.	Hereford'.	Lewensi.	
Cornub'.	Salopbir'.	Cycestrensi.	

1241.

[m. 5d.] Mandatum est vicecomiti Cumb' quod occasione precepti quod rex ei fecit de hiis qui deberent milites esse distringendis non distringat Robertum de Landplo ad arma capienda. nisi teneat feodum unius militis integrum vel habeat xx. libratas terre tam in feodo militari quam socagio.

Mandatum est vicecomiti Notingham et Dereb' quod per totam balliam suam clamari et ex parte regis firmiter prohiberi faciat quod nullum mercatum cum victualibus teneatur in ballia sua quamdiu rex fuerit in expeditione sua versus partes Wallie, set omnes mercatores cum victualibus regem sequantur quamdiu fuerit in expeditione predicta.

Mandatum est vicecomiti Hereford' quod de ballia sua venire faciat ad regem usque Cestriam c. probos et validos mineatores cum omnibus ingeniis suis. ita quod ad ultimum sint ibidem ad regem hac instanti die Dominica proxima sequenti audituri et facturi precepta regis. Prohiberi etiam faciat ex parte regis omnia mercata per totam balliam suam, set potius mercatores cum victualibus et aliis necessariis post excercitum regis usque partes Cestrie venire faciat. Teste rege apud Cestriam, xx. die Augusti.

Rex Rogero Bertram, salutem. Mandamus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis prius fecimus ut veniretis ad nos usque Salopiam cum equis et armis, ad eundem terminum ad nos veniatis usque Cestriam ad quas partes nos duximus ad presens divertendos.

Eodem modo scribitur Ricardo de Percy, Rogero de Quency, Willelmo de Percy, Olyvero de Eyncurt, Ranulfo filio Roberti, Willelmo de Vescy, Willelmo de Ros, Philippo de Kima, Gilberto de Umframvill', Johanni de Baylol, Rogero de Merlay, Roberto filio Meandr', et Ade de Novo Mercato.

Rex probis hominibus suis Dublin', salutem. Mandamus vobis firmiter in fide qua nobis tenemini injungentes quatinus unam galeam fieri faciatis novam ita quod, cum illa quam habetis, duas habeatis promptas et bene paratas ad eundum in servicio nostro quo vobis scire faciemus, providentes quod sub quanta poteritis festinatione eas parari faciatis. Teste etc.

Eodem modo scribitur hominibus de Waterford' de duabus galeis faciendis, et hominibus de Drogheda, et hominibus de Cork', et etiam hominibus de Lymeric' de una galea facienda.

Rex W. de Eboraco et sociis suis, salutem. Sciatis quod prior Parve Malverne venit coram nobis per fratrem Ricardum, monacum suum, die Dominica proxima post festum Decollationis Sancti Johannis Baptiste et petiit terram suam replegiari quam cepisti in manum nostram propter defaltam quam fecit coram vobis, et hoc vobis significamus.

[m. 4d.] *Hybernia.*—Willelmus de Martivast, tenens, attornavit Willelmum de Braundon' et Ricardum de Nesse contra Robertum de Braybuf

1241.

et Margeriam uxorem ejus de tribus carucatis terre in Clummor'. Idem attornavit eosdem contra Radulfum de Normanvill' quem vocavit ad varantum de eadem terra.

Cornubia.—Mandatum est vicecomiti Cornub' quod fieri faciat perambulationem inter terram Thurstani de Treiagu in Trevoydroyt et terram Petri filii Simonis in Dynesel.

Mandatum est Willelmo de Munceaus quod austurcum quem rex ei liberari fecit per Warinum des Aingneals et alium austurcum qui vocatur Lespaynol, et sunt in custodia sua, a muta extrahi et essainiari faciat, et cum parati et prompti fuerint ad volandum eos ad regem mittat. Tercium vero austurcum quem comitissa de Bygor' regi dedit et ei liberari fecit ad mutandum liberari faciat Rogero de Sancto Ivone quem rex ad eum mittit ad extrahendum de muta et essainiandum, ita quod cum promptus fuerit ad volandum veniat cum eo ad regem.

De inhibitione ripariarum.—Rex vicecomiti Oxon', salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione clamari facias et firmiter prohiberi quod nullus eat ad riveandum in ripariis nostris in ballia tua que in defenso fuerunt tempore H. regis, avi nostri. Et scire facias omnibus de comitatu tuo qui ab antiquo et de jure facere debent pontes ad riparias illas quod provideant sibi in pontibus illis faciendis, ita quod prompti sint et parati in transitu nostro per partes illas. Teste rege apud Wudestok', xij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebr', Huntedon', Berk', Bedeford', Buk', Essex' et Hertford', Warr' et Leyc', Dors' et Sumerset', Notingh' et Dereby, Norht', et Wilt'.

Mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dors' quod austurcos regis qui fuerunt Johannis le Daneys tradat nuncio Petri de Sabaudia.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cant' et Huntend'.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Monstravit nobis Hugo de Hoyvill' quod cum habeat custodiam cujusdam terre que fuit Petri de Meuton' et alii teneant alias terras que fuerunt ipsius Petri, que quidem omnes fuerunt vadium quorundam Judeorum de quibusdam debitis, tu distringis tantum ipsum Hugonem pro prefatis debitis et non alios qui multo majores terras tenet (*sic*) de vadio predicto. Et, quia contra justiciam est quod prefatus Hugo distringatur nisi ratione terre que est in custodia sua, tibi precipimus quod districtionem illam in respectum ponas usque ad octabas Sancti Michaelis ut tunc inquiratur ad Scaccarium Judeorum pro quanto prefatus Hugo et pro quanto alii terras illas tenentes distringi debeant. Teste.

Mandatum est Fulconi de Peynfor' quod permittat Henricum le Butiler trahere de muta austurcum quem habet in custodia sua ad regem deferendum.

[m. 3*d.*] Rex mittit Johannem de Treningham ad trahendum de muta austurcum qui fuit Roberti de la Rose. Et mandatum est constabulario

1241.

de Reygat' quod prefatum Johannem austurcum illum trahere permittat, et ipsum ei tradi faciat regi deferendum cum atilio austurci mortui. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Septembris.

Eodem modo scribitur eidem de alio austurco a muta extrahendo, et mittit rex ibidem Warinum des Ayneus ad austurcum illum extrahendum et regi deferendum.

[m. 2*d.*] Mandatum est vicecomiti Hereford' quod x. balistas ad turnum et x. ad pedem quas Magister Jacobus de Tolos' ei liberavit, eidem Jacobo liberet cariandas usque Turrim Lond'. Teste.

Mandatum est vicecomiti Cornub' quod fieri faciat perambulationem inter terram Alani Basset in Tyhidy et terram Galfridi de Clerk' in Bodwuliet.

Mandatum est Alicie que fuit uxor Walteri de Marham quod habeat coram rege . . . . filiam suam in crastino Animarum ubicunque rex fuerit. Teste.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Cum alias tibi preceperimus ut vim inventam et resistentem W. de Cantilupo, senescallo nostro, in manerio suo de Wintringham faceres ammoveri, et Gilbertus de Gaunt post predictum preceptum nostrum redditus de termino Sancti Michaelis proximo preterito et alios proventus ejusdem manerii quod vi detinuit asportaverit, tibi precipimus quod sine dilatione prefatum G. distringas ad restituendum prefato senescallo nostro omnia que asportari fecit a predicto manerio post preceptum predictum, ita quod pro defectu tui prefatus senescallus dispendium [non]incurrat. Teste.

Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod fieri faciat perambulationem inter terram prioris de Tanton' in Kingeshull' et terram Margerie de Neubold' in Brumfeld'. Teste.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod faciat perambulationem inter terram regis de Chilteham et terram Herefordensis episcopi de Presteburn' et de Sevenhampt'.

Mandatum est Waltero de Denford' quod non permittat quod Henricus de Hasting' aliquid capiat de bosco pertinente ad manerium de Braunton' quod idem Henricus tenet in tenanciam, nisi solummodo buscam ad focum suum quando in propria persona sua venerit usque Braunton', et tunc capiatur busca illa per visum forestariorum ejusdem bosci qui inde respondere debent si vastum vel destructio inde fiat.

[m. 1*d.*] Mandatum est vicecomiti Norht' quod ad mandatum Johannis filii Galfridi, justiciarii regis de foresta, venire faciat coram ipso iiij. de discretioribus et legalioribus militibus de comitatu suo qui minus sint in doungerio foreste regis ad videndum statum foreste regis et ad audiendum preceptum regis.

1241.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Stafford' et Salop', Oxon', Essex', Hertford', Glouc', Sumerset', Dors', Rotelaund', Hereford', Sutht' et Berk', Wilt'.

De inquisitione facienda.—Rex venerabili in Christo patri W. eadem gratia Eboracensi archiepiscopo, Anglie Primati, salutem. Paternitatem vestram rogamus quatinus in singulis archidiaconatibus vestris diligenter inquiri faciatis quot et que beneficia clerici Romani sive Italici habeant in diocesi vestra; que etiam beneficia collata fuerunt quibuscumque clericis, undecumque fuerint oriundi, per provisionem factam auctoritate apostolica, sive beneficia illa consistant in prebendis sive ecclesiis parochialibus, et tam de nominibus eorundem beneficiorum et de eorum valore quam de nominibus predictorum clericorum nos certificare velitis infra octabas Sancti Martini anno etc. xxvj. Inquiri etiam faciatis quantum pecunie concessum fuerit domino pape in diocesi vestra in contributione nuper facta in regno nostro tam a viris religiosis quam ab aliis personis ecclesiasticis, et quid et quantum fuerit inde solutum et quantum inde restat solvendum et a quibus, et id quod ad huc restat solvendum de pecunia predicta salvo colligi in singulis archidiaconatibus vestris et custodiri faciatis donec nos inde certificaveritis. Talem igitur et tam diligentem inquisitionem de predictis fieri demandetis quod inde ad predictum terminum certificari possimus et quod inde vobis ad gratias teneamur speciales. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Octobris.

Eodem modo scribitur singulis episcopis vel eorum procuratoribus si ipsi in terra Anglie non fuerint.

[*Pro*] *Gilberto de Sedgrave.*—Rex perdonavit Gilberto de Sedgrave, filio et heredi Stephani de Sedgrave, pro fideli servicio quod idem Stephanus regi impendebat, relevium ipsius Gilberti de terris que fuerunt predicti Stephani. Et mandatum est vicecomiti Huntendon' quod de omnibus terris que fuerunt predicti Stephani in ballia sua et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit et que ipsum Gilbertum hereditarie contingunt, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Notingham et Dereby, Warr' et Leyc', et Wygorn'.

Rex vicecomiti Berk', salutem. Scias quod Walterus Marescallus, filius et heres Gilberti Marescalli, quondam comitis Penbrok', seisinam que ad nos pertinet et quam ad tempus nobis reddere contradixit de terris et castris que fuerunt predicti comitis, tandem in curia nostra coram nobis et baronibus nostris venit et eam nobis reddidit, et postmodum homagium suum cepimus. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis et wardis que fuerunt prefati comitis in ballia tua et de quibus seisitus fuit die quo obiit plenam seisinam ei habere facias. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Buk', Oxon', et Wigorn'.

1241.

Rex concessit Isabelle de Bruys et heredibus suis quod imperpetuum sint quieti de vasto foreste et assarto, guard . . . . . maneriorum de Writel' et de Hatfeld' et quod imperpetuum capiant siccam et viride ubicumque voluerint in boscis predictis sine visu et liberatione . . et ad hoc habeant liberum chiminagium, et sint prefati bosci sui in propria custodia sua et heredum suorum, salva tamen regi et heredibus suis venatione in prefatis boscis eorundem maneriorum extra parcos. Et mandatum est Ricardo de Munfichet quod id fieri et teneri permittat. Teste ut supra.

. . . . pro se et heredibus suis Isabelle de Bruys maneria de Writel' et de Hatfeld', in comitatu Essex', cum dimidio hundredo ad ma . . . . eld' pertinente et cum homagiis, tallagiis et omnibus aliis pertinenciis, libertatibus et liberis consuetudinibus ad eadem maneria et dimidium h . . . . nos plenius, melius et liberius, ea tenuimus cum essent in manu nostra, habenda et tenenda de nobis et heredibus nostris I. et heredibus suis . . . . sua que eam contingebat de hereditate que fuit Johannis, quondam comitis Cestr', fratris sui, infra comitatum Cestr' . . . . servicium feodi unius militis pro omni servicio. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu suo . . . .

1241.

26 HENRY III.—PART I.

Littere Clause de anno domini H. regis tercii vicesimo sexto.

Pro hominibus de Reddelegh' et de Minstrewurth'.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Quia constat nobis per extentas quas fieri fecimus de maneriis de Redlegh' et Minstrewurth' quod proficuum proveniens de visu franci plegii infra manerium de Redlegh' et piscaria ejusdem manerii pertinent ad firmam hominum ejusdem manerii et in eadem firma extenduntur et proficuum proveniens de visu franci plegii infra manerium de Minstrewurth' et redditus qui vocatur prigavel et consuetudo retium et batellorum in eodem manerio pertinent ad firmam hominum ejusdem manerii de Minstrewurth' et in eadem firma extenduntur, tibi precipimus quod de omnibus predictis in nullo te intromittas et si quid inde cepisti reddi facias. Teste rege apud Westm' xxvij. die Octobris.

Pro Rogero Gernet.—Quia per inquisitionem [quam] rex fieri precepit quantum decidat Rogero Gernet de hiis que pertinent ad firmam suam faciendam xij. librarum quas regi solvere consuevit per annum pro prisis custodie dominicorum regiis in herbagiis, pannagiis et aliis, postquam rex cepit dominica sua in manum suam et quantum valeat modo illud residuum quod pertinet ad firmam predictam faciendam et utrum terra sua pertineat ad predictam firmam nec nec (*sic*), mandatum est vicecomiti Lanc' quod ipsum Rogerum de cetero inde pacem habere permittat usque ad festum Sancti Hillarii anno regni nostri xxvj^to^. Teste ut supra.

De buscha ad bordas.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod faciat habere vicecomiti Wiltes' ij. quercus ad bordas faciendas ad cooperiendum turrem castri Sarisburie, in foresta de Clarend', et buscam ad unam rogum faciendam infra idem castrum, in Graveling' vel in eadem foresta, ubi quercus et buscha predicta ad minus dampnum earundem forestarum capi poterunt. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Margerie que fuit uxor Karoli de Garderoba iiij. palefridos quos regi promisit pro habendo quodam brevi de inquisitione, eo quod ipsa breve illud non habuit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

Rex perdonavit Ricardo de Cogan' demandam que fit ei per summonitionem Scaccarii Dublinensis de x. vaccis, de tercia scilicet parte xxx. vaccarum. Et mandatum est thesaurario et baronibus suis de Scaccario Dublinensi quod ipsum Ricardum de demanda predicta quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro heredibus et executoribus testamenti Johannis Byset.—Rex bene recolit quod de centum libris per quas Johannes Byset finem

1241. fecit cum rege pro habenda custodia terre et heredum Willelmi Spileman perdonavit eidem Johanni l. libras in vita sua. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod heredes et executores testamenti ejusdem Johannis de predictis l. libris quietos esse faciant. Teste rege apud Westm', xxx. die Octobris.

Pro Stephano Pelicer de Agens'.—Rex ballivis suis Bristoll', salutem. Quia Stephanus Pelicer de Agens' qui aliquando suspectus fuit super crimine hereseos nobis detulit litteras Agenensis episcopi et fratris Ernaldi, gardiani Fratrum Minorum Agenensium, testimonium perhibentes quod predictus Stephanus integre fame est et bone conversationis et predicto crimine minime maculatus, vobis mandamus quod omnia catalla ipsius Stephani que predicta occasione fecimus arestari eidem faciatis deliverari, scilicet xxxvj. libras et xiiij. solidos qui sunt in manu Simonis clerici, xxxiiij. libras que sunt in manu Henrici Lambord, x. dolia vini, precii xx. marcarum, et xxx. dolia vini, precii xl. librarum, que sunt in manu predicti Simonis, xxx. etiam dolia vini, que Ernaldus de Agens' et Bernardus Elye posuerunt in plegiagium pro predicto Stephano ipsis Ernaldo et Bernardo similiter deliberari faciatis. Teste rege ibidem xxxj. die Octobris.

Quia regi constat per inquisitionem quod Henricus de Rollendricht, captus et detentus in prisona regis apud Glouc' pro morte Nicholai de Morton', unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atya, etc., mandatum est vicecomiti Glouc' quod si predictus Henricus invenerit ei xij. etc., qui eum manucapiant etc., habere etc. tunc ipsum Henricum etc. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia non habuit.*

Pro comitissa Linc'.—Rex assignavit Johannem de Lascy ad servicium suum faciendum Margarete, comitisse Linc', quod quidem servicium ei assignatur nomine dotis sue. Et mandatum est eidem Johanni quod de predicto servicio ei decetero sit intendens et respondens. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Eylond'.

Pro Henrico de Coudray retento in servicio regis.—Rex retinuit in servicio suo Henricum de Coudray et mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod eum in warnisionem alicujus castri ponat et ei liberationes suas habere faciat a vigilia festi Omnium Sanctorum anno etc. xxvj. sicut alii militi de familia regis. Teste rege apud Westm', ij. die Novembris.

De tradendis in ballio.—Quia regi constat per inquisitionem quod Ranulfus de Upton' et Willelmus frater ejus, detenti in prisona de Allesbyr' pro morte Alicie Picot unde rettati sunt, rettati sunt de morte illa odio et atya, etc., mandatum est vicecomiti Buk' quod si predicti Ranulfus et Willelmus invenerint ei xij. etc., tunc ipsos tradat etc. Teste ut supra.

1241.

Pro Johanne filio Ricardi.—Rex concessit Johanni filio Ricardi quod de v. marcis quas debet Leoni de Melkestret', Judeo, reddat eidem Judeo ad Pascham anno etc. xxvj. dimidiam marcam et ad festum Sancti Michaelis anno eodem dimidiam marcam et sic de anno in annum ad eosdem terminos unam marcam donec predictum debitum eidem Judeo persolvatur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', camerario regis Lond', quod de vinis que nuper venerunt Lond' capiat ad opus regis quater xx. dolia vini et ea liberet vicecomitibus Lond' carianda quo rex eis precepit. Teste ut supra.

Pro Margeria de Lacy.—Rex concessit Margerie que fuit uxor Walteri de Lacy terciam partem omnium fructuum et reddituum que provenerunt de terris que fuerunt ipsius Walteri in Hybernia a tempore mortis ipsius Walteri. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod de predicta tercia parte ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm' vj. die Novembris.

Eodem modo scribitur Waltero de Godarvill.

Wallia.—Mandatum est Johanni Extraneo quod omnia blada que collecta fuerunt hoc anno proximo preterito de conquestu regis de Rothelan reponi faciat in castris de Rothelan et de Rupe ad castra illa instauranda. Teste ut supra.

[*Schedule.*]—Rex vicecomiti Norhant', salutem. Scias quod assignavimus Henrico de Hasting' et Ade uxori ejus, uni heredum Johannis, quondam comitis Cestr', in porcionem partis sue que eos contingit de hereditate ipsius comitis, servicium Johannis filii Roberti de dimidio feodo militis in Haregwrth' et servicium Simonis filii Simonis de dimidio feodo militis in Schaldewell' et Hoctun' et servicium Roberti Grimbaud de quatuor feodis militum in Hethtun', Herdewyc, Brafeld' et Multun', et servicium Simonis Vytor de medietate quarte partis, feodi militis in Drak'tun et Holecot' et servicium Galfridi Malesuvere de uno feodo militis in Waldgrave et servicium Gilleberti de Prestun' de duobus feodis militum in Prestun' et Bylling' et servicium Ingram Wardede de quarta parte feodi militis in Henigtun' et servicium Roberti de Mareys de uno feodo militis in Northesseby et servicium abbatisse de Pratis de uno feodo militis in Haringtorp' et servicium Davyd de Esseby de uno feodo militis in Esseby, et servicium Henrici de Alditheleg' de dimidio feodo militis in Hoctun, et servicium Margerie de Lindes' de dimidio feodo militis in Bartun', et servicium Thome de Lyndes' de quarta parte feodi militis in Bartun', et servicium Nicolai de Cuk'ho de dimidio feodo militis in Cuk'ho, et servicium Hugonis de Goldingham et Wischard' Ledet de uno feodo militis in Ristun'. Et mandavimus eidem vicecomiti quod predictos distringat quod de servicio suo prefato Henrico de Hasting' et heredibus prefate Ade, uxoris ipsius Henrici, sint intendentes et respondentes.

1241.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Rotel' de servicio Willelmi de Fort' de uno feodo militis in Strattun' et de servicio Gilleberti de Umfranvill' de uno feodo in Market Overtun', et de servicio Baldewini de Pantun' de duobus feodis in Glastun', et de servicio Roberti Grimbaud de duobus feodis militum in Horn et Thysteltun' et Tykencote, et quod distringat eos etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Lincoln' de servicio Baldewini de Pantun' de tribus feodis militum in Parva Pantun' et Magna Pantun' et Ghremestorp', et de servicio Roberti Grimbaud et Ernaldi de Bosco de uno feodo in Wyme, et de servicio Roberti de Turs de quatuor feodis militum in Mumby, et de servicio Thome de Lyndes' de uno feodo in Forddingtun', et de servicio Hugonis de Haringtun' de duobus feodis militum in Haringtun'.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Bedeford' et Buk'h' de servicio Johannis filii Roberti de dimidio feodo militis in Pottun', et de servicio Aumar' de Landes de dimidio feodo militis in Felmeresham, et de servicio Simonis de Breynes de quarta parte feodi militis in Cliftun', et de servicio Philippi le Engleys de dimidio feodo militis in Pettesho, et de servicio Roberti Holdewarc de quinta parte feodi militis in Kemestun'.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Leycestr' et Warwik' de servicio Roberti Grimbaud de duobus feodis militum in Osulvestun' et Athelakestun', et de servicio Willelmi Burdet de quarta parte feodi militis in Cosseby.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hunt' de servicio Gilleberti de Segrave de tercia parte feodi militis in Alkmundebr' et Westun'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxoniensi de servicio Johannis de Preus' de quarta parte feodi militis in Thywe.

De perdonacione pro abbate de Ses.—Rex perdonavit abbati de Ses x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Sussex' pro communi summonitione. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windles' viij. die Novembris.

De tradendis in ballio.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod si Thomas Tusard, Rogerus filius Walteri, Willelmus Cutting' et Robertus le Charpenter, capti et detenti in prisona de Norwic' pro morte Ade de Bretland unde appellati sunt, invenerint ei xlviij. probos et legales homines de comitatu suo, scilicet quilibet eorum xij. qui eos manucapiant etc., tunc ipsos tradat illis xlviij. in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xij. die Novembris.

Pro Bertramo de Cryoyl'.—Mandatum est ballivis de Gernemut' quod omnia catalla Thome filii Wyberti de Sandwic' que inveniri poterunt in villa sua arestari faciant pro x. marcis, quas idem Thomas debet Bertramo de Cryoyl', donec de pecunia illa eidem Bertramo fuerit satisfactum. Teste rege ibidem, ix. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Kilpek' quod faciat habere Magistro Alexandro le Seculer iiij. quercus in haya Hereford' de dono regis. Teste rege apud Windles', x. die Novembris.

1241.

De perdonacione pro Magistro Alexandro le Seculer.—Rex perdonavit Magistro Alexandro le Seculer c. solidos qui adhuc regi restant reddendi de fine quem fecit cum rege pro relevio suo de terris que fuerunt Nicholai le Seculer, patris sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum quietum inde esse faciant. Teste ut supra.

Pro plegiis Johannis Andr'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod ubicumque plegii Johannis Andr' versus dominum regem de fine secum facto poterunt invenire catalla ipsius Johannis ea eis liberet ad finem predictum inde faciendum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt comitum Warenn' et Linc' in comitatu Eboraci quod in haya de Wackefeld' fociat habere W. Eboracensi archiepiscopo, x. quercus et in forinseco bosco de Wakefeld' x. quercus et in haya de Rowell' xx. quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Test rege apud Windles', xj. die Novembris.

Pro ballivis de Portes' et de Suthampton'.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod, si atornatus vicecomitis Sutht' qui assignatus erat ad testificandum custum quod ballivi Portesm' et Sutht' ponebant in maeremio cariando apud Corf' de Portes' ipsos super custu predicti cariagii per fidem suam certificaverit, tunc ballivis predictis custum predictum allocari faciant. Teste ut supra.

De prisonibus liberandis archidiacono London'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod Willelmum capellanum, Robertum diaconum de Lond' et Willelmum, subdiaconum de Sancto Martino, captos et detentos in prisona regis pro morte Willelmi diaconi Sancti Martini, liberent archidiacono Lond' custodiendos in prisona Christianitatis usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

De vinis adopus regis emendis.—Rex Michaeli, emptori vinorum suorum, salutem. Precipimus tibi quod de melioribus vinis venalibus que inveniri poterunt apud Suht' sine dilatione emi facias ad opus nostrum centum et octo dolia vini Wasconie et ea liberari facias ballivis nostris Suht' carianda quo eis preceperimus. Teste me ipso apud Windlesor', xij^{o}. die Novembris anno regni nostri xxvj^{to}.

De vinis datis.—Mandatum est Michaeli Pincerne quod emat apud Sutht' ij. dolia vini et ea faciat habere Engelardo de Cygony ij. dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro ballivis Suthampton'.—Quia ballivi Suthampton' reddiderunt in butillaria regis illa duo dolia vini ad que amerciati erant coram Paulino Peyvre et fratre Galfrido et que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii, mandatum est baronibus de Scaccario quod ballivos predictos de predictis duobus doliis vini quietos esse faciant. Teste rege apud Windles', xiij. die Novembris.

1241.

Pro Agatha Trussebut.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Monstravit nobis Agatha Trussebut quod, cum nullum tenementum teneat in comitatu Norhampton' infra metas foreste, nisi in dotem, justiciarii ultimo itinerantes ad placita foreste in eodem comitatu ipsam amerciaverunt pro communi summonitione ad v. marcas, et quia ad aliquam sequelam faciendam non tenetur coram justiciariis itinerantibus pro terra aliqua quam tenet in dotem, vobis mandamus quod, si ita est, tunc ipsam de predictis v. marcis quietam esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Sancto Edmundo.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod per meliores operarias civitatis Lond' et per tales qui veritatem dicere velint et sciant de tali opere, quale est casula quam Mabilia de Sancto Edmundo fecit ad opus regis videri faciant (*sic*) et appreciari casulam illam, videlicet quantum opus illud valere possit et quantum sericum et aurum et alia unde casula illa facta est valeant et quantum eadem Mabilia meruit tam pro opere predicto quam pro aliis unde consistit. Et conputatis eidem M. denariis quos prius ad hoc recepit per literas de liberate, tam pro opere predicto quam pro aliis, servicium suum, simul etiam custum, ei reddat; ita quod nec rex peccatum inde habeat, nec ipsa dampnum aliquod incurrat. Et cum rex scierit quantum ei liberaverit rex ei litteras de liberate inde faciet habere. Teste rege apud Windles', xiiij. die Novembris.

De denariis in Turri Lond' deponendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod xxx. libras et ix. solidos, quos Johannes 'le Jeu' ei lib[er]abit in parte solucionis debitorum que Magister Simon de Steylaund' regi debet recipiat et eas in Turrim Lond' deponi faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Lond' quod faciat habere Germano, scissori regis, duas quercus in parco de Clakinton', de dono regis. Teste ut supra.

De uno damo dato.—Mandatum est Waltero de Tywe et Willelmo de Sancto Audoeno quod de venacione regis que est in custodia sua faciant habere Matillidi uxori Galfridi de Langel' unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Everardus filius Gilberti, captus et detentus in prisona Lincolnie pro morte Petri de Greneverio unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atia etc. et quod Alanus filius Reginaldi Chaffar qui fugitivus est culpabilis est de morte illa, mandatum est vicecomiti Linc' quod, si predictus Everardus invenerit ei xij., etc. tunc ipsum etc. Teste ut supra.

De maeremio cooperiendo.—Mandatum est custodi episcopatus Lond' quod maeremium nove camere de Wycham que discooperta est prosterni faciat et cooperiri, ne pereat. Teste rege apud Windles', xv. die Novembris.

1241.

De damis datis.—Mandatum est eidem quod faciat habere W. Marescallo, comiti Penbrok', x. damas vivas in parco de Haringeye et quinque damas in parco de Crudden', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione pro abbate de Evesham.—Rex perdonavit abbati de Evesham xxx. marcas quas regi debet de blado de Fecham et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum abbatem de predictis xxx. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia mutatum fuit breve.*

De fustis datis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod faciat habere abbati de Evesham x. fusta ad maeremium in foresta de Kenefar' in bosco de Eswud', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Warr' quod faciat habere abbati de Evesham x. fusta ad maeremium in haya de Kenillewurth', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod faciat habere abbati de Evesham x. quercus in bosco regis de Salcet'. Teste ut supra.

[m. 14.] *De dote Margerie de Lacy.*—Rex assignavit Margerie de Lacy in dotem que eam contingit de feodis militum que tenebantur de Waltero de Lacy, quondam viro suo, in comitatu Hereford', feoda quatuor militum et dimidii que Walterus de Baskervill' tenuit de predicto Waltero et feoda iiij. militum que Radulfus de Salceto tenuit de eodem in comitatu predicto et in comitatu Oxon', et feoda trium militum que Ricardus de Hampton' tenuit de eodem Waltero, et feodum unius militis quod Godefridus de Gamages tenuit de eodem, et feodum unius militis quod Johannes de Cnulle tenuit de eodem et feodum dimidii militis quod Milo Pichard tenuit de eodem, et feodum dimidii militis quod Robertus de Weston' tenuit de eodem, et quartam partem feodi unius militis quam heredes Johannis Gern' tenuerunt de eodem, et quintam partem feodi unius militis quam Walterus de Wermel' tenuit de eodem, et quintam partem feodi unius militis quam Johannes de Diluu tenuit de eodem. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod de serviciis omnium predictorum militum eidem Margerie plenam seisinam habere faciat et ipsos de serviciis predictis ei intendere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salop' de seisina eidem Margerie facienda de feodis militum subscriptorum que tenebantur de predicto Waltero in balliva sua, que dominus rex assignavit eidem in dotem; videlicet, de feodo unius militis et dimidii quod Stephanus de Scothot de eo tenuit, et de feodo unius militis quod Willelmus de Furches de eo tenuit, et de feodo dimidii militis quod Petronilla de Kenelen de eo tenuit, et de feodo dimidii militis quod Robertus de Wodyton de eo tenuit, et de feodo unius militis quod Thomas Maudut de eo tenuit, et de servicio unius hide terre quam Robertus Donill' de eo tenuit.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxon' de seisina ei facienda de feodis iiij^{or} militum que Radulfus de Salceto tenuit de eodem Waltero in comitatu suo et in comitatu Hereford'. Teste ut supra.

1241.

Pro Nicholao Spigurnel.—Rex cepit homagium Nicholai Spigurnel fratris et heredis Johannis Spigurnel de xj. acris terre et ij. acris prati cum pertinenciis in Dagenhal' quas idem Johannes tenuit de rege in capite; et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predictis xj. acris terre et ij. acris prati eidem Nicholai (*sic*) seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xv. die Novembris.

Pro abbate de Messenden'.—Rex barronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod donum quod fecimus abbati de Messenden de domibus que fuerunt Ranulfi Britonis de Chalfunt' eidem abbati warantizabimus. Teste rege ibidem, xvj. die Novembris.

De tradendis in ballio.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod si Willelmus de Skalebrok' et Rollandus filius ejus, quos tenet in prisona apud Oxoniam pro morte Petri filii Oliveri, latrocinio et societate, unde Nicholaus de Abbendon' qui suspensus fuit eos appellavit, inveneri[n]t ei xij. qui eos manucapiant etc. tunc, etc. Teste ut supra.

Pro Thoma de Dutton.—Rex cepit homagium Thome de Dutton, fratris et heredis Hugonis de Dutton', de terris quas idem Hugo tenuit de comite Cestr' et rex relevium suum inde ei perdonavit; et mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestr', quod de omnibus terris que fuerunt predicti Hugonis, de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo iter peregrinationis arripuit versus Terram Sanctam, ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xvij. die Novembris.

Pro Andrea de Gatesden'.—Rex dedit Andree de Gatesden officium lavandarie in prioratu Sancti Switini Winton' quod fuit Hugonis le Barbur et quod ad donacionem regis pertinet racione episcopatus Winton' vacantis et in manu regis existentis. Et mandatum est custodibus episcopatus Winton' quod de predicto officio ei seisinam habere faciant. Teste rege ibidem, xviij. die Novembris.

Et priori sancti Switini Winton' quod predictum Andream ad officium illud admittat. Teste ut supra.

De cereis faciendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat iiij. cereos quorum quilibet sit de c. libris cere qui continue ardeant circa feretrum Beati Edwardi usque adventum nostrum Lond' pro salute regis et regina (*sic*) et liberorum suorum et in die Sancti Stephani in capella nostra apud Westm' c. et l. cereos et in die Sanctorum Innocencium in ecclesia Sanctorum Innocencium cl., et in festo Sancti Thome Martiris fieri faciatis (*sic*) apud Cantuariam quingentos cereos, et contra festum Sancti Edwardi proximo instans habeatis (*sic*) quingentos cereos promptos; et significet regi quot saccos habeat de incremento postquam a Lond' recessit rex et quantum receptum fuerit ad Scaccarium post festum Sancti Michaelis et quantum inde fuerit liberatum et quod faciat ad festum Natalis Domini Edwardum clericum ad regem venire ad regi certificandum super hiis que tunc rex ab eo inquiret. Et in die Natalis Domini repleri magnam aulam apud Westm' pauperibus

1241.

et eos pasci faciat. Et cum rex custum scierit faciet ei habere breve de Liberate. Teste rege apud Bystlesham, xix. die Novembris.

[*Cancelled*] *Quia inde fiebat breve de Liberate.*

De damis datis.—Mandatum est [Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, *erased*] Philippo Mimecan quod faciat habere Th. Pincerne, archidiacono Tottoniensi, duas damas in foresta de Shothor', de dono regis. Teste rege apud Rading', xx. die Novembris.

De villatis pro defectu pontium ammerciatis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod per sacramentum proborum hominum diligenter inquirat qui riveaverunt per ryveram de Kenet' postquam rivera illa prohibita erat; et nomina eorum qui postea riveaverunt per eandem riveram regem scire faciat. Videat eciam omnes defectus pontium ejusdem rivere et a qualibet villata que pontes ubi defectus sunt fecisse debuerat, quos rex vidit, accipiat ad opus regis pro defectibus illis v. marcas, ita quod rex denarios illos habeat in garderoba in octabis Sancti Andree Apostoli. Teste rege apud Sandelford, xxij. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Winton' quod in bosco de Peningber' faciant habere canonico custodienti capellam Beate Virginis de Caveresham iij. bonas quercus ad cindulam faciendam ad cooperiendum eandem capellam, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam casula data priori de Sanderford'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod fieri faciat quandam casulam de albo samito, si inveniatur, cum pallio de aurifragio latitudinis iiij. digitorum et, si non inveniatur, fiat de aliquo samito alterius boni coloris. Et illam sic paratam habere faciat priori de Sanderford' vel certo nuncio suo, de dono regio. Et cum rex custum sciverit breve de Liberate inde ei faciet habere. Teste ut supra.

De villata de Hungerford' distringenda.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod distringat villatam de Hungerford' ad reddendum regi v. marcas pro defectu cujusdam pontis que fecisse debuerat ad rypariam de Kenet', ita quod rex habeat denarios illos in garderoba in instanti festo Sancte Kateryne. Teste rege apud Merleberg', xxiiij. die Novembris.

De vinis ad opus regis retinendis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', camerario regis Lond', quod de melioribus vinis que nuper venerunt Lond' retineat ad opus regis xxx. dolia vini, et ea liberari faciat vicecomitibus Lond' carianda usque Windles'. Teste ut supra.

Mandatum est Michaeli le Butiler quod preter illa vina que nuper cepit ad opus regis capiat x. dolia vini et ea liberari faciat ballivis Suthampton' carianda usque Merleberg'. Teste ut supra.

Pro Magistro Ricardo coco.—Rex dedit per cartam suam Magistro Ricardo coco duo mesuagia cum pertinenciis in Winton' que Samarianus Judeus Winton' tenuit de rege in capite et que in manum

1241.

regis devenerunt tanquam escaeta regis per feloniam de qua idem Judeus fuit convictus, videlicet capitale mesuagium quod fuit ipsius Judei in Yernestret' et aliud mesuagium quod idem Judeus tenuit de rege in cymiterio Sancti Switini. Et mandatum est vicecomiti Suthampton' quod de predictis ij. mesuagiis eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De maneriis, castris et aliis videndis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod mittat iiij. legales milites de comitatu Norf' ad singula castra, maneria, parcos et vivaria que fuerunt W. quondam comitis Warenn', in eodem comitatu, et que fuerunt in custodia Johannis de Vleot', ad videndum in quo statu ea nunc recipiat Henricus de Neketon' cui rex ea commisit custodienda, scilicet utrum in castris aliquam warnesturam recipiat et qualem, et qualiter terre maneriorum predictorum exculte sint, scilicet que sint seminate et que waretate et que rebinate, et qualiter parci custoditi sint de viridi et venacione, et qualiter vivaria predicta custodita sint, scilicet utrum instaurata sint vel destructa: et sine dilacione regi scire faciat in quo statu predicti iiij. milites omnia predicta invenerint. Teste ut supra.

De denariis deponendis in Turri Lond'.—Rex mittit thesaurario suo octinge[n]tas marcas que regi nuper delate sunt de Hybernia, mandando quatinus ea deponat in Turri Lond', et cc. marcas similiter de thesauro regis de Scaccario cum predictis octingentis marcis in eadem Turri deponat in recompensacionem cc. marcarum quas Johannes Extraneus habuit de predictis denariis Hybernie ad firmandum castrum de Rothelan, ita quod mille marce ibi deponantur. Teste rege apud Merleberg', xxiiij. die Novembris.

Pro abbate de Rading'.—Abbas de Rading finem fecit cum rege per v. marcas pro defectu pontium invento in maneriis suis de Wittel' et Crokham quas reddet in garderoba regi. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem abbati pacem inde habere permittat. Et quia rex concessit eidem abbati quod per manum suam districtionem faciat super singulas villas infra libertatem suam in quibus rex invenit defectum pontium nuper in itinere suo pro v. marcis a singulis villis regi similiter reddendis in garderoba, mandatum est eidem vicecomiti quod omnes defectus eidem abbati scire faciens districtionem predictam ab eo fieri permittat. Et regi idem vicecomes significet in quibus villis predictum defectum invenerit, ut per hoc regi constet de quanto prefatus Abbas ei debeat respondere in garderoba sua. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta de Selewud' faciat habere Waltero de Pavely j. damum et unam damam vivos, de dono regis. Teste rege ibidem, xxvj. die Novembris.

De dote Margerie de Lacy.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod in manerio de Ludelawe assignari faciat Margerie de Lacy in certo loco redditum xj. marcarum et sex solidorum quem rex ei assignavit in eodem manerio, in partem dotis sue, et ipsos qui de redditu

1241.

illo debent respondere eidem Margerie assignari faciat, ut de redditu predictarum xj. marcarum et sex solidorum eidem Margerie singulis annis respondeant. Teste rege ibidem, xxvij. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario castri Divisarum quod in foresta de Chipeham faciat habere Roberto de Tregoz iij. quercus, de dono regis. Teste rege ibidem, xxviij. die Novembris.

De prebenda data Johanni Maunsel.—Dominus rex contulit Johanni Maunsel prebendam de Thotehal' que fuit Magistri Galfridi de Lucy, quondam decani Sancti Pauli Lond', vacantem et ad donacionem regis spectantem racione episcopatus Lond' vacantis et in manu regis existentis. Et mandatum est capitulo Sancti Pauli Lond' quod ei stallum in choro et locum in capitulo assignent. Teste rege ibidem, xxviij. die Novembris.

Wasconia.—Mandatum est Rustano de Solar' quod quamcito poterit fieri faciat c. targeas, magnas, bonas et fortes, et rubeo colore depictas, et c. capella ferrea et c. lanceas, et regi mittat in Angliam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur majori, juratis et commune Burdegal, de xx. targeis et xx. capella ferrea (*sic*) et xx. lanceis faciendis.

[m. 13.] *Pro Radulfo de Bereford'.*—Quia Bartholomeus Peche recognovit coram rege quod illas x. libras que exiguntur per summonitionem Scaccarii a Radulfo de Bereford' ab eodem Radulfo recepit, mandatum est barronibus de Scaccario quod de predictis x. libris predictum Radulfum quietum esse faciant et pro eisdem regi reddendis predictum Bartholomeum distringant. Teste rege apud Merleberg', xxix. die Novembris.

Pro Ricardo Aylard.—Rex vicecomiti Devon', salutem. Precipimus tibi quod res et catalla que cepisti in manum nostram de quadam navi que nuper periclitata fuit in costera maris Devoniensis que vocabatur 'la Paterike' et fuit Ricardi Aylard de Bristoll' sine dilacione reddi facias eidem Ricardo cui de gratia et voluntate nostra ea ei (*sic*) concessimus, non obstante wrecco ejusdem navis eo quod nullus hominum in eadem navi existencium vivus evasit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodibus placitorum corone regis in comitatu Devon'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt W. quondam comitis Warenn', in comitatu Surr' quod in bosco de Homwud' faciat habere Simoni capellano regis x. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xxx. die Novembris.

De maeremio ad galiam faciendam.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod ubi proximus Bristoll' sive in bosco regis de Furcis sive in foresta de Den' ubi commodius et ad minus nocumentum foreste sive defensorum regis capi poterit,

1241.

maeremium ad galiam, quam rex fieri precepit, apud Bristoll' faciendam ballivis de Bristoll' liberari faciat per talliam inter forestarios loci in quo maeremium captum fuerit et predictos ballivos factam de numero quercuum. Et si forte in predicto bosco vel foresta sine nocumento foreste vel defensorum regis capi non possit, maeremium ad eandem galiam faciendam predictis ballivis regis alibi, prout melius viderit expedire, vendi permittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Johanni Mautravers iiij. damas et unum damum vivos ad instaurandum parcum suum in foresta regis de Blakemor', de dono regis. Teste rege apud Merleberg', ij. die Decembris.

Pro abbate de Theokesbir'.—Quia, ut datum est regi intelligi, Johannes Byset in vita sua concessit abbati de Theokesbir' vesturam bosci sui de Kumbe per finem inter eos inde factam, mandatum est ballivis de Kideministr' quod, eo non obstante quod boscus ille extat in custodia regis, permittant predictum abbatem de vestura ejusdem bosci disponere et facere secundum quod continetur in carta quam idem abbas habet a predicto Johanne. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus Winton' quod in bosco de la Wesse faciant habere W. comiti Marescallo, xx. quercus, de dono regis, ad se hospitandum apud manerium suum de Hamsted'. Teste rege apud Sanderford', iij. die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est eisdem quod in eodem bosco faciant habere priori de Sandelford' iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus in libertate Cycestrensis episcopi captis alibi recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Suthampton' quod Willelmum Trenchevent et Johannem filium ejus captos in comitatu Sussex' in libertate venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, pro rettamento utlagatorum, unde rettati sunt, a ballivis prefati episcopi recipiat et in prisona Winton' salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', v. die Decembris.

Pro abbate de Evesham.—Rex perdonavit abbati de Evesham xxx. marcas quas regi debet de blado de Fecham. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum abbatem de predictis xxx. marcis quietum essa faciant. Teste.

[*Cancelled*] *Quia mutatum fuit breve.*

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Pless' quod faciat habere Herberto filio Mathei iiij. robora in foresta de Melkesham, de dono regis, ad focum suum. Teste rege ibidem, viij. die Decembris.

De dote Sare que fuit uxor Johannis Heryz.—Rex vicecomiti Notingham', salutem. Scias quod de terris que fuerunt Johannis de Heryz assignavimus Sare que fuit uxor ipsius Johannis nomine dotis sue manerium de Gonnolveston' cum pertinenciis, exceptis tamen

1241.

xxxix. solidis vj. denariis et obolo quos eadem Sara singulis annis reddere debet de manerio predicto heredibus ipsius Johannis ; et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio cum pertinenciis eidem Sare plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Mandatum est Philippo Mimecan quod admittat Willelmum filium Walkelini ad capiendum in balliva sua xv. bissas. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Willelmum Luvel capere xxx. damas in foresta de Havering' extra parcum et ad eas capiendas ei sit auxilians. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti H. quondam Licheff' et Coventr' episcopi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, viso in quantum regi tenebatur H. quondam episcopus Licheff' et Conventr', et accepta securitate ab executoribus testamenti ipsius episcopi de debitis que regi debet ad Scaccarium regi reddendis, ipsos executores liberam amministracionem habere faciant de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius episcopi ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste et supra.

Pro abbate de Flexleg'.—Rex constabulario de Sancto Briavello, salutem. Precipimus tibi quod permittas abbatem de Flexleg' habere forgiam suam itinerantem in foresta nostra de Sancto Briavello donec eidem abbati pro forgia predicta racionabile fecerimus excambium et aliud inde a nobis habueris preceptum. Teste rege apud Rading', xij. die Decembris.

De excambio faciendo pro forgia abbatis de Flexleg'.—Rex Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, salutem. Mandamus vobis quod provideatis ubi possumus facere excambium abbati de Flexleg' pro forgia sua quam habet itinerantem in foresta de Den' in bosco vel alibi, ita quod excambium illud non sit ad dampnum nostrum et cum illud provideritis illud nobis scire faciatis. Teste ut supra.

De damis et apris datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod de venacione regis quam venatores regis capient in foresta de Den' faciat habere P. Herefordensi episcopo, iiij. byssas et ij. apros et permittat quod predicti venatores capiant in eadem foresta x. damas ad opus ipsius episcopi, de dono regis. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis venatoribus quod predictas xj. damas capiant. Teste ut supra.

Pro ballivis Suthampton'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod ballivi nostri Suht' reddiderunt ad opus nostrum Michaeli, emptori vinorum nostrorum, viij. dolia vini, que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri, videlicet pro Olivero de Nontes tria dolia, et pro hominibus de Portesm' unum dolium vini, et pro hominibus de Merleberg' j. dolium vini, et pro James de Hasting' iij. dolia vini, et ideo vobis mandamus quod predictos ballivos de predictis octo doliis vini quietos esse faciatis. Teste ut supra.

1241.

De bremiis datis.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod faciat habere Willelmo de Cantilupo xx. bremias vivas in vivario de Rowell' ad quendam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Windles', xiiij. die Octobris.

De pane emenda.—Mandatum est ballivis de Dunestapl' quod venire faciant usque Westm' contra instans festum Natalis Domini c. solidatas panis, scilicet iiij. panes ad denarium, ita quod sint ibi die Dominica ante festum predictum. Et rex custum ejusdem panis et cariagii eis reddi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Kingeston', de Sancto Albano et de Wycumb'.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis London' quod de melioribus vinis que invenire poterit Lond' emi faciat xlij. dolia vini et ea liberari faciat Magistro Henrico de Cambray ad opus Th. comitis Flandr' et Han', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi quod faciat habere Willelmo de Cantilupo xv. damas et v. damos vivos in foresta de Bernewud' ad parcum suum de Eton' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De piscibus emendis.—Mandatum est ballivis de Wincheless' quod emptoribus regis quos mittit usque Wincheless' ad emendum c. congruos (*sic*), recentes et magnos, et v. milearia merlengorum bene sallatorum sine capitibus sint in auxilium ad pisces predictos emendos et eos, cum emerint, idem ballivi cariari faciant usque Westm', ita quod sint ibi die Lune proxima ante instans Natale Domini. Et rex faciet eis reddi custum ejusdem piscis et cariagii. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat habere fratri Waltero de Daivill', preceptori de Bustlesham, unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Windles', xv. die Decembris.

De damis capiendis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Hamonem filium Philippi capere xl. damos in parco de Havering' ad opus regis contra instans Natale Domini. Teste rege apud Windes', xvj. die Decembris.

[*Cancelled*] *Quia non capti erant.*

Pro Willelmo de Gaugi.—Rex cepit homagium Willelmi de Gaugi de terris et tenementis que fuerunt Willelmi de Gaugi, avunculi sui, cujus heres ipse est, et rex relevium suum inde ei perdonavit. Et mandatum est vicecomiti Leyc' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, et que ipsum Willelmum hereditarie contingunt, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodibus episcopatus London' quod faciant habere Magistro Ade Salsario iij. quercus in forinseco bosco de Heringeye, de dono regis. Teste ut supra.

1241.
[m. 12.] *De prisonibus custodiendis in gaiola Winton'.*—Mandatum est vicecomiti Suthampton' quod Galfridum de Marisc' et Nicholaum Hose et Gilbertum Hereberti, prisones regis de societate Willelmi de Mariscis, quos vicecomes Devon' ei liberabit, ab eo recipiat et in gaiola Winton' eos salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere Johanni Maunsel x. robora in bosco de Gilling' ad focum suum apud Maydenestan', de dono regis. Teste rege apud Windles', xix. die Decembris.

Pro electa de Godestowe.—Mandatum est vicecomiti Oxon' quod nichil recipiat de redditibus spectantibus ad abbaciam de Godestowe de hoc termino Natalis Domini et quid inde receperit vel de aliis bonis ejusdem domus, postquam extitit in manu regis, id electe ejusdem domus, cujus eleccioni rex assensum suum et fovorem (*sic*) adhibuit, reddi faciat. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod recipiat Walterum de Esghe et in gaiola predicta salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', xx. die Decembris.

De feno cariando.—Mandatum est Gilberto le Marescal, ballivo de Gudeford', quod faciat cariari fenum quod est apud Gudeford' in cuningera ultra aquam usque parcum et illud poni faciat in locis quibus parcarius regis ibidem ei dicet, ubi melius et propinquius sit bestiis regis. Et cum rex custum scierit quod posuerit in cariagio predicto, illud ei reddi faciet per manus vicecomitis Surr'. Teste rege apud Westm', xx. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Reygat' quod faciat habere Henrico de la Mar' in bosco de Dorking' iij. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste rege ibidem, xxiij. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere W. Karl' episcopo, xij. damas in balliva sua, de dono regis. Teste rege ibidem, xxv. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Novi Castri subtus Limam quod habere faciat Simoni de Norwic' decem quercus in bosco Novi Castri subtus Limam ad meremium, de dono regis. Teste rege ibidem, xxvj. die Decembris.

Pro Simone de Norwic'.—Simon de Norwic' habet litteras directas decano et capitulo Lichefeldensi pro prebenda quam Magister Th. de Mannecestr' habuit in ecclesia Lichefeldensi et quam postea dominus rex dedit Magistro Simoni Normanno, que vacat racione episcopatus Lichefeldensis et est in manu domini regis. Teste rege ibidem, xxv. die Decembris.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Patentium.*

1241.

De bremiis datis.—Mandatum est baillivo de Taunton' quod faciat habere Reginaldo de Mom' x. bremias in vivario de Taunton', de dono regis. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Rex mittit Hamonem filium Philippi et Willelmum May ad Ricardum de Munchanesy ad capiendum xl. damas in foresta de [Havering *erased*] Hatfeld'. Teste rege apud Westm', xxxi. de Decembris.

Et mandatum est Ricardo de Munchanesy quod permittat Rogerum de Stopham et Willelmum Luvel capere xl. damas in foresta de Havering'. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Boell'.—Rex concessit Willelmo de Boell' manerium de Wykeham cum pertinenciis, quod Willelmus de Comandos tenuit de ballio regis in comitatu Suff', tenendum ad totam vitam ipsius Willelmi. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicto manerio cum pertinenciis ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et habet inde litteras patentes.

De byssis capiendis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod ipse admittat venatores regis ad capiendum xv. byssas in balliva sua ad opus regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ade Cok'.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Alicia de Mulleswurth' appellat Walterum filium Thome et Johannem filium ejus, captos et detentos in prisona regis de Huntendon' pro morte Johannis filii Simonis, quondam viri sui, odio et atya etc. et quod Thomas filius Walteri et Simon frater ejus, qui fugerunt pro morte illa, inde culpabiles sunt, mandatum est vicecomiti Huntendon' quod, si predicti Walterus et Johannes invenerint ei xij. probos et legales homines etc., qui eos manucapiant, tunc etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors' de tradendo in ballio Radulfo Wyther, capto et detento in prisona regis de Corf' pro morte Ade Shyrard', unde Robertus Shyrard' eum appellat, eo quod Rogerus Germein qui pro morte illa fugit inde culpabilis est.

Pro Baldewino Teutonico.—Quia rex accepit per inquisicionem quod J. quondam comes Linc', feofavit Baldewynum le Tyeys de terra quam Cecil' de Lede tenuit in dotem in Lede et quod ipse Baldewynus nomine seisine recepit a predicta Cecil', dum vixit, servicium suum, mandatum est vicecomiti Ebor' quod eidem Baldewyno de terra predicta plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1242.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westm' quod faciant habere fratri Johanni elemosynario unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Westm', ij. die Januarii.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est Hugoni Giffard' quod teneat festum Sancti Edwardi, ita quod faciat magnam aulam impleri

1242.

pauperibus senioribus et parvam aulam pauperibus infantibus et eos competenter pasci faciat. Teste rege ibidem, iiij. die Januarii.

Wasconia.—Mandatum est Rustano de Solariis quod emi faciat ad opus regis lx. dextrarios, ita quod rex eos habeat apud Burdegal' a die Pasche in xv. dies et rex eorum precia tunc faciet acquietari. Teste ut supra.

De venacione capienda.—Mandatum est Johanni de Sandon', parcario de Havering', quod permittat Robertum de Marys et alios vadlettos regis capere x. damas in parco de Havering ad opus regis contra instans festum Sancti Edwardi. Teste ut supra.

Pro Johanne de Pless'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod omnes boves quos emit ad opus regis de bobus qui fuerunt Johannis Byset, Johannem de Pless' per idem precium habere permittat. Teste ut supra.

Pro Focaldo de Novo Castro.—Rex comisit Focaldo de Novo Castro manerium de Glatton' quod Petrus de Malo Lacu habuit de ballio regis, quamdiu regi placuerit, ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Huntendon quod de predicto manerio cum pertinenciis eidem Focaldo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm', vij. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Havering' quod permittat Simonem de Chelefeld' capere x. damas in parco predicto ad opus suum, de dono regis. Teste rege ibidem, viij. die Januarii.

Pro Thoma de Dutton.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod xiij. marcas et iij. solidos et xxij. porcos, que quidem catalla capta fuerunt de terra Thome de Dutton' dum fuit in manu regis, eidem Thome restitui faciat. Teste ut supra.

Pro Emma que fuit uxor Henrici Tuschet.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod de terris que fuerunt Henrici Tuschet, tam in comitatu Cestrie quam in comitatu Salop', Emme que fuerit (*sic*) uxor predicti Henrici plenam dotem habere faciat. Teste ut supra.

Pro priore et canonicis de Stodlegh'.—Rex concessit priori et canonicis de Stodleg' quod bosci sui quos habent in foresta de Fekenham quieti sint imperpetuum de regardo et visu forestariorum et viridariorum et omnium ballivorum et ministrorum suorum et quod boscos illos custodiri faciant per forestarios suos proprios et quod in nullo sint intendentes de boscis illis alicui forestariorum vel viridariorum, aut ballivis et ministris eorum, nisi solummodo Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, et qui pro tempore fuerit capitalis justiciarius foreste et heredibus regis. Et quod nullus forestarius aut ballivus vel minister ejusdem foreste occasione foreste veniant (*sic*) ad domum suam predictam vel aliquas terras suas ad hospitandum

1242.

ibidem vel manducandum sine voluntate ipsorum prioris et canonicorum, sicut carta regis quam inde habent plenius testatur. Et mandatum est predicto Johanni quod cartam suam firmiter ei[s] teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westm', ix. die Januarii.

Rex concessit per cartam suam eisdem priori et canonicis quod nulli ballivi hundr' quociens contingit eos domum suam predictam aut aliquas terras suas intrare ad ea exequenda que ad officium suum pertinent hospitentur ibidem vel manducent sine bona voluntate ipsorum prioris et canonicorum; et mandatum est vicecomiti Wygorn' quod cartam predictam in pleno comitatu legi et eis firmiter teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Avelina que fuit uxor Thome filii Roberti.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Derb' quod de terris que fuerunt Thome filii Roberti in balliva sua habere faciat Aveline que fuit [uxor] ipsius Thome racionabilem dotem. Teste rege apud Westm', x. die Januarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Leic'.

[m. 11.] *De vinis datis.*—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Margerie, comitisse Penbrok', j. dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione forisfacti.—Rex ad instanciam et peticionem W. Marescalli, comitis Penbrok', perdonavit Willelmo le Gras et Thome de Ferrar' forisfactum quod fecerunt in foresta de Windles'. Et mandatum est constabulario de Windles' quod ipsos deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Bernardo de Sabaud'.—Rex commisit Bernardo de Sabaud' novam purpresturam regis ad castrum de Windles' custodiendam. Et mandatum est ballivo de Windles' quod prefato Bernardo custodiam illius purpresture comittat et unam carucam boum eidem habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Johannes Liveremere, captus et detentus in prisona apud Sanctum Edmundum pro morte Johannis Pret, rettatus est odio et atya etc., mandatum est vicecomiti Suff' quod si idem Johannes invenerit ei xij. etc. tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

De providencia contra adventum regis Cantuar'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod l. boves pingues ad opus regis emi, saliri et salvo deponi faciat apud Kantuar' usque adventum regis ibidem, provideat eciam de x. braonibus vivis contra adventum predictum: et cum rex custum sciverit illud acquietari faciet. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Agatha que fuit uxor Walteri Syward' appellat Thomam de Beleton' de morte predicti Walteri odio et atya etc., mandatum est vicecomiti Suff' quod si predictus Thomas invenerit ei xij. etc., qui eum manucapiant habere etc., tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

1242.

Geres', Gerner'.—Mandatum est Drogoni de Barentin quod de firma insularum faciat habere Petro de Mungumery, custodi operacionum regis in insulis predictis, xxx. libras ij^os^ solidos et x. denarios ad operaciones predictas acquietandas. Et cum ad regem venerit, rex faciet ei habere litteras suas de denariis illis ei allocandis. Teste rege apud Westm', xj. die Januarii.

De fustis datis.—Mandatum est Ade Cok' quod faciat habere Fulconi de Mungumeri iiij. fusta in foresta de Bocholt', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Mabilia de Cantilupo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat Mabiliam de Cantilupo habere forgiam suam itinerantem in foresta de Sancto Briavello, donec rex eidem Mabilie pro forgia predicta racionabile fecerit excambium et aliud inde a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Et mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod provideat ubi melius excambium predictum pro forgia sua fieri possit in foresta de Dene in bosco vel alibi. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Johannem de Bailol capere ij^as^ damas in foresta de Havering', de dono regis, et quod provideat quod plures quam duas non capiat. Teste ut supra.

De uxore Willelmi de Mariscis et aliis.—Mandatum est constabulario castri Gloucestrie quod, cum homines de Bristoll' ei liberare voluerint uxorem Willelmi de Mariscis et quosdam alios cum ea captos, illos ab eis recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De quadam navi liberanda hominibus de Bristoll'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod, cum homines de Bristoll' ad eum miserint propter navem que fuit Willelmi filii Jordani de Mariscis que est apud Hunispull, eam illis habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat W. Marescallum, comitem Penbrok', capere septem damas in foresta de Havering', de dono regis. Teste rege apud Westm', xiij. die Januarii.

Eodem modo scribitur custodi episcopatus Lond' de quatuor damis datis eidem comiti in parco de Haringeye. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod faciat habere Galfrido de Langlegh' x. quercus in bosco de Kenillewurth' extra hayam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Nicolao de Bolevill'.—Mandatum est Philippe uxori quondam Johannis le Deneis quod Elam primogenitam filiam et unam heredum ipsius Johannis liberet Nicolao de Bolevill', cui rex concessit custodiam et maritagium ejusdem Ele. Et mandatum est vicecomiti Cauntebrug'

1242.

et Huntend' quod, nisi predicta Philippa ipsam Elam eidem Nicolao liberaverit ad mandatum regis, ipse eam liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Geres.—Eodem modo scribitur eidem Philippe et eidem vicecomiti de Johanna filia postgenita et una heredum Johannis le Deneis liberanda Johanni de Geres. Teste rege apud Westm', xiij° die Januarii.

Pro Ricardo filio Rogeri.—Quia rex accepit per inquisitionem, quod terra quam Eda filia Alani de Lalleford' tenuit in Thorp' et que capta est in manum regis eo quod dicta Eda se suspendit non fuit hereditas ipsius Ede sed eam habuit in custodia cum Ricardo filio Rogeri filii Ivonis quondam viri sui et est jus et hereditas ipsius Ricardi, mandatum est vicecomiti Leyc' quod eidem Ricardo de predicta terra cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi episcopatus London' quod faciat habere Magistro Radulfo de Neketon' viij. matrices bremias in vivario de Rehnes ad quoddam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est camerario regis London' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Th'. cancellario Herefordensi, j. dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est Hamoni filio Philippi quod una cum Reginaldo le Rus eat usque Havering' et capiat in parco ibidem quater xx. damas contra instantem quindenam Sancti Hyllarii. Teste rege apud Otteford', xvij. die Januarii.

Et mandatum est Johanni de Sandon' quod eas eos capere permittat. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Petro de Wakering' quod faciat habere Roberto de Mucegros xx. bremias, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod Matillidi que fuit uxor Reginaldi de Bithesthorn' assignari faciat racionabilem dotem suam de omnibus terris que fuerunt ipsius Reginaldi, qui de rege tenuit in capite Bithesthorn', Crowemintsted', Totinton', Terstewud', Berkel', Ashle et Hangre, ne oporteat ipsam Matillidem propter hoc ad regem iterum redire. Teste ut supra.

Pro Egidio de Cancell'.—Rex concessit Egidio de Chaunceaus manerium de Calewedon' cum pertinenciis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu vixerit. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem Egidio de predicto manerio cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat. Faciat eciam habere predicto Egidio et ceteris executoribus testamenti Eudonis fratris regis qui manerium

1242.

predictum tenuit de ballivo regis omnes res et catalla que fuerunt ipsius Eudonis in eodem manerio ad executionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Cantuar', xxj. die Januarii.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Celestria que fuit uxor Thome Kenyet appellat Walterum Storm', captum et detentum in prisona regis de Cant' de morte predicti Thome, quondam viri sui, odio et atya et non eo quod inde culpabilis est, ideo preceptum est vicecomiti Kanc' quod, si predictus Walterus invenerit ei duodecim probos etc. qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes etc., ad standum inde recto, si quis inde versus eum loqui voluerit, tunc ipsum Walterum illis duodecim tradat in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Cant', xxj. die Januarii.

De ij^{bus} baudekinis, uno vestimento et uno calice emendis.—Mandatum est W. de Haverhull' quod faciat habere regi hac instanti die Sabati, quia rex veniet usque London', ij^{os} baudekinos, quorum alterum rex offeret ad ecclesiam Sancti Pauli London', et reliquum ad ecclesiam Sancti Petri apud Westm', et quod emi faciat quoddam vestimentum integrum cum uno calice ad faciendum deserviri capelle regis de Rothelan' et ea liberari Bartholomeo le Bygod. Et cum rex custum scierit, faciet ei habere breve de Liberate. Teste rege apud Faveresham, xxij. die Januarii.

De cereis ponendis in ecclesia Sancti Pauli Lond'.—Eodem modo scribitur eidem de cl. cereis ponendis in ecclesia Sancti Pauli Lond' in hoc instanti festo Conversionis ejusdem. Teste ut supra.

Pro Margeria que fuit uxor Johannis de Evenefeld'.—Rex vicecomiti Stafford, salutem. Monstravit nobis Margar' que fuit uxor Johannis de Evenefeld' quod, cum ex dono predicti Johannis, quondam viri sui, habuisset in dotem terciam partem feodi unius militis in Evenefeld', et postea maritata esset Roberto Foliot, qui occidit quendam hominem et fugit a terra nostra, tu ea occasione predictam dotem quam ipsa Margaria habuit de primo viro suo in manum nostram cepisti et eam inde disseisivisti, et ideo tibi precipimus quod, si ea occasione ipsam inde disseisivisti, ei sine dilacione de eadem dote plenam saisinam habere facias : injustum est enim quod propter feloniam quam secundus vir suus fecerit [incurrat] jacturam dotis sue quam de primo viro suo consecuta est. Teste rege apud Westm', xxviij. die Januarii.

Pro Egidio de Cancell'.—Rex concessit Egidio de Chaunceals omnes exitus manerii de Calewudon', quod fuit Ivonis fratris domini regis a tempore quo idem manerium devenit in manum regis et mandatum est [vic'] Essex' quod omnes exitus ejusdem manerii a tempore predicto eidem Egidio sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti E. quondam Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod executoribus testamenti E. quondam archiepiscopi Cantuariensis,

1242.

habere faciant racionabilem estimacionem omnium bonorum que ceperunt ad opus regis de bonis que fuerunt ipsius archiepiscopi et eciam omnia bona que adhuc sunt prompta in manibus ipsorum custodum de bonis predictis eis habere faciant ad executionem testamenti predicti faciendam, exceptis carrucis quas pro racionabili precio retineatis (*sic*) ad opus nostrum, et cum rex scierit estimacionem bonorum illorum que consumpta sunt, eam dominus rex faciet eis allocari. Teste ut supra.

De tricesima carianda.—Mandatum est collectoribus tricesime in comitatu Linc' quod thesaurum de predicta xxx[a] collectum tradant vicecomiti Linc', cui mandatum est quod illum recipiat cariandum London'. Teste rege apud Westm', iij. die Februarii.

[m. 10.] *De tradendo in ballio.*—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod, si Andreas Luvel, captus et in prisona apud Roking' (*sic*) detentus pro transgressione venacionis, invenerit ei vj. legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad placita foreste in comitatu Roking' (*sic*), ad standum inde recto, si quis [versus] eum inde loqui voluerit, tunc illum predictis sex tradat in ballium sicut predictum est. Teste rege apud Westm', xxviij. die Januarii.

Hybernia.—Rex M. filio Geraldi, justiciario Hybernie, salutem. Cum alias ad mandatum nostrum venerabili patri, Armachano archiepiscopo, restitueritis redditus [quos] de terris suis post confirmacionem suam perceperitis, vobis mandamus quod quicquid percepistis post predictam confirmacionem de firma terrarum ejusdem archiepiscopi, que ante confirmacionem suam tradite fuerunt ad firmam, eidem restitui faciatis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est baillivis de Esenden' quod faciant habere, de dono regis, Matheo Bezyl' quatuor quercus in bosco de Esenden'. Teste rege apud Westm', xxx. die Januarii.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod, si Willelmus le Paumer, captus et detentus in prisona apud Winton' pro morte Roberti Wassepok', qui rettatus est de morte illa odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, invenerit ei xij. legales homines qui manucapiant etc., tunc tradat in baillium etc. Teste ut supra.

De assensu adhibito.—Rex adhibuit assensum regium electioni facte de Flandrina de Braos', moniali de Godestowe, in abbatissam de Godestowe, mandatum est vicecomiti Oxon' quod de terris ad ipsam abbaciam pertinentibus saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De terris Katerine de Monte Acuto tradandis Hugoni de Vivon'.—Mandatum est vicecomitibus Sussex' et Sumers' quod capiant in manum regis omnes terras Katerine de Monte Acuto et eas Hugoni de Vivon' trada[n]t, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro comitissa Linc'.—Rex etc. vicecomiti Lancastr', salutem. Scias quod servicium Roberti de Middilton' qui tenet feodum unius militis, et servicium Hugonis de Audelee qui tenet duodecimam

1242.

partem unius militis, et servicium Roberti de Stokeport qui tenet vicesimam partem unius militis, et servicium Roberti de Witel' qui tenet decimam partem unius militis, assignavimus Margarete, comitisse Linc', in partem dotis sue, et ideo tibi precipimus quod de predictis serviciis predicte comitisse plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Westm', iij. die Februarii anno regni nostri xxvj.

Rex etc. vicecomiti Norht', salutem. Scias quod assignavimus servicium Galfridi de Buris qui tenet octavam partem feodi unius militis Margarete, comitisse Lincoln', in partem dotis sue, et ideo tibi precipimus quod de predicto servicio predicte comitisse plenam seysinam habere facias. Teste me ipso apud Westm', iij. die Februarii anno regni nostri xxvj.

De vinis datis.—Mandatum est custodi vinorum Eboraci quod de veteribus regis faciat habere Nicholao de Molis tria dolia, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Beatricia de Fay.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod Beatricie de Fay uxori Hugonis de Plaiz de terris, quas prius habuit per preceptum regis ad se sustentandam durante causa divorcii inter ipsam et predictum Hugonem virum suum et unde ipsa Beatricia postea disseisita fuit per preceptum regis, quando dicebatur quod fuit sentencia excommunicacionis ligata (*sic*). Teste ut supra.
Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex'.

De vinis cariandis.—[*Rex*, erased] Mandatum est Michaeli emptori vinorum suorum, quod quatuor dolia vinorum nostrorum de prisa apud Suhamt' et viij. dolia que baillivi Suhamt' debuerunt regi pro hominibus de Portesm' et Merleberg' que sunt in custodia sua ad opus regis per preceptum senescallorum regis sine dilacione liberari faciat baillivis Suhamt' carianda quo rex precepit. Teste ut supra.

De thesauro custodiendo.—Mandatum est W. de Haverhull' et fratri H. de Stocton' et aliis custodibus thesauri in Turri Lond', quod thesaurum collectum de tricesima in comitatu Linc', quem vicecomes Linc' eis liberabit, recipiat et in predicta Turri salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit quod Adam Page et Henricus Manel, capti et detenti in prisona Colecestrie pro morte Bricii de Cadamo, unde appellati sunt, appellati sunt odio et atia et non eo quod inde culpabiles sint, mandatum est vicecomiti Essex' quod, si uterque eorum invenerit etc., tunc tradat eos etc. Teste rege apud Westm', v. die Februarii.

Pro burgensibus Wygornie.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod recepimus de burgensibus nostris Wigornie xx. libras in garderoba nostra pro transgressione mercati sui, et ideo vobis mandamus quod ipsos inde quietos esse faciatis. Teste ut supra.

De perdonacione pro Gilberto de Kirketon'.—Rex perdonavit Gileberto de Kyrketon' de xx. libris ad quas amerciatus fuit coram

1242.

rege pro eo quod non attachiavit quosdam nominatos in quodam brevi de nova dissesina, sicut ei preceptum fuerit, xv. libras: mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex constabulario Divisarum, salutem. Precipimus tibi quod habere facias Galfrido de Seinmor duas quercus in foresta nostra de Chipeham ad emendendum molendina de Chipha que tenet de nobis ad feodi firman, de dono nostro. Teste rege apud Windl', vij. die Februarii.

De damis et cuniculis capiendis.—Dominus rex mittit usque Geudeford' Robertum des Mares et Jacobum Hosatum, vatlettos suos, ad capiendum in parco de Guldeford' xv. damas ad opus regis et xxx. cuniculos vel xl. in cunera ibidem, secundum quod invenerint prefatam cuneram fertilem. Et mandatum est custodi parci predicti quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De conpoto audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audiant conpotum Henrici de Neketon' de tempore quo fuit custos episcopatus Dunelm' et allocacionem expensarum ipsius quas fecit tempore predicto ponant in respectum, donec rex aliud inde mandaverit. Teste rege apud Windles', x. die Februarii.

Pro Alicia filia Thome Bukerel.—Rex vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod Alicie filie et heredi Thome Bukerel de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Thome in London', de quibus idem Thomas fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, in cujuscumque manu sint, sine dilacione plenam saisinam habere faciatis. Teste rege apud Windl', x. die Februarii.

De carettis et barellis faciendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario, quod fieri faciat xij. longas carettas cum omni apparatu eorundem contra transfretacionem regis et barillos ad deferendum lx. milia librarum et duos magnos furnos ferreos ponendos in nave regis, et cum rex scierit custum, breve de Liberate ei inde habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero Walensi.—Mandatum est Hugoni Giffard' quod Rogero Walensi, nuncio Edwardi filii regis, necessaria ad unum equum inveniat, quia rex concessit ei quod unum equum habeat ad custum regis. Teste rege apud Windl', xij. die Februarii anno regni nostri xxvj.

De perdonacione.—Rex perdonavit Waltero de Clifford' x. libras ad quas amerciatus fuit coram justiciario de foresta pro transgressione cujusdam cervi et mandatum est baronibus de Scaccario quod eum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windl', xij. die Februarii.

De compoto recipiendo.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod recipiatis compotum Magistri Henrici de Cern' de tempore quo fuit unus custodum operacionum castri nostri Winton' per rotulos et tallias visorum earundem operacionum quos eorundem

1242.

visorum heredes habent, eo non obstante quod ipsi visores mortui sunt, et quod eidem Henrico esse videritis allocandum ei faciatis allocari. Teste rege apud Windl', xij. die Februarii.

Pro Simone filio Ade.—Rex eisdem, salutem. Sciatis quod Adam filius Willelmi finem fecit nobiscum per quater xx. marcas pro habenda custodia terre et heredis Roberti de Tyllebroc, unde idem Adam ante obitum suum solvit nobis xxx. marcas, et nos statim post obitum suum custodiam illam commisimus ad voluntatem nostram Johanni Maunsel ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod de demanda quinquaginta marcarum quam faciunt Simoni filio et heredi predicti Ade ipsum S. quietum esse faciant. Teste ut supra.

De perdonacione.—Dominus rex perdonavit Terrico filio Willelmi et Alicie matri ejus dimidiam marcam, et Thome Swere dimidiam marcam, et Ade filio Jordani, Ricardo de Hurl' et Roberto de Cocdun' x. solidos, et Reginaldo forestario, pro misericordia sua in qua inciderunt tamquam dissesitores in quadam assisa nove disseisine capta, eo quod postea recognitum fuit quod non fuerunt disseisitores. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De navi Johannis de Ferariis.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod navem Johannis de Ferrariis, vinis carcatam et in portu suo arestatam, libere abire permittant, accepta ab ipso Johanne securitate quod alias non se divertet quam ad partes London', non obstante mandato de navibus arestandis in portu predicto. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex Waltero de Eneford', salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere Fratribus Minoribus de Norhamt' vj. quercus cum branchiis et eschaetis in foresta nostra de Salceto, de dono nostro. Teste rege apud Windl', xiij. die Februarii.

De roboribus datis.—Mandatum est B. de Sabaudia quod faciat habere uxori Walerami Teutonici tria robora in foresta de Windl' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windl', xiij. die Februarii.

De foresta de Hatfeld' et de Writel' custodienda.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod forestam de Hathfeld' et de Writel' custodiat, sicut melius tempore suo custodiri solet, et non permittat quod Ysabella de Bruys boscum predicte foreste destruat vel essartet, quia dominus rex manerium illud cum boscis eidem Ysabelle concessit, salva regi et heredibus suis venacione ejusdem foreste, que, si boscus predicte foreste destrueretur, nichil domino regi vel heredibus suis prodesset. Teste ut supra.

Inhibuit eciam dominus rex eidem Ysabelle quod nichil inde destruat pro quo venacio regis depereat.

De inhibicione perambulacionis.—Rex dilecto et fideli suo Roberto de Ros', justiciario suo foreste, salutem. Mandamus vobis quod nullam perambulacionem fieri faciatis inter dominicam forestam

1242.

nostram de Galtris et boscos thesaurarii et canonicorum Eborac' in eadem foresta, donec inde speciale preceptum a nobis receperitis. Teste rege apud Wind'shour,' xv. die Februarii.

De damis capiendis.—Mandatum est constabulario regis de Farnham quod permittat Robertum de Mares, vaslettum regis, capere decem damas in parco de Farnham quem rex illuc ad hoc misit. Teste rege apud Rading', xvj. die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod habere faciat Fratribus Predicatoribus Gluovern' sex quercus in foresta regis de Den' ad operacionem claustri sui, de dono regis. Teste rege ut supra.

De thesauro regis liberando et cariando.—Mandatum est custodibus thesauri regis de Bristoll' quod [de thesaur' suum (*sic*) quod, *erased*] mdcxxxviij. libras quas habent in custodia sua liberent vicecomiti Glouc' cariandas usque Wint', cui rex mandavit quod illum ab eis recipiat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodibus thesauri regis de Divisis de illo liberando vicecomiti Wyltesir' et kariando usque Wynton'. Teste ut supra.

De quadam navi preparanda.—Mandatum est [baronibus, *erased*] baillivis suis de Portesm' quod sine dilacione atornari et bene muniri faciant in omnibus quandam navem ad opus regis ad eundum in servicium suum, et probis gentibus suis quas illuc mittet ad transfretandum in navi ipsa, ita quod ipsam promptam habere possit apud Portesm' ad Cineres et quod tunc sit eschippata et in omnibus prompta. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Horton'.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod, quia rex accepit per inquisitionem quam rex ab eo fieri precepit quod viginti denarate redditus cum pertinenciis in Quenton' que fuerunt Ricardi filii Mathei, qui abjuravit regnum Anglie pro morte hominis extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem et quod predictus Ricardus tenuit tenementa unde redditus ille proveniebat de Willelmo de Horton', predicto Willelmo de predicto redditu plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia tres damos et quinque damas vivos in foresta de Blakemor' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege ut supra.

Wasconia.—Mandatum est Rusteng' de Solers', senescallo Wasconie, quod nullatenus omittat quin perquirat et retineat ad opus regis quingentos balistarios, ita quod ipsos promptos habere possit rex ad servicium suum in adventu suo ad partes Wasconie. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Roberto de Bello Campo.*—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, non obstante precepto regis quod ei fecit de retibus piscantibus supra gurgitem de Brainford' arestandis, deliberari faciat cimbam

1242.

et rete Roberti de Bello Campo que ea occasione cepit. Et si prior de Merton' sibi viderit per deliberacionem predicte cumbe et retis, ad regem inde querelam deferat, si voluerit, et rex ei inde justiciam exhibebit. Teste ut supra.

De Judeis removendis ab uno loco ad alium.—Rex concessit R. comiti Pictavie et Cornubie, quod Judei regis qui manent in Berchamested', transferant se usque Walingford' et ibi maneant secundum easdem consuetudines Judeorum secundum quas apud Berchamested' manere consueverunt, archamque quam habent apud Berchamested' similiter habeant apud Walingford' et eodem modo quo ipsam habuerunt apud Berchamested'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri permittant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Hutercumb'.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod non distringat Willelmum de Huntercumb' ad arma capienda et districtionem quam propter hoc facit ei penitus remittat et pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

De vinis custodiendis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suthant' quod omnia dolia vinorum que Michael, emptor vinorum regis, eis liberabit ab eo recipiant et in celariis regis salvo custodiant, donec aliud inde eis rex preceperit. Teste ut supra.

Ne vina vendantur quousque vina regis vendantur.—Mandatum est baillivis de Guldeford' quod non permittant quod aliqua vina vendi (*sic*) in villa de Guldeford', donec vina regis que ibi habent vendenda vendantur. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wyltesir' de villa de Sarr', et de villa de Wylton'. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Rex custodibus vinorum suorum de Oxonia, salutem. Precipimus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere fratribus hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie unnum (*sic*) dolium vini, de dono nostro. Teste rege apud Rading', xx° die Februarii.

De maeremio dato.—Rex concessit Henrico de Bathon' quod capere possit in bosco suo de Lindon' infra forestam regis de Den' maeremium ad unam cameram faciendam apud manerium suum de Westbr'. Et mandatum est constabulario suo de Sancto Breavello quod id fieri permittat. Teste ut supra.

De probatore recipiendo.—Mandatum est custodibus gaiole de Newgat' quod probatorem regis quem vicecomes Wyltesir' eis liberabit recipiant et salvo custodiant, donec aliud inde rex precipiat. Teste ut supra.

Pro Roberto Pelerin.—Mandatum est baillivis Suthant' quod, accepta bona securitate de Roberto Pelerin quod habebit navem suam promptam ad Pascha Floridum apud Portesm' ad eundum in servicium nostrum, tunc ipsum Robertum cum predicta navi sua interim permittant facere quod voluerit. Teste ut supra.

1242.

Pro Johanne Bone.—Mandatum est eisdem quod navem Johannis Bone de Wynch'lese que est apud Suthant' sine dilacione deliberari faciant, ita quod rex ipsam promptam habere possit ibidem ad diem Cinerum ad eundum in servicium suum quo precipiet. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex misit ad Reginaldum le Forester de Waltham', Willelmum Luvell' et Robertum de Stopham' ad capiendum in bailliva sua novem damas ad opus regis; et mandatum est eidem Reginaldo quod easdem damas eos capere permittat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Rex dedit Willelmo de Ferariis tria robora in foresta de Rokingham' ad focum suum et mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario foreste, quod ei ea robora faciat habere. Teste ut supra.

De lampredis.—Rex misit Simonem Hurtaut ad vicecomitem Glouc' et mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnes lampredas quas poterit perquirere in bailliva sua per ipsum regi mittat et cum sciverit custum et numerum illarum per breve suum ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro priore de Hurl'.—Mandatum est vicecomiti Bercsir' quod non distringat priorem de Hurul' vel homines suos in bailliva sua pro amerciamentis justiciariorum ultimo itinerancium, vel pro finibus de licencia concordandi, vel pro catallis fugitivorum vel dampnatorum hominum ipsius prioris, unde quietanciam habent per libertatem carte regis quam rex eisdem fieri fecit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex dedit R. comiti Pictavie et Cornubie, duas quercus in parco de Odiham'; et mandatum est Engel' de Cygony quod eas ei habere faciat. Teste ut supra.

Rex custodibus episcopatus Wintoniensis, salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere W. Eboracensi archiepiscopo, duodecim quercus ad maeremium in bosco de Weregrave, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Hugone Peche.—Rex vicecomiti Suff', salutem. Quia testificatum est coram nobis quod Hamo Pech', dum adhuc superstes esset in Sancta Terra, dedit Hugoni Pech' filio suo custodiam terre et heredis Gileberti de Mineres qui de eo tenuit per servicium militare, tibi precipimus quod eidem Hugoni de predicta terra cum pertinenciis una cum predicto herede plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro abbate de Basingwerk'.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestrie, quod non permittat abbatem de Basingewerc' inplacitari de tenementis suis que tenet in comitatu Cestr' extra eundem comitatum, contra libertates ejusdem comitatus. Teste ut supra.

1242.

De dote assignanda.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod assignari facias Sibille que fuit uxor Willelmi Grassi primogeniti racionabilem dotem suam que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi in Sobbur' et que sunt in manu nostra racione custodie terrarum Ricardi de Clar' in manu nostra existentis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Nicholao de Molis quod in parco de Ponte Fracto faciat habere Johanni Talebot duas damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Wynniun.—Mandatum est baillivis de Portesm' quod Willelmum Wynniun, prepositum de Barbflet, permittant libere abire et redire quandocunque voluerit cum eadem navi in qua venit et ipsam navem similiter, usque ad transfretacionem regis. Teste ut supra.

Wasconia.—Rex dilecto et fideli suo Rusteng' de Solers, senescallo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quatinus duas galeas de Burdegala et quatuor galeas de Baion' bene preparari et muniri tam de gentibus quam de omnibus aliis faciatis, et eas mittatis ad costeram maris de Sancto Matheo et ibi expectent adventum nostrum et ponant insidias inimicis nostris de quibus nos premuniant, quando viderint faciendas. Et nos expensas ad hoc positas in adventu nostro solvi faciemus. Teste ut supra.

De navibus arestandis.—Mandatum est vicecomiti Nortf' quod in propria persona sua accedat ad omnes portus de bailliva sua et, sicut alias ei precepit (*sic*), omnes naves quas invenire poterit que possunt portare quindecim equos et amplius arestari faciat, ita quod bonam securitatem habeat quod prompte erunt et parate ad Pascha Floridum apud Portesm' ad eundum in servicium regis, et scire faciat regi de quot navibus possit esse securus in bailliva sua. Teste ut supra.

De lampredis et alosis.—Mandatum est baillivis Glouc' firmiter precipiendo quod omnes lampredas et alosas quas poterunt perquirant ad opus regis et illas regi mittant et, cum fecerint regi custum scire, rex eis illud allocari faciet. Teste rege apud Rading', xxiiij° die Februarii.

De coronatore.—Mandatum est vicecomiti Cornub' quod loco Odonis le Petit, coronatoris regis, qui nuper obiit presentari faciat in pleno comitatu suo Ricardum de Lancuk', coronatorem regis, et in eodem comitatu sacramentum ab eo recipiat quod coronam regis et eam (*sic*) que ad eam spectant de cetero fideliter custodiet. Teste ut supra.

De tradendis in ballio.—Rex vicecomiti Northant', salutem. Precipimus tibi quod, si singuli subscriptorum, scilicet Isabella de la Musch', Johannes Gubiun, Simon Gubiun, Ivo de la Musch',

1242.

Willelmus Lamberti, Robertus de Forho', Johannes Frere, Willelmus le Musner, Johannes Tayllefer, Adam de Winehal', Walterus de Henl' et Henricus Mauveysin, capti et detenti in prisona nostra Northant' pro morte Hugonis Baiun, unde Agnes que fuit uxor ejusdem Hugonis eos appellat, appellati sint inde non de facto set solum de precepto et consensu et invenerint tibi xij. probos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc singulos eorum singulis xij. tradas in baillium, sicut predictum est, et habeas ibi nomina singulorum xij. et hoc breve. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod faciat habere W. Wigorniensi episcopo, quindecim quercus in foresta de Den' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De securitate capienda a quadam navi.—Mandatum est baillivis de Portesm' quod, accepta securitate ab hiis qui ducunt navem Thome filii Umfridi que vocatur la Cuntesse de Rumenall' quod erit apud Portesm' ad Clausum Pasche parata ire in servicium regis, tunc navem illam abire permittant quo voluerit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Walerano Teotonico quod Willelmo de Tresgoz faciat habere sex quercus, de dono regis, in foresta de Grosmund'. Teste ut supra.

De navibus ad opus regis retinendis.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod per visum Johannis filii Galfridi retineant ad opus regis quatuor de melioribus navibus Bristoll' et illas paratas habeant apud Portesm' ad Clausum Pasche ad eundum in servicium regis, quo tunc precipiet, et alias naves abire permittant quo voluerint. Teste ut supra.

Suthant'. Pro fratribus Hospitalis Jerusalem de Grenham.—Quia rex acceptit per inquisitionem quam fieri precepit quod terra que fuit Willelmi le Wudeward' in Addebir', fugitivi pro morte hominis, extitit in manu regis per unum annum et unum diem et quod quandam porcionem terre tenuit de fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem de Grenham, vicecomiti Suthant' precepit rex quod eisdem fratribus de predicta porcione plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Mandatum est [constabulario de Farnham, *erased*] parcario de Guldeford' quod in parco de [Farnham, *erased*], Guldeford' permittat Robertum des Mares capere duas damas ad opus Hugonis de Doll' quas rex ei dedit ad instanciam abbatis de Evesham. Teste ut supra.

[m. 8.] *De ecclesia de Scaldeford'.*—Rex officiali archidiaconi Surr', salutem. Quia per inquisitionem factam de ecclesia de Scaldeford' et per testimonium dilecti et fidelis nostri Willelmi de Eboraco, prepositi Beverlaci, et eciam per inspectionem rotulorum suorum de itinere suo didicimus quod jus patronatus ejusdem ecclesie ad nos

1242.

pertinet, vobis mandamus quod dilectum clericum nostrum Artaldum de Sancto Romano quem ad eandem ecclesiam vobis nuper presentavimus sine difficultate admittatis et personam instituatis juxta tenorem litterarum nostrarum patencium quas vobis inde alias transmisimus. Teste rege ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est baillivis Bristoll' quod de quatuor navibus quas per visum Johannis filii Galfridi precepit rex retineri ad eundum in servicium suum duas naves liberent eidem Johanni ad homines, equos et hernesium suum in eis deferendos. Teste ut supra.

De debitis regis.—Rex vicecomiti Eborac', salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris et sicut te ipsum et terras et catalla tua diligis habeas in propria persona tua apud Westm' in crastino Clausi Pasche omnia debita, que nobis debentur in bailliva tua, unde recepisti summonitionem Scaccarii nostri, undecumque et a quibuscumque nobis debeantur et taliter te habeas in districtione pro debitis illis facienda, ne opporteat in te manum aggravare. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Linc', Notingham' et Dereb', Salopsir', Stafford', Devon', Sumerset', Dorset', Wyltesir', Surr', Suthant', Wygorn', Kanc', Northumberland', Cumberland', Lanc', Westmeriland', Rotěland', Northant', Cauntebrug', Huntend', Nortf' et Suff', Essex', Hertford', Oxon', Bukingham' et Bedeford', Glouc', War' et Leicestr', Cornub', Middelsex', Lond', et Bercsir'.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi episcopatus Lond' quod faciat habere Waltero de Linton' quatuor quercus in bosco de Haring', de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Johanni filio Galfridi quod faciat habere abbati de Nutl' iiij^or^ quercus in foresta de Bernewud', de dono regis, ad postes faciendos. Teste rege apud Windl', xxvij. die Februarii.

De balistis corneis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod x. balistas corneas que remanserunt in camera regine et sunt in custodia sua mittat usque Windlesour', liberandas ibidem B. de Sabaudia, constabulario castri ibidem. Teste ut supra.

Rex thesaurario et camerariis, salutem. Liberate de thesauro nostro Engelardo, de Cygoyny l. libras, videlicet xxv. libras de termino Sancti Hyllarii, anno regni nostri xxvj. et xxv. libras ad Scaccarium Pasche anno eodem, de annuo feodo suo l. librarum, nisi eas prius habuerit per aliud breve nostrum de Liberate quod vobis misimus. Teste rege apud Windl', xxviij. die Februarii.

Rex custodibus terrarum que fuerunt Johannis de Veteri Ponte in comitatu Westmeril', salutem. Precipimus vobis quod de bladis, que sunt in grangiis que fuerunt predicti Johannis capiatis ad liberaciones servientium et ad terras dominicas que fuerunt ipsius Johannis seminandas et excolendas, et parcos que fuerunt predicti Johannis custodiri et claudi faciatis ubi necesse fuerit, et custum etc. computabitur vobis ad Scaccarium. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

1242.

Wasconia.—Rex retinuit de blado quod est in navi Roberti Gadereborme ad opus suum ccc. quarteria frumenti, scilicet quodlibet quarterium pro iiij^or solidis sterlingorum. Et mandatum est Rustano de Solers, senescallo Wasconie, quod de precio predicti frumenti satisfaciat mercatoribus quorum predictum frumentum fuit et bladum predictum recipiat et custodiri faciat usque adventum regis; faciat eciam eidem Roberto habere c. solidos sterlingorum pro fretto navis sue. Et cum rex ad partes illas venerit tam precium bladi predicti quam predictos c. solidos acquietari faciet. Teste rege apud Windl', j. die Marcii.

De vinis arestandis.—Mandatum est Michaeli pincerne quod arestari faciat apud Suthampton' cc. dolia vini ducenda quo rex precipiet. Teste ut supra.

De blado retento.—Rex retinuit ad opus suum ccc. quarteria frumenti de blado quod est in navi Roberti Gadereborme et ea duci wult usque Burdegalam liberanda senescallo Wasconie; et mandatum est ballivis de Sandwico quod, accepta securitate a predicto Roberto quod bladum illud illuc ducet et quod alias non duceret, ipsum cum navi sua predicta abire permittat (*sic*). Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est Ricardo de Prisa, custodi vinorum regis apud Suthampton', quod faciat habere abbati de loco Sancti Edwardi unum dolium vini de prisa ad missas celebrandas, quod ballivi Sutht' acquietabunt per preceptum regis. Teste rege apud Windles', ij. die Marcii.

Mandatum est ballivis de Sandwico quod ad opus Th. comitis Flandrie et Hannonie emant xlij. dolia dolia (*sic*) de bono vino que rex dedit ipsi comiti et ea liberent nuncio predicti comitis et scire faciant thesaurario regis Lond' custum predicti vini, cui rex mandavit quod, cum custum predicti vini ei scire fecerint, illud acquietet. Teste ut supra.

Et mandatum est Willelmo de Haverhull' thesaurario regis quod vinum predictum acquietet, sicut predictum est.

Pro comite Flandrie.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod faciant habere nuncio comitis Flandrie unam navem ad ferendum xlij. dolia vini ad comitem Flandre, accepta prius ab eo securitate quod redibit ad servicium regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Brettevill' et uxore ejus.—Quia rex accepit per inquisitionem quod terra Willelmi filii Hereberti in la Stoke, suspensi pro morte cujusdam mulieris, extitit in manu regis per unum annum et unum diem et quod terram illam tenuit de Willelmo de Brettevill' et Isolda uxore ejus, mandatum est vicecomiti Hertford' quod de predicta terra ipsis Willelmo et Isolde seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' custodiam terre et heredum Ricardi le Chaumberleng' usque ad legitimam etatem eorundem heredum simul cum maritagio eorundem

1242.

heredum. Et mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuar' quod tam de terris que fuerunt predicti Ricardi quam de ipsius heredibus predicto Hugoni seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', iij. die Marcii. Et habet inde litteras patentes.

Pro Drogone de Barentin et Johanne de Plesset'.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Oxon' quod Drogoni de Barentin et Johanni de Plesset' faciat habere racionabile auxilium de manerio de Chaugrave quod ipsi habent de ballio regis. Teste ut supra.

De terris Johannis de Veteri Ponte custodiendis.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt Johannis de Veteri Ponte in comitatu westmerl' quod non permittat abbatem de Beyland' communicare in terris et pasturis vel cindere in boscis que fuerunt predicti Johannis in balliva sua et qui sunt in custodia sua alibi vel aliter quam communicare et cindere consuevit tempore predicti Johannis. Teste rege apud Westm', v. die Marcii.

Rex vicecomiti Norhant', salutem. Scias quod concessimus dilecto clerico nostro Willelmo de. . . .

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Finium.*

Pro Paulino Peyvere, Th. de Neuwerc' et J. de Gatesden'.—Rex baronibus de Scaccario. Sciatis quod perdonavimus priori et monachis Sancti Swythuni Wyntton', quamdiu episcopatus Wyntton' fuerit in manu nostra, demandam quadraginta duorum solidorum que singulis annis fieri solet hominibus ipsorum de Drokeneford' de quodam fine quem facere consueverunt singulis annis ut placitare possint sine occasione in hundredo de Wautham, et ideo vobis mandamus quod dilectos et fideles nostros Paulinum Peyvere et Thomam de Nouwerch' et Johannem de Gatesden', custodes ejusdem episcopatus, et nostros homines de predicta demanda quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Matheo Bezil.—Rex concessit Matheo Bezil manerium de Shorstan' cum pertinenciis tenendum, quamdiu vixerit, quietum ab omnibus serviciis et demandis ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod fieri etc. Teste rege apud Westm', vj. die Marcii.

Pro Magistro Alexandro le Seculer.—Rex concessit Magistro Alexandro le Seculer unam virgatam terre cum pertinenciis in Mawurthin' et Wystaneston', illam scilicet quam Walterus le Provost aliquando tenuit et que fuit excaeta regis et molendinum regis de Mawurthin' cum pertinenciis habenda et tenenda ipsi Magistro Alexandro et heredibus suis.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Finium.*

De sale et vino ad munitionem castri de Windles'.—Mandatum est camerario regis London' quod emi faciat D. quarteria salis et lx. dolia vini et ea liberari faciat vicecomitibus London' carianda usque Windles'

1242.

ad munitionem castri de Windles'. Et cum rex custum scierit, faciet inde habere breve de Liberate. Teste ut supra.

De nave ad opus N. de Bolevill' et Ricardi Ruff'.—Mandatum est B. Pech' et Johanni de Colemere vel alteri eorum quod navem Johannis Bune quam ballivi Suht' arestaverunt per preceptum regis et quam prius rex preceperat eidem Johanni deliberari liberent Nicholao de Bolevill' [et Ricardo Ruffo, *erased*] ad eundum in servicium regis quo rex ei precepit. Teste rege apud Westm', vij. die Marcii.

Wallia.—Rex concessit burgensibus de Kaermerdin quod de cetero in villa Bristoll' quieti sint de muragio, ita quod de eodem muragio claudant villam suam de Kaermerdin. Et mandatum est ballivis de Bristoll' quod predictos burgenses de Kaermerdin de cetero non distringant ad predictam consuetudinem in villa Bristoll' prestandam. Teste ut supra.

Pro Rogero scissore.—Rex dedit Rogero scissori domos quas Adam de Linc' tenuit in Torkeseye et que in manu regis tanquam excaeta sua sunt. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis domibus cum pertinenciis predicto Rogero seisinam habere faciat. Teste rege apud Westm', viij. die Marcii.

Hybernia.—Rex concessit per cartam suam civibus Corkagie quod ipsi et heredes sui habeant et teneant civitatem Corkagie cum pertinenciis ad feodi firmam pro quater xx. marcis singulis annis regi reddendis ad scaccarium Hybernie cum omnibus libertatibus in eadem carta contentis. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod cartam suam quam inde habent legi et teneri et eisdem civibus de predicta civitate plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, accepta prius securitate a predictis civibus de c. marcis ad opus regis pro hoc brevi. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Scias quod dedimus dilecto fratri nostro Ricardo, comiti Pictavie et Cornubie manerium nostrum de Neuport cum pertinenciis, et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio cum pertinenciis plenam seisinam ei habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Westm', ix. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes' de seisina ei facienda de manerio de Cosham et de manerio de Mere.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors' de seisina ei facienda de manerio de Forthington'.

Pro Arnaldo de Berkel'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod, de sexaginta et una marcis et decem solidis contentis in tribus cartis et una tallia, quas Arnaldus de Berkel', clericus, nobis liberavit de debitis Judeorum, concessimus eidem Arnaldo xij. marcas, et ideo vobis mandamus quod de eisdem lxj. marcis et x. solidis eidem Arnaldo predictas xij. marcas habere faciatis, vel ei in debitis que nobis debet allocari et totum residuum, cum ad Scaccarium nostrum solutum fuerit, ad opus nostrum reservari faciatis. Teste ut supra.

1242.

Pro Hugone de Capes.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod faciat habere Hugoni de Capes talem seisinam de manerio de Falghesl' cum hundredo et aliis pertinenciis suis qualem inde habuit die quo manerium illud cepit in manum regis per preceptum regis; et si quid de manerio sive hundredo predicto recepit, id ei reddi faciat. Teste rege apud Westm', xj. die Marcii.

[m. 7.] Mandatum est custodi episcopatus Lond' quod faciat habere Rogero scissori xv. cheverones in bosco predicti episcopatus de Hadham de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est collectoribus xxx[e] in Lindes' quod omnes denarios quos habent in custodia de predicta xxx[a] liberari faciant vicecomiti Linc' cariandos quo rex ei precepit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur collectoribus de Ketsteven' et Hoyland' de denariis in custodia sua.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Patencium.*

Rex ballivis de San[d]wico, salutem. Mandamus vobis quod de duabus navibus Wasconie que sunt in portu vestro vinis carkate permittatis Walterum, pincernam Th. comitis Flandrie, capere quot dolia voluerit ad opus ipsius comitis sine discarcacione navium predictarum et ei dolia que ceperit habere faciatis et scire faciatis thesaurario nostro London' quot de navibus predictis dolia ceperit, ut residuum vini quod ipsi comiti dedimus Lond' habere possit. Teste ut supra.

Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod, retentis ad opus regis ducentis navibus melioribus de omnibus portubus maris, quarum quelibet possit portare xx. equos ad minus, omnes alias abire permittant quo magistri earum voluerint et predictas ducentas naves bonis pontibus et cleyis sufficienter munire faciant. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

Pro Sampsone de Puteo.—Sanson de Puteo reddidit regi in garderoba apud Westm' die Lune proxima post Cineres xvij. libras et xvij. solidos et iiij[or] denarios quos regi debuit. Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod pacem ei inde habere permittat. Teste rege apud Westm', xj. die Marcii.

De providencia contra transfretacionem regis.—Mandatum est B. Pech' et Johanni de Colemere quod, retentis ad opus regis cc. navibus de melioribus omnium portuum maris, quarum quelibet possit portare xx. equos ad minus, omnes alias abire permittant quo voluerint; et sciant quod rex tradi fecit W. de Haverhull' thesaurario suo et fratri Hugoni de Stokton' D. libras in deposito ad preparandum inde passagium regis, quas ad hoc faciendum mandare poterunt cum voluerint, et quod predictas cc. naves venire faciant usque Portesm', ita quod rex eas habeat promptas et paratas ad Pascha Floridum et provideant taliter passagium preparari quod nullus sit ibi defectus. Teste ut supra.

1242.

Mandatum est Nicholao de Bolevill' quod tria milia marcarum quas vicecomes Suhamt' et Willelmus Pepin ei liberabunt ab eis recipiat et illas cariari faciat usque Burdegalam liberandas ibidem preceptori Domus Templi ejusdem ville, cui mandatum est quod illas ab eo recipiat et salvo custodiat. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto preceptori quod ea recipiat et salvo custodiat in Domo sua, ita tamen quod si contingat treugas inter regem Francie et dominum regem infringi ad ceterum mandatum H. comitis March' et I. regine uxoris sue dictam pecuniam eis liberet. Teste ut supra.

Pro Herefordensi episcopo.—Rex remisit P. Herefordensi episcopo, omnem usuram totius debiti quod debet Elye le Evesk', Judeo Lond', a tempore illius debiti primo mutuo contracti usque ad Pascha anno etc. xxvj. et rex vult quod cessent usure ejusdem debiti a predicto termino Pasche usque ad biennium completum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Waltham, xij. die Marcii.

Et habet predictus episcopus inde litteras patentes.

Pro Reginaldo Talun de elemosina data.—Rex dedit Reginaldo Talum, sumetario suo, unum denarium in die de elemosina nostra constituta quem Johannes de Tudele percipere consuevit per manum vicecomitis Linc'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum denarium ei habere faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est barronibus de Scaccario quod a tempore mortis illius Johannis arreragia illius denarii eidem Reginaldo habere faciant.

Pro Petro de Watevill.'—Quia rex accepit per inquisitionem quod Magister Simon Normann' feodavit Petrum de Watevill' de manerio de Beumund' cum pertinenciis et quod idem Petrus fuit in seisina ejusdem manerii die quo rex illud cepit in manu sua, mandatum est vicecomiti Herteford' quod de predicto manerio cum pertinenciis eidem Petro seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo Marescallo.—Rex commisit Ricardo Marescallo terram que fuit Willelmi de Sumervill' cum pertinenciis in Secroft ad se sustentandum in servi[ci]o regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod de predicta terra cum pertinenciis ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Waltham, xiij. die Marcii.

De tradendo in ballio.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, si Stephanus filius Symonis et Nicholaus filius Cecilie, capti et detenti in prisona Norhampt' pro morte Roberti Viel, invenerint xij. etc., ad standum inde recto etc., tunc tradat eos in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Hertford', xiij. die Marcii.

Pro Fratribus Predicatoribus Salop'.—Rex concessit Fratribus Predicatoribus Salop' quod ad majorem securitatem domus sue murum, quo circumcingitur villa Salopie, ubi corruit, possint contiguare muro quo clauditur domus sua. Et mandatum est probis hominibus Salopie quod ita fieri permittant. Teste ut supra.

1242.

De mon[il]ibus et musca emendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod emi faciat ad opus regis tria monilia pulchra cum bonis lapidibus et decentibus que valeant usque ad summam xxx. marcarum et xij. obolos musce et ea regi mittat sub festinacione, ita quod rex ea habeat apud Sanctum Edmundum hac instanti die Lune apud Sanctum Edmundum (*sic*). Teste rege apud Hertford', xiiij. die Marcii.

Pro Fratribus Predicatoribus Salop'.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod faciat habere Fratribus de ordine Predicatorum Salop' l. summas de calce regis sub Monte Gilberti, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum [est] ballivis et vicecomiti Salop' quod faciat (*sic*) habere Fratribus ordinis Predicatorum Salop' cc. caretatas lapidum illorum qui remanserunt de muro ville de Salopia faciendo. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' totam terram que fuit Rogeri de Clare in Norton', que est in manu regis. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod predicto Hugoni de prefata terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Sanctum Edmundum xvij. die Marcii.

De tradendo in ballio.—Si Petrus de Mimmebir', captus et detentus in prisona de Flet' eo quod rettatus est de roboria uxoris Henrici de Bath', voluerit ponere se super patriam suam propriam et super patriam in quo roboria illa facta fuit tam de roboria ipsa quam de bono testimonio, mandatum est W. de Haverhull' quod, associatis secum majori Lond' et Reinero de Bungeye et aliis quos viderit associandos, ipsum Petrum xij. probis et legalibus hominibus tradat in ballium qui ipsum habeant coram rege in crastino Clausi Pasche ad respondendum de roboria predicta et regi scire faciat nomina ipsorum xij. et quid fecerint de premissis. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Ricardi.—Mandatum est ballivis de Stanford' quod permittant Robertum filium Ricardi de Norht' tenere quandam domum in nundinis de Stanford' in qua solitus fuit disponere res et mercandisas suas per eandem firmam et eodem modo quo illam tenere consuevit tempore W. quondam comitis Warenn'. Teste rege apud Haghen', xix. die Marcii.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est priori de Norton' quod filium et heredem Willelmi de Esseby liberet Henrico de Hasting' sine difficultate, ad quem custodia illius pertinet. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hasting'.—Mandatum est vicecomiti Huntendon' quod, quia dominica nostra taillagio assideri fecimus, concessimus dilecto et fideli nostro Henrico de Hasting', qui nobiscum transfretabit, sicut aliis nobiscum transfretantibus, quod super homines suos de manerio de Bramten', quod aliquando fuit dominicum predecessorum nostrorum, regum Anglie, taillagium assideat. Et ideo tibi precipimus quod racionabile taillagium de predictis hominibus ei habere et ipsos eidem Henrico inde intendentes et respondentes esse facias. Teste ut supra.

1242.

Pro comite Ricardo.—Rex probis hominibus tenentibus de manerio de Walingford', salutem. Quia dilectus frater et fidelis noster Ricardus, comes Pictavie et Cornubie, nullum tallagium assedit super dominica sua que habet de dono nostro quando ultimum assedimus tallagium super dominica nostra, vobis mandamus quod volumus quod predictus comes super vos tallagium faciat assideri et vos in tallagio illo tale ei auxilium faciatis, quod tam nos quam ipse debeamus vos ob hoc specialiter commendare. Teste rege apud Eyam, xx. die Marcii.

Eodem modo scribitur hominibus de maneriis subscriptis :—
Kenton', Essexestr', Ivecestr', Wilton',
Cycestr', Berhamsted', Merlawe, Tornbir',
Kirketon', Knarnebrug', Pundebrug',
Petresfeld', Eye, Hagenet, Neuport in Essex et Shorham.

De uno dolio vini dato.—Rex dedit Rogero le Tailur unum dolium vini. Mandatum est custodibus vinorum apud Westm' quod illud ei habere faciant, de dono regis. Teste ut supra.

Johannes de Esseton', capellanus, dat dimidiam marcam pro habendo quodam pone et mandatum est vicecomiti Suff' quod capiat etc.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo Finium.*

Pro Eva Pech'.—Rex dedit licenciam Eve Pech' transfretandi et morandi in partibus transmarinis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxvj. Et mandatum est ballivis portus Dovor' quod eidem Eve in portu suo liberum passagium habere permittant. Teste rege apud Tyfteshal', xxj. die Marcii.

Pro abbate de Sancto Edmundo.—Rex barronibus de Scaccario, salutem. Monstravit nobis abbas de Sancto Edmundo quod, cum per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie, quietus esse debeat et hucusque quietus esse consueverit de pecunia danda pro murdro et de finibus communibus factis coram justiciariis itinerantibus et similiter de misericordiis communibus villarum et decenarum, et ad eum pertineant catalla hominum suorum fugitivorum et vastus et annus et omnia predicta de omnibus hominibus infra libertatem suam octo hundredorum et dimidii et extra eandem libertatem de hominibus de feodo suo tantum, ea hucusque percipere consuevit, vos ipsum distringi facitis per summonicionem Scaccarii pro murdro predicto et catallis, misericordiis et finibus predictis contra libertates suas quibus hucusque usus est. Et ideo vobis mandamus quod, inspectis diligenter rotulis predicti Scaccarii nostri et aliis modis quibus poteritis inquiri faciatis si predictus abbas quietanciam predictam habere debeat et consueverit et si de predictis aliquo tempore responderit ad Scaccarium nostrum. Et, si inveneritis quod inde quietus esse debeat et quod nichil inde solverit ad Scaccarium nostrum, tunc ipsum de demandis predictis quietum esse faciatis, non obstante eo quod aliquis monacorum suorum coram vobis vel coram justiciariis nuper itinerantibus in comitatu Suff' aliquid promiserit pro libertatibus suis conservandis vel, eodem abbate ignorante, finem aliquem coram ipsis

1242.

fecit, dum tamen ante finem illum de predictis quietus esse consueverit. Teste ut supra.

De providencia contra transfretacionem regis.—Rex P. Peyvr', salutem. Mandamus vobis quod de consilio B. Pech' retineatis ad opus nostrum et familie nostre xx. naves de melioribus navibus arestatis contra transfretacionem nostram et provideatis quod sufficienter habeamus victualia quantum opus fuerit ad tot naves, videlicet ut in baconibus et aliis carnibus salitis, gallinis, ovis, farina et sale et aliis necessariis, ita quod nichil nobis desit in victualibus contra predictam transfretacionem contra quam precepimus nobis provideri a custodibus episcopatus Winton' in mille quarteriis frumenti et mille quarteriis avene et mille baconibus et a vicecomitibus Surr', Sutht' et Sussex' in mille et d. baconibus praeter bladum et vinum, de quibus aliunde nobis provideri precepimus. In nave vero illa qua nos et regina nostra transfretaturi sumus cameras decentes fieri et eas lambruscari faciatis et passagium nostrum ita provideatis in omnibus quod omnia prompta et parata sint in adventu nostro et quod inde vos possimus merito commendare. Precepimus eciam Michaeli Pincerne quod retineat ad opus nostrum cc. dolia vini de quibus capere potestis quantum necesse fuerit ad naves nostras muniendas. Et cum custum scierimus quod apposueritis in provisione predicta illud vobis per litteras nostras faciemus allocari, ut autem plenius intendere possitis provisioni predicte, de provisione facienda ad opus nostrum contra instans Pascha non est vobis curandum, quia alios assignavimus ad provisionem illam faciendam. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Wincheless' quod diligenter intendentes sint vicecomiti Sussex' ad galias regis bene preparandas, ita quod possint currere et quod prompte sint ad Pascha Floridum apud Portesm' bene munite tam de gentibus quam de omnibus aliis que ad ipsas pertinent, quod nullus in eis inveniatur defectus. Teste ut supra.

Mandatum est Paulino Peyvr' et B. Pech' quod de ducentis doliis vini que rex precepit Michaeli Pincerne retinere ad opus regis capiant quantum necesse fuerit ad naves regis muniendas contra transfretacionem regis, quia rex precepit eidem Michaeli quod eis inde liberet quot dolia voluerint ad easdem muniendas. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Michaeli quod eis liberet etc. ut supra. Teste ut supra.

Mandatum est B. Pech' quod de consilio P. Peyvr' retineat ad opus regis xx. de melioribus navibus arestatis contra transfretacionem regis et quod provideat regi de victualibus et omnimodis necessariis secundum quod per litteras quas rex ei mittet plenius constare poterit et mandatum est predicto B. Pech' quod una cum predicto P. ad hoc intendat. Teste ut supra.

Pro priore de Theford'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod averia prioris de Theford' que cepit occasione tallagii assisi super dominica que fuerunt comitis Warr' ei replegiari faciat usque in unum mensem a die Pasche, ut tunc per barones de Scaccario discutiatur utrum tallagium illud sit de feodo comitis Norf' in villa

1242.

de Theford', sicut prefatus prior dicit, an de feodo comitis Warr', occasione cujus tallagium illud est assisum. Teste rege apud Norwic', xxij. die Marcii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod prefato priori provideant inde super justiciam exhiberi. Teste ut supra.

Pro Leticia que fuit uxor Willelmi Emerycy.—Rex perdonavit Leticie que fuit uxor Willelmi Emery viginti solidos qui ab ea exiguntur per summonicionem Scaccarii et quos regi promisit pro quodam brevi habendo. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod predictam Leticiam de predictis xx. solidis quietam esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Leycestrie quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lung'speye.—Mandatum est B. Pech' et Johanni de Colemere quod faciant habere Willelmo Lung'speie de navibus arestatis contra transfretacionem regis tot naves quot necesse fuerit ad transfretacionem suam cum rege. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel'.—Mandatum est eisdem quod faciant habere Johanni Maunsel unam bonam et securam navem ad transfretandum in serv[ic]io regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lung'speye.—Quia rex talliari facit burgos et dominica sua, mandatum est vicecomiti Middelsex', quod Willelmo Lungespeye racionabile tallagium habere faciat de hominibus suis de Wuxebrug'. Teste ut supra.

[m. 6.] *De galeis.*—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod omnes galias regis Hybernie bona gente et aliis necessariis bene muniri faciat et mittat ad regem in Angliam, ita quod ad Clausum Pasche ad ultimum sint apud Portesm' parate ire in servicium regis. Et cum rex custum scierit quod ad hoc posuerit faciet illud allocari. Teste rege apud Bromholm', xxiij. die Marcii.

Wallia.—Rex Johanni Extraneo, justiciario Cestr', salutem. Mandamus vobis quod, retentis duobus militibus ad municionem et custodiam castrorum nostrorum de Rothelan et de Rupe quos melius videris (*sic*) retinendos de illis qui nunc sunt ibidem, similiter retentis de servientibus quos videris retinendos, omnes alios tam milites quam servientes ad nos mittatis, providentes quod castra illa bene custodiantur et ad minus custum quod poteritis; et solidos militum illorum et servientum quos ibi ponetis, eis solvatis de exitibus comitatus Cestrie. Teste ut supra.

Pro R. de Cresy.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod terras R. de Cresy quas cepit in manum regis per preceptum regis ea occasione quod sine licencia regis duxit in uxorem J. filiam Johannis de Breytoft ipsum R. excolere et seminare permittat, ita quod per hoc nichil seisine vel juris ei accrescat. Teste ut supra.

1242.

De xxv. marcis remissis domino regi a priore de Bromholm'.—Memorandum quod prior de Broholm' remisit domino regi viginti et quinque marcas quas dominus rex ei debet de annuo redditu quinque marcarum quem habet predictus prior per cartam domini regis.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod civitates, burgos et dominica regis in Hybernia faciat talliari et omnes tam abbates et priores quam alios viros religiosos de Hybernia et precipue abbatem Sancti Thome de Dublin' ex parte regis roget et modis quibus poterit efficaciter inducat quod regi subveniant de auxilio ei faciendo contra transfretacionem regis, ita quod rex grates ei referat speciales. Teste ut supra.

Pro J. de Gatesden'.—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod faciant habere J. de Gatesden' unam bonam navem vel duas, si necesse fuerit, ad transfretandum cum rege. Teste rege apud Holt', xxiiij. die Marcii.

De quodam vase aureo.—Mandatum est thesaurario regis Lond' quod fieri faciat quoddam vas aureum rotundum bene operatum ad inponendum capud cujusdam Sancti. Et cum rex custum scierit, faciet ei habere breve de Liberate; et quod provideat quod predictum vas promptum sit ad instans Pascha. Teste ut supra.

De jocalibus emendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod per visum mercatorum emi faciat ad opus regis sexcentas mercatas anulorum et firmaculorum qui consistant in opere ponderis cum pulcris lapidibus et opere decenti, ita quod rex habeat illa jocalia ad proximum adventum suum Lond'. Et rex custum jocalium predictorum ei per breve de Liberate ad Scaccarium Pasche reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Roberto de Tateshal'.—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod faciant habere nuncio Roberti de Tateshal' unam bonam navem vel duas, si necesse fuerit, ad transfretandum cum rege. Teste rege apud Walsingham, xxv. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chipeham quod faciat habere Johanni filio Galfridi v. bonas quercus in foresta de Chipenham ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege ibidem, xxvj. die Marcii.

De tradendo in ballio.—Rex vicecomiti Sumers', salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam a te fieri precepimus quod Rannulphus de Flory et Willelmus de Paldan', capti et detenti in prisona nostra apud Ivelcestr' pro incendio unde appellati sunt, appellati sunt inde odio et athia et non eo quod inde culpabiles sunt, tibi precipimus quod, si uterque eorum invenerit tibi xij. probos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam etc., ad standum recto, si quis versus eos inde loqui voluerit, tunc predictos Rannulphum et Willelmum illis xij^cim^ tradas in ballium, sicut predictum est. Et habeas etc. Teste ut supra.

1242.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivis de Fekeham quod per visum vicecomitis Wygorn' faciant habere abbati de Evesham xx. matrices bremias in vivario de Fekeham, de dono regis. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto vicecomiti quod illuc accedat ad mandatum regis eis directum exequendum.

Pro Avelina que fuit uxor Thome filii Roberti.—Rex vicecomiti Notingham et Dereby, salutem. Precipimus tibi quod occasione precepti nostri quod nuper tibi fecimus de medietate terrarum que fuerunt Thome filii Roberti in balliva tua assignanda Roberto de Lathun' et Johanne uxori ejus, que est una de heredibus predicti Thome, non permittas quod Avelina que fuit uxor predicti Thome dissaisietur de aliqua parte dotis sue quam ei fecimus assignari de terris predictis. Et, si in aliquo eidem Aveline fuerit injuriatum super dote predicta occasione predicti precepti nostri, id ei sine dilacione facias emendari, quia non fuit nostre intencionis si predictis Roberto et Johanne racionabilem partem ipsius Johanne que eam continget de terris predictis faceremus assignari, predicte Aveline aliquid auferetur de dote predicta. Teste rege apud Chipenham, xxviij. die Marcii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Leyrc'.

De providencia.—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod faciant habere in portu propinquiori de Pageham ballivo de Suthmalling' unam bonam navem vel duas, si una non sufficiat, ad deferendum mille summas bladi. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel quod personaliter accedat usque Portesm' ad providendum passagium regis una cum B. Pech' et J. de Colemere, ad quod faciendum mandatum est fratri Hugoni de Stocton' et Willelmo de Haverhull' quod eis liberent d. libras. Teste ut supra.

De providencia contra Pascha.—Mittit dominus rex Johannem Flandrensem ad providendum una cum Simone de Norwic', custode episcopatus Lond', ad providendum una cum eo (*sic*) de exitibus episcopatus Lond' que necessaria fuerint contra instans Pascha; et mandatum est Simoni de Norwic' quod de predictis exitibus denarios ad hoc inveniat. Teste rege apud Ditton', xxx. die Marcii.

De perdonacione.—Rex perdonavit B. Pech' xv. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro quodam fine quem Radulfus de Bereford' fecit cum rege eo quod duxit in uxorem Mariam que fuit uxor Radulfi filii Briani, que spectat ad donacionem regis, sine licencia regis. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ipsum inde pacem habere permittat.

Pro Johanne de Jevenny.—Quia rex talliari fecit dominica sua, mandatum est vicecomiti Surr' quod Johanni de Juvenny faciat habere racionabile auxilium de hominibus de Ewell' que fuit anticum dominicum antecessorum regis. Teste rege apud Crucem Roesie, j. die Aprilis.

1242.

Pro Willelmo de la Lunde.—Eodem modo scribitur vicecomiti Devon' pro Willelmo de la Lunde de hominibus de Bradenes' talliandis. Teste ut supra.

De d. libris deponendis in castro de Porecestr'.—Rex constabulario de Porecestr', salutem. Precipimus tibi quod d. libras quas vicecomes Lond' cariari faciet usque Porecestr' deponi facias in eodem castro per visum et consilium B. Pech', W. Hardel et Johannis de Colemere, vel unius eorum; ipsis liberum ingressum et egressum ad eundem thesaurum, quando voluerint, habere permittat. Teste ut supra.

Pro Philippo Mimekan.—Mandatur Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod balliam Philippi Mimekan quam Johannes de Nevill' cepit in manum regis pro vasto, ut dicitur, eidem Philippo replegiari faciat; et, si idem Johannes aliquid ceperit de balliva predicta, id ei restitui faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de ballia Hugonis de Stratford'.

De providencia contra transfretacionem regis.—Rex P. Peyvr', salutem. Mandamus vobis quod de quarteria farine in doliis vacuis que ematis apud Winton' et alibi locata cariari faciatis usque Portes' et ea in navibus ibidem ad opus nostrum arestatis custodiri faciatis. Et cum custum predictorum sciverimus, illud vobis allocari faciemus. Teste rege apud Dineleg', ij. die Aprilis. [*Cancelled.*]

Rex eidem, salutem. Mandamus vobis quod, praeter alia blada que per alia brevia nostra a vobis provideri mandavimus contra passagium nostrum, provideatis nobis de m. quarteriis avene contra predictum passagium; et, si avenam predictam vel denarios ad eam emendam de exitibus episcopatus Winton' non habueritis, nichilominus eam queratis et custum ejus nobis scire faciatis, et nos denarios ad eam emendam vobis mittemus. Teste ut supra. [*Cancelled.*]

Pro Hugone de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' quod ipse et heredes sui habeant unum mercatum apud manerium suum de Norton' per diem Jovis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod predictum mercatum clamari et teneri faciat. Teste rege apud Sanctum Albanum, iij. die Aprilis.

Canonici de Wudechirch'.—Rex Nicholao de Molis, salutem. Cum, sicut audivimus, canonici de Wudechirch' xx. solidos annuos de elemosina constituta a predecessoribus W. quondam comitis Warenn', in villa de Erdeslawe percipere consueverunt, vobis mandamus quatinus nullum inferatis aut inferri permittatis impedimentum canonicis memoratis quominus predictum redditum percipere possint in villa predicta, sicut percipere consueverunt. Teste ut supra.

De balistis tendendis.—Mandatum est Bertramo de Cryoyl quod omnes balistas regis que sunt in castro Dovor' et in Turri London' tendi faciat, ita quod rex scire possit de quibus earum confidere possit. Teste rege apud Harghes', iiij° die Aprilis.

1242.

De navibus de Sniterleg' et de Merston'.—Rex vicecomiti Norf', salutem. Precipimus tibi quod omnes naves de Sniterleg' et de Merston' arestatas contra transfretacionem nostram que non possunt bene ferre xvj. equos ad minus abire permittas quo voluerint. Teste ut supra.

De pane emenda.—Mandatum est ballivis de Wicumb' quod contra instans festum Pasche venire faciant usque Westm' c. solidos panis videlicet iiij[or] panes ad denarium ; et rex denarios ipsos eis habere faciet. Teste rege apud Windl', v. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Pless' quod in foresta de Chipenham faciat habere priori de Ponte Fracto vj. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege ibidem, vj. die Aprilis.

De vinis ad municionem castri Dovor'.—Mandatum est ballivis de Wincheless' quod sexcies xx. dolia vini que arestata sunt apud Wincheless' per visum proborum et legalium hominum apreciari faciant, quibus apreciatis, bonam securitatem capiant a magistris navium qui vina illa ducunt quod divertent se cum vinis illis usque Dovor' et ea ibidem liberari faciant constabulario Dovor' ad municionem ejusdem castri ; accepta eciam securitate ab eis quod, ex quo vina illa predicto constabulario liberaverint, statim cum navibus suis redibunt usque Portesm' prompti ad eundum in servicium regis. De precio autem predictorum vinorum regi certificent et rex cum illud sciverit illis, quorum vina predicta sunt, reddi faciet. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod omnes denarios quos habere poterit de thesauro Hybernie secum deferat ad opus regis contra transfretacionem regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est senescallo J. de Munemuth' de Nova Foresta quod in predicta foresta faciat habere abbati de Bello Loco Regis x. quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Franco de Brene.—Rex concessit Franco de Brene totam terram cum pertinenciis quam Willelmus de Longo Campo tenuit de J. quondam comite Linc', in Crofton' et in Brafford' usque ad legalem etatem heredis ipsius comitis. Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod de predicta terra cum pertinenciis ei seisinam habere faciat. Teste ut supra. Et habet inde litteras patentes.

[m. 5.] *De frumento et avena cariandis.*—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuar' quod, non obstante mandato alias eis directo de septingentis summis frumenti et c. avene et cc. ordei cariandis ad propinquiorem portum de Pageham et in naves ibidem ponendis et ad partes transmarinas nobiscum adducendis, cariari faciatis (*sic*) ibidem septingentas summas frumenti et ccc. avene ; et ordeum premittatis. Teste ut supra.

1242.

De quadam navi.—Mandatum est ballivis de Bristoll' quod, si navis de Droghda in qua Simon le Mercer applicuit ita confracta sit quod non possit comode ferre xvj. equos vel plures, eam abire permittant quo voluerit. Teste ut supra.

De subbosco vendendo.—Rex concessit et licenciam dedit Willelmo Talemach' quod in foresta de La Bere vendat Magistro Henrico de Secus' subboscum xl. acrarum. Et mandatum est Eng' de Pratell' quod ipsum Willelmum ei subboscum illum vendere permittat.

Pro fratribus hospitalis de Duninton'.—Rex J. Extraneo, justiciario Cestr', salutem. Intimatum est nobis ex parte magistri et fratrum hospitalis de Duninton' quod temporibus J. quondam comitis Linc', et predecessorum suorum quasdam decimas de elemosina sua constituta in maneriis suis de Hauton' et Roncour' percipere consueverunt, et ideo vobis mandamus quod diligenter inquiri faciatis si quas decimas et quales predicti magister et fratres perceperint tempore predicti comitis donec custodia terrarum suarum deveniret in manum nostram ; et qualescumque per inquisicionem predictam inveneritis eos percepisse tempore predicto, ipsos in eisdem maneriis easdem percipere permittatis adeo plene sicut eas habere consueverunt. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi terrarum predicti comitis.

De quercubus datis.—Mandatum est S. de Norwico, custodi episcopatus Londoniensis, quod faciat habere [Emerico *erased*] Egidio de Cancell' in bosco propinquiori de Calewedon' v. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Herefordensi episcopo, de una navi.—Mandatum est ballivis de Bristoll' quod faciant habere ballivis P. Herefordensis episcopi, unam navem ad harnesium ipsius episcopi ad partes transmarinas deferendum. Teste ut supra.

Pro hominibus de Andever'.—Mandatum est vicecomiti Sutht' quod non distringat homines de Andevr' occasione firme ville sue de anno etc. xxv. regi reddende, ad quam recipiendam ab eis rex attornavit Hubertum Hose, et averia sua ea occasione capta eis deliberet. Teste rege apud Windlesor', viij. die Aprilis.

De navibus ad opus regis.—Mandatum est B. Pech' et sociis suis quod iij. magnas naves de Baion' et navem Walteri le Flemeng' que vocatur la Haytee retineat specialiter ad opus regis et ad garderobam regis deferendam. Teste ut supra.

De j. navi ad opus Johannis de Gatesden'.—Mandatum est B. Pech' et sociis suis quod faciant habere Johanni de Gatesden' Johanettam, navem Hugonis Balinarii, ad transfretandum cum rege. Teste ut supra.

Pro prioratu de Kirkeby.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod, non obstante precepto regis de prioratu de Kirkeby in manum regis capiendo, amotis custodibus quos in eodem prioratu posuit per

1242.

preceptum regis, permittat Defensorem, monacum Sancti Nicholai Andeg', habere liberam aministracionem ejusdem prioratus, salvo tamen jure prioris de Spalding', si quod habet. Teste rege apud Windles', ix. die Aprilis.

De quercubus ad operaciones de Windes'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod permittat Magistrum Simonem carpentarium capere c. quercus in bosco de Alfsiesholt' ad opera regis de Windles' perficienda. Teste rege ibidem, x. die Aprilis.

Eodem modo scribitur ballivo de Penber' de l. quercubus in foresta de Penber' ad eodem opera. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Oddingesell'.—Rex concessit Willelmo de Oddingeseles et heredibus suis unum mercatum apud manerium suum de Sulihull' singulis septimanis per diem Mercurii et ibidem unam feriam singulis annis per iij. dies duraturam, scilicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Alphegi. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod mercatum et feriam per totam ballivam suam clamari et teneri faciat. Teste ut supra.

De compoto audiendo.—Mandatum est constabulario et custodibus operacionum de Windles' quod recipiant conpotum Edwardi vitrearii de xxx. marcis quas rex ei habere fecit, in quo scilicet illas posuerit, et, audito compoto predicto, eidem Edwardo stipendia sua inveniant, sicut ceteris operariis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est parcario de Havering' quod permittat Willelmum de Braus' capere xl. damas ad opus regis ibidem contra instans Pascha. Teste rege apud Westm', xiiij. die Aprilis.

De pisce capiendo.—Mandatum est custodi episcopatus Londoniensis quod piscari faciat in vivario episcopatus predicti contra Pascha et piscem quem ceperit regi mittat Lond'. Teste ut supra.

De vinis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere vicecomitibus Lond' lx. dolia vini carianda usque Windles' ad municionem castri de Windles'. Teste ut supra.

De servientibus ad pacem regis custodiendam.—Mandatum est custodi episcopatus Cestrensis quod provideat de sex servientibus qui melius possint et velint custodire pacem regis in comitatu Stafford' et singulis eorum faciat habere unum denarium in die a Pascha anno etc. xxvj. usque ad festum Sancti Petri ad Vincula anno eodem, et rex denarios ipsos ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Bartholomei de Subir'.—Rex remisit priori Sancti Bartholomei de Subir' auxilium regi faciendum contra transfretacionem suam, propter paupertatem domus predicte. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod averia sua ea occasione capta ei deliberet, et ipsum propter hoc de cetero non vexet. Teste ut supra.

1242.

De damis datis.—Mandatum est ballivo manerii de Huneden' quod in parco de Huneden' faciat habere Willelmo de Cantilupo viij. damas et ij^{os} damos vivos ad quendam parcum suum instaurandum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Nevill' quod faciat habere fratribus hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxon' xij. quercus in foresta de Pauncehal' ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westm', xv. die Aprilis.

[m. 4.] *Pro Bertramo de Cryoyl.*—Rex perdonavit Bertramo de Cryoyl l. solidos per quos finem fecit cum rege pro debito quod Johannes de Cryoyl, pater ipsius Bertrami, regi debebat. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Bertramum de predictis l. solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Westm', xvj. die Aprilis.

Pro Johanne de Stutevill'.—Rex recepit a Johanne de Stutevill' servicium ab eo regi debitum in partibus transmarinis ; et mandatum est vicecomiti Notingham' quod ipsum occasione servicii predicti non distringat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

[*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta de Brehull' faciat habere abbati de Sancto Albano xv. quercus ad maeremium ad fabricam nove aule sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Wridefen.—Mandatum est vicecomiti Var' quod Rogero de Wridefen talem seisinam de terra sua cum pertinenciis in Wridefen habere faciat qualem inde habuit antequam detrusus esset in prisonam a qua deliberatus fuit per patriam suam super quam se posuit, cum indictatus fuit de latrocinio, et dampna que ei illata sunt occasione inprisonamenti sui de domibus suis usurpatis et aliis ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Rex dedit respectum Johanni de Stutevill' de servicio trium militum quod regi debet donec rex venerit in Wasconiam, ita quod servicium [ill]ud tunc ibi regi faciat. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod propter predictum servicium regi faciendum interim eum non distringat. Teste rege apud Westm', xvij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Notingham'.

De providencia contra transfretacionem regis.—Rex custodibus episcopatus Wyntoniensis, salutem. Mandamus vobis quod de exitibus ejusdem episcopatus fieri faciatis trescenta quarteria farine frumenti exceptis mille . . . usque Portesm' . . . decem quarteria . . . de farina avene et duodecim quarteria . . . usque Portesm'. . . . quarteria carbon' quinque batellatas de sicca busca, et bordos, clavos et maeremium quantum necesse fuerit ad cameram nostram . . . ad easdem naves. Et cum sciverimus custum, illud vobis in exitibus . . .

[*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

1242.

[*De provide*]*ncia contra transfretacionem regis.*—Rex Hugoni de Stocton', thesaurario Templi London', salutem. Mittimus ad vos Petrum Chaceporc, Hartaud' de Sancto Romano, et Johannem . . . Edwardum filium Odonis ad videndum thesaurum nostrum quod penes vos est depositum, mandantes quod de predicto thesauro ipsos capere permittatis tantum quantum eis injunximus . . . s . . . um nostrum. Teste ut supra.

Rex custodibus episcopatus Wintoniensis. Mandamus vobis quod de bladis ejusdem episcopatus moli faciatis ccc. quarteria frumenti, exceptis mille quarteriis frumenti que cariari precepimus usque Portesm' et v. quarteria de gruello fieri et x. quarteria avene moli, et omnia predicta simul cum xij. quarteriis fabarum fractarum mittatis usque Portesm', simul cum x. quarteriis pisarum c. quarteriis salis l. quarteria carbonum v. batellatis de sicca busca, . . . bordos et clavos . . . et . . . maeremium quantum necesse fuerit ad navem nostram et regine nostre et ad alias naves nostras et tria milia ulnarum cane . . . . . picheros, cyphos et scutellas quantum necesse fuerit ad . . . ibidem mittatis. Et cum custum sciverimus illud vobis in exitibus predictis. . . . Teste ut supra.

[*De qu*]*ercubus datis.*—Mandatum est custodi episcopatus Londoniensis quod in bosco de Heryngh' faciat habere Magistro . . . de Burdegal' . . . quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westm', xx. die Aprilis.

[*De per*]*donacione.*—Rex perdonavit hominibus Petri de Sabaudia de honore Richemund' xx. libras quas solvere debent de communi fine facto coram justiciariis ultimo itinerantibus in Richemund'. . . . Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

[*De*] *roboribus datis.*—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere in foresta de . . . ., de dono regis. Teste rege apud . . .

Pro ballivis portus de Dovor' [Cancelled]. *Pro abbate de Cesariburg'.*—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod abbatem de Cesariburg' cum xij. hominibus et totidem equis suis sine inpedimento permittant transfretare. Teste me ipso apud . . .

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Stephanus de Winebatesham captus et detentus in prisona abbatis de Rames' pro morte Johannis le Bracur unde appellatus est, appellatus est de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Norf' quod si predictus Stephanus invenerit ei xij. etc. tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

Pro mercatoribus ultramontanis.—Rex majori et vicecomitibus London', salutem. Mandamus vobis quod permittatis mercatores ultramontanos facere mercandisas suas sicut prius consueverunt . . . quod vobis . . . de ipsis impediendis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur thesaurario et sociis suis pro eisdem.

1242.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivis archiepiscopatus Cantuar' quod in boscis de Hereghes' faciant habere Thome de Newerk' sex quercus ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windl' . . . die Aprilis.

De conpoto audiendo.—Mandatum est barronibus de Scaccario quod audiant conpotum Walteri de Tywe de manerio de Bladen' quod est in custodia sua a tempore quo manerium illud devenit in manum suam per mortem Galfridi de Hauwill'. Teste ut supra.

De prisone cariando.—Mandatum est constabulario Turris London' quod Ricardum de Marisco, prisonem, clericum, liberari faciat Galfrido de Marisco, Willelmo filio Warini, Radulfo Blundo, Nicholao de Limmeseye et Gylun de Chaumbray, cariandum ad castrum Divisarum, sicut rex eis precepit. Teste rege ut supra.

Pro Rois' de Dovr'.—Mandatum est justiciariis Judeorum quod non distringant vel distringi permittant Roisiam de Dovr', uxorem Ricardi Fiz le Rei per maneria sua de Wenden et Chingelford' in comitatu Essex' et maneria sua de Norwod' et Lesnes in comitatu Cancie occasione alicujus pecunie quam idem Ricardus mutuo acceperit a Judeis, quia eadem maneria assignata fuerunt coram rege predicte Roisie ad sustentacionem suam. Teste rege, xxiiij. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Essex' et Kanc' pro eadem Roisia de predictis maneriis. Teste ut supra.

De x. roboribus dandis Fratribus Minoribus.—Rex Johanni de Nevill', salutem. Mandamus vobis quod facias habere Fratribus Minoribus Oxon' x. robora in foresta de Bernewod' ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

De balistis liberandis P. de Sabaud'.—Rex constabulario Turris Lond', salutem. Mandamus vobis quod liberetis [dilecto avunculo nostro *erased*] Petro [de Sabaudia *erased*] Chaceporc ad opus nostrum xl. balistas de cornu, ad turnum et ad duos pedes, que sunt in custodia vestra apud Turrim Lond'. Teste ut supra.

De prisone cariando.—Rex Radulfo Blund, Willelmo filio Warini, Nicholao de Limes' et Nigello, servientibus suis, salutem. Precipimus vobis quod G. de Marisc', clericum, prisonem nostrum, quem constabularius Turris Lond' vobis liberabit per preceptum nostrum, recipiatis et sub conductu vestro salvo custodiri faciatis usque castrum nostrum Divisarum liberandum ibi constabulario nostro cui mandavimus quod illum recipiat. Et mandavimus vicecomitibus nostris Lond' quod vobis ad hoc cariagium inveniant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod faciat habere Fratribus Predicatoribus Oxon' xv. quercus in foresta de Bernewud', de dono regis. Teste rege apud Rading', xv. die Aprilis.

1242.

Pro Bertramo de Cryoyl'.—Rex perdonavit Bertramo de Cryoyl cv. libras et x. solidos de debito patris sui quod regi debuit de debitis Judeorum et unde finem fecit cum rege ad reddendum per annum l. solidos. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predicto debito ipsum Bertramum quietum esse faciant. Teste rege apud Rading', xxvj. die Aprilis.

Mandatum est baronibus de Scaccario. [*Cancelled.*]

De busciis acquietandis.—Rex vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod viginti buscia que parata sunt ad opus nostrum contra transfretacionem nostram acquietari faciatis et kariari usque Portesm'; et cum eorum custum sciverimus et kariagium ea nuncio vestro apud Portesm' reddi faciemus. Teste ut supra.

Pro executoribus R. quondam Lond' episcopi.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus dilectis nobis in Christo executoribus testamenti R. quondam Lond' episcopi, quod de decem marcis ad quas idem episcopus amerciatus fuit coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Essex' invenient unam lambadem vel cereum ardentem juxta corpus ejusdem episcopi in ecclesia Sancti Pauli Lond' [vel alio modo ipsas pro anima ipsius episcopi in pios usus convertant *cancelled*]. Et ideo vobis mandamus quod ipsos executores de predictis x. marcis quietos esse faciatis. Mandamus eciam vobis quod de amerciamentis que exigitis a predicto episcopo de tempore suo antequam carta sua judicata esset ad Scaccarium nostrum per quam idem episcopus asserebat se debere habere omnia hominum suorum et percepit amerciamenta illa ante judicium illud et que post judicium illud ei et capitulo suo fuerint abjudicata percipienda prefatis executoribus ad prefatum Scaccarium judicium sine dilacione habere faciatis. Teste ut supra.

Rex custodibus episcopatus Lond', salutem. Quia executores testamenti R. quondam Lond' episcopi, excolunt terras ejusdem episcopatus ad opus nostrum a tempore mortis sui, precipimus vobis quod omnes operaciones in omnibus maneriis ipsius episcopatus presentis anni usque ad festum Beati Petri ad Vincula proximo venturum predictos executores libere permittatis habere. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Rex custodibus vinorum suorum de Westm', salutem. Precipimus vobis quod Alisie uxori Willelmi Lemoinne faciatis habere unum dolium vini, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro sororibus de Boclond'.—Rex concessit sororibus de Boclond' quod singulis septimanis, dum rex fuerit in partibus transmarinis, habeant ij^as^ carectatas busce ad focum suum in bosco de Neweham' ultra quam habere consueverunt, de dono regis. Et mandatum est [baronibus de Scaccario *erased*] R. de Moyun, justiciario foreste, quod predictas ij^as^ carectatas busce in prefato bosco ipsas sorores sine impedimento habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1242.

Pro Gilberto de Segrave.—Rex perdonavit Gilberto de Segrave l. solidos quos regi debuit ad hoc Scaccarium Pasche anno etc. xxvj. de firma hundredi de Gosecot', et vj. libras quas regi debuit ad idem Scaccarium de firma manerii de Kinton', et vij. libras et x. solidos qui regi a retro sunt de debitis que Robertus de Chaumcumbe regi debuit, de quibus idem Gilbertus regi debuit respondere. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis l. solidis, vj. libris, vij. libris et x. solidis ipsum quietum esse faciant. Teste rege apud Winton', xxviij. die Aprilis.

Pro Viviano de Alneport.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quod permittat Vivianum de Alneport habere magistralem serjanciam de Malcklesfeld', sicut eam habere debet et consuevit tempore Ranulfi, quondam comitis Cestr', qui eum inde per cartam suam feofavit. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westm' quod de vinis que sunt in custodia sua faciat (*sic*) habere fratri Johanni elemosinario ij. dolia boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodibus vinorum regis apud [Wintoniam *erased*] Wudestok' de uno dolio vini dato eidem Johanni. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem de uno dolio vini dato Radulfo de Sancto Sampsone. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio filio (sic) *Henrici.*—Rex concessit Willelmo filio Henrici custodiam filie et heredis Roberti de la Berton' usque ad legitimam etatem ipsius heredis et maritagium ipsius quantum ad regem pertinet. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem Willelmo de predicta custodia plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Waleramo Teutonico.—Mandatum est Ricardo le Turnur et ceteris probis hominibus de Brehull' quod domos de Brehull' liberent Walerano Teutonico cui rex ipsas comisit custodiendas, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

Pro Andrea Luvel.—Rex ad instanciam Roberti Passelewe perdonavit Andree Luvel forisfactum quod fecit in foresta de Clive, pro quo captus fuit et in prisona apud Norhampton detentus. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu predicto quod prefatum Andream inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De denariis datis domino regi contra transfretacionem regis.—Frater Robertus, monachus de Kirkested', liberavit regi in garderoba apud Winton' x. marcas quas abbas et conventus ejusdem domus regi dederunt in auxilium contra transfretacionem suam. Teste rege apud Winton', xxix. die Aprilis.

Henricus Polein, monachus Glaston', liberavit regi ibidem l. marcas pro eodem. Teste ut supra.

1242.

Thomas, capellanus Wigorniensis episcopi, monachus Wigornie, liberavit regi ibidem xxx. marcas quas regi dederunt prior et conventus Wigorn'.

Frater Lucas, conversus de Swinesheved, liberavit regi ibidem v. marcas quas abbas et conventus de Swinesheved dederunt regi pro eodem.

Pro Mabilla filia Roberti de Mucegros.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod Mabille filie Roberti de Mucegros que fuit uxor Hervei de Stafford' plenam seisinam habere faciat de custodia terre que fuit Radulfi de Mutton' in Ingerstrent, Grettewich' et in Rowell' quam ipse Herveus eidem Mabille reliquid (*sic*) in ultima voluntate sua. Teste ut supra.

[m. 3.] *De thesauro cariando.*—Mandatum est vicecomitibus London' quod thesaurum regis quem thesaurarius et camerarii eis liberabunt, sub salvo conductu eam si necesse fuerit per gentes armatatas (*sic*) cariari faciant usque Portesm'. Et cum dominus rex custum quod in cariagio illo posuerint [sciverit], breve de allocate eis inde faciet habere. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Petrus Chever' et Ricardus Ave, capti et detenti in prisona H. de Burgo comitis Kancie de Westhal' pro morte Rogeri Oliver, unde rettati sunt, rettati sunt de morte illa odio et atia etc., mandatum est vicecomiti Suff' quod si uterque ipsorum invenerit ei xij. liberos et legales homines etc., qui eum etc., tunc ipsum tradat etc. Teste ut supra.

Mandatum est barronibus de Scaccario (*cancelled*).

De damis datis.—Mandatum est Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod faciat habere Johanni de Crakhal' ij^os^ damos in bosco de Brampton' vel in foresta de Sapel', ubi commodius capi possunt, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere abbati Westm' viij. damos ad festum Beati Petri ad Vincula, sicut rex ei concessit, singulis annis percipiendos ad idem festum per cartam regis. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti E. quondam Cantuariensis archiepiscopi.—Rex custodibus archiepiscopatus Cantuariensis, salutem. Precipimus vobis quod omnia bona que supersunt de bonis felicis memorie E. quondam Cantuariensis archiepiscopi, habere faciatis exsecutoribus testamenti sui ad exsecucionem ejusdem testamenti faciendam. Et omnia bona que fuerunt ipsius archiepiscopi et cesserunt in usus nostros reddi faciatis eisdem exsecutoribus de exitibus ejusdem archiepiscopatus ad exsecucionem prefatam faciendam, ita quod occasione nostri nihil deperiat dicto testamento. Retentis tamen ad opus nostrum carucis maneriorum ejusdem archiepiscopatus pro racionabili precio, de quo precio satisfaciatis exsecutoribus predictis. Diligenter eciam fieri faciatis inquisicionem in presencia prefatorum executorum si qui aliquid habuerunt de bonis ipsius archiepiscopi et, si quos inveneritis qui bona aliqua de suis

1242.

habuerunt per inquisicionem illam, illos distringatis ad bona illa sine dilacione reddenda prefatis executoribus. Distringi eciam faciatis omnes ballivos et prepositos de tempore ipsius archiepiscopi ut prefatis executoribus de tempore suo real . . . compotum reddant et eis inde sine dilacione satisfaciant. Teste me ipso apud Winton', primo die Maii anno regni nostri xxvj.

De quercubus datis.—Mandatum est Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod in foresta de Den' faciat habere Fratribus Predicatoribus Bristoll' x. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Horton.—Rex vicecomiti Norht', salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam a te fieri precepimus quod tres obolate redditus cum pertinenciis in Quenton' que fuerunt Ricardi filii Mathei qui abjuravit regnum nostrum Anglie pro morte hominis ex[t]iterunt in manu [nostra] per unum annum et unum diem; et quod idem Ricardus tenementa unde redditus ille proveniebat tenuit de Willelmo de Horton', tibi precipimus quod predicto Willelmo de predicto redditu plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro abbate et conventu de Derleg'.—Rex perdonavit abbati et conventui de Derleg' quinque marcas quas regi concesserunt in auxilium contra transfretacionem suam, propter nimiam eorum paupertatem. Et mandatum est vicecomiti Dereby quod ipsos propter illas v. marcas non distringat. Teste ut supra.

De perdonacione pro Roberto de Mares.—Rex perdonavit Roberto de Mares xxxvij. solidos et ix. denarios qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de debito Willelmi de Sancto Michaele racione custodie Laurencii heredis predicti Willelmi in manu sua existentis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Robertum et Laurencium inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro Bernardo de Sabaudia.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod omnes exitus et omnia proficua que recepit de terris que fuerunt Rogeri de Akeni in balliva sua a tempore quo eedem terre fuerunt in manu regis faciat habere Bernardo de Sabaudia, cui rex custodiam omnium terrarum que fuerunt ejusdem Rogeri, dedit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferariis.—Rex perdonavit Willelmo de Ferariis x. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de tallagio manerii de Bolesovr'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De denariis datis domino regi contra transfretacionem regis.—Rex recepit a fratre Galfrido de Nutteclive, monacho de Persor', x. marcas de promissione sua contra transfretacionem regis in Wasconiam. Teste ut supra.

De maeremio ad domos regis in comitatu Norhampton'.—Mandatum est Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod permittat vicecomitem Norhampton' capere maeremium in bosco de Ferme per

1242.

visum forestariorum et viridariorum ad domos de Clive et Brikestok' reparandas et ad alias operaciones faciendos et permittat eundem vicecomitem capere maeremium in bosco de Hanleg' ad domos de Selveston' similiter reparandas, ut rex eidem vicecomiti injunxit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod in bosco de Hereghes faciant habere Magistro Elye de Derham vj. robora ad faciendum unum rogum ad cancellum ecclesie de Herghes, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Sabina que fuit uxor H. de Ortiaco.—Rex cepit homagium Sabine que fuit uxor Henrici de Ortiaco de terris que predictus Henricus tenuit de rege in capite in comitatibus Dors' et Sumers' de hereditate ipsius Sabine. Et mandatum est vicecomiti Dors' et Sumers' quod de terris predictis ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, quod in foresta de Braden' faciat habere Fulconi Basset, decano Eboracensi, xv. damas et v. damos ad parcum suum de Wutton' instaurandum, nisi Gilbertus Basset prius eas habuerit, cui rex ipsos dedit ad eundem parcum instaurandum. Teste rege apud Merewell', ij. die Maii.

Pro Judeis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod distringatis Maydin que fuit uxor Jacobi Crespin ad reddendum Moss' filio predicti Jacobi et Isaac fratri ejus terras, domos, redditus, catalla et omnia debita que fuerunt predicti Jacobi patris sui, pro quibus ipsi Moss' et Isaac finem fecerunt nobiscum, sicut per alias literas nostras vobis significavimus. Et cum predicti Moss' et Isaac seysinam habuerint de predictis terris, domibus, redditibus, catallis et debitis, tunc eidem Maydin' racionabilem dotem suam a predictis Moss' et Isaac faciatis assignari. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsell.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod remisimus dilecto clerico nostro Johanni Mansel demandam quindecim librarum et viginti denariorum qui ab eodem Johanne exiguntur de firma manerii de Preston anno regni nostri xxv. quod quidem manerium reddidimus rectis heredibus per voluntatem nostram priusquam idem Johannes aliquid de predicto manerio recepisset. Et ideo vobis mandamus quod prefatum Johannem de predictis quindecim libris et xx^ti^ denariis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De auxilio domino regi facto ab abbatibus et prioribus.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod recepimus in garderoba nostra de abbatibus et prioribus subscriptis de auxilio quod nobis promiserunt contra transfretacionem nostram pecuniam subscriptam videlicet :—

De abbate de Croiland' xx^ti^ libras.

De abbate de Torneye xx^ti^ [libras *erased*] marcas.

1242.

De abbate de Barden' xv. marcas.
De abbate de Rames' centum marcas.
De abbate de Cogeshal' v. marcas.
De priore de Lewes l[ta] marcas.
De abbate Rading' centum marcas.
De priore de Merton' x. libras.
De abbate de Cyrencestr' xx[ti] libras.
De priore Sancti Swithini Wint' ducentas marcas.
De abbate de Swineheved' v. marcas.
De abbate de Kirkested' x. marcas.
De abbate de Glastingbur' l[ta] marcas.
De priore de Trentham xl. solidos.
De priore de Kebroc xl. solidos.
De priore de Accle xl. et vj. solidos, viij. denarios.
De abbate de Hida xxxiij. libras, vj. solidos, viij. denarios.
De priore de Lenton' x. marcas.
De priore de Okeborn' xx[ti] libras.
De priore de Rependon' xl. solidos.
De abbate de Wygmor' xl. solidos.
De priore de Kirkham x. marcas.
De abbate de Maumesbur' xx. libras.
De priore de Andevere xl. solidos.
De abbate de Pershouere x. marcas.
De priore de Tuttesbur' xl. solidos.

Et ideo vobis mandamus quod ipsos de predicta pecunia quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Rex recepit de abbate Osen' per manum fratris Ade de Merleberg', canonici sui, xx. marcas de dono ipsius abbatis in subsidium transfretacionis sue in Wasconiam. Teste ut supra.

Pro abbate de Hyda.—Rex recepit ab abbate de Hyda in subsidium transfretacionis sue quinquaginta marcas apud Winton' per manus fratris Petri, camerarii de Hyda, et Riginaldi de Sancto Edwardo, clerici ipsius abbatis, die Mercurii in vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi anno etc. xxvj. Et nos pro predictis quinquaginta marcis remisimus dicto abbati scutagium feodorum quinque militum que tenet in dominico de servicio xx. militum quod regi debet; et dictus abbas respondebit regi de scutagio feodorum xv. militum que de rege tenet in capite. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de scutagio dictorum quinque militum ipsum abbatem quietum esse faciant. Teste rege apud Merewell', iij. die Maii.

Pro Nicholao de Sancto Albano.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod memoriter tenemus quod quando commisimus fundariam cambii nostri Lond' et Cantuar' Nicholao de Sancto Albano tenendam ad firmam quamdiu nobis placeret, reddendo inde per annum ad Scaccarium nostrum quaterviginti et x. libras, concessimus ei quod, si contigeret prefatam fundariam deteriorari quamdiu illam teneret per gwerram interim intervenientem, nos predictam firmam quaterviginti et x. libras ei faciemus amensurari secundum exitus cambii nostri de quibus Willelmus Hardel custos

1242.

ejusdem cambii ultimo reddidit compotum ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod ita inrotulari et fieri faciatis. Teste ut supra.

De vinis domini regis.—Rex vicecomiti Noting', salutem. Precipimus tibi quod de denariis quos cepisti pro vinis nostris que vendidisti per preceptum nostrum in castro Noting' nova vina in nundinis Sancti Botulfi emas et ea in predicto castro nostro Noting' poni facias. Teste ut supra.

Pro domina regina.—Rex concessit Alienore regine sue, cui prius concessit custodiam terrarum que fuerunt Radulfi de Tony, quod habeat scutagium de feodis militum que predictus Radulfus tenuit de rege in capite, scilicet de scuto iij. marcas contra transfretacionem regis in Wasconiam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod scutagium predictum eidem regine habere faciant, vel assignato ipsius regine. Teste ut supra.

Pro Thoma de Ludelawe.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod catalla Thome de Ludelawe que arestari fecerunt occasione falsenarie que ei imponebatur ei liberari faciant. Teste ut supra.

Pro Magistro David'.—Mandatum est [Odoni Aurifabro *erased*] Edwardo filio Odonis quod faciat habere Magistro David, sirurgico, fossatum extra portam Westm', cui rex illud dedit. Teste ut supra.

Pro canonicis de Suthmalling'.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere canonicis de Suthmaling' xv. quercus in bosco de Suthmalling' ad reparacionem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo le Bygot.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod faciat habere Bartholomeo le Bygod catalla que fuerunt Martini Purce qui fugit pro morte hominis, dummodo catalla illa non excedant xlviij. solidos. Teste rege apud Merewell', iij. die Maii.

Pro monialibus de Kirkeleys.—Mandatum est comitisse Warann' quod de firma sua quam regi debet de maneriis suis faciat habere monialibus de Kyrkeleis x. libras quas rex eis concessit pro paupertate sua, de dono regis; et rex ei faciet eas per breve suum allocari. Teste ut supra.

[Rex baronibus de Scaccario, salutem. *Cancelled.*]

De redditibus R. Briton'.—Rex episcopo Norwic', salutem. Cum fructus ecclesie de Kauston' una cum fructibus ecclesiarum de Burn' et Dadinton' nobis sint obligati ut cedant ad solucionem debiti quod R. Brito nobis debet et vos, ut audivimus, partem bonorum ejusdem ecclesie sequestraveritis quo minus debiti nostri nobis possit fieri solucio; vobis mandamus quod predictum sequestrum relaxetis, permittentes ipsam ecclesiam esse in statu in quo fuit tempore quo ipsa fuit nobis obligata. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur episcopo Cicestrensi. Teste ut supra.

1242.

Pro Roberto de Creppinges.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod R. de Crepp' fuit in servicio nostro per preceptum nostrum in partibus de Portesm' die Dominica in quindena Pasche et tota septimana sequente ita quod coram vobis interesse non potuit ad reddendum compota sua, et ideo vobis mandamus quod propter absenciam suam non ponatur in defalta nec in aliquo sit perdens quia absenciam suam quoad hoc warantizabimus. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro Edwardo filio regis et familie sue* (sic).—Rex thesaurario et camerariis suis, salutem. Mandamus vobis quod quam cicius cc. libre expendantur quas liberari precepimus per breve nostrum de Liberate Hugoni Giffard et Magistro Willelmo le Brun ad sustentacionem Edwardi filii nostri et familie sue; vobis mandamus quod ad expensas suas et dicte familie in denariis provideatis sufficienter et nos, ex quo scierimus quantum eis liberaveritis, breve nostrum de Liberate vobis inde faciemus habere. Teste ut supra.

Pro Aaron' Judeo Eboracensi.—Quia Aaron, Judeus Eboracensis, pacem fecit cum rege de transgressionibus quas regi fecit, mandatum est vicecomiti Ebor' quod occasione precepti regis quod ei fecit de corpore suo arestando et omnibus catallis et terris suis capiendis in manum regis manum ad terras et catalla sua vel ad corpus suum propter hoc non apponat et, si quid inde ceperit, idem ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Chidwico.—Rex perdonavit Galfrido de Childwico qui profectus est ad partes transmarinas palefridum qui ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii et per quem finem fecit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Hertford' pro quodam amerciamento. Et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Margeria sorore Roberti de Stafford'.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod faciat habere Margarie sorori Roberti de Stafford' seisinam de custodia manerii de Tene quod in manum regis cepit occasione mortis Hervei filii Hervei de Stafford', quam quidem custodiam tam idem Herveus quam Herveus pater suus ipsi Margarie legaverunt. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Dovor'.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto nobis Ricardo de Dovor', valetto dilecti et fidelis nostri R. Passelewe, quod redditum suum quem consuevit reddere annuatim ballivis nostris de Havering' de terra sua quam habet in eadem villa solvat singulis annis per manum suam ad Scaccarium nostrum. Et ideo vobis mandamus quod redditum illum recipiatis et [faciatis] allocari hominibus de Havering' in firma ville sue. Teste me ipso apud Portesm', v. die Maii anno . . .

Et habet inde litteras patentes.

Pro Fratribus Minoribus Suhampt'.—Mandatum est [Reginaldo de Moyun, justiciario *erased*], Johanni de Munem', justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Fratribus Minoribus Sutht' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1242.

Pro Fratribus Minoribus Cycestr'.—Eodem modo scribitur custodibus archiepiscopatus Cantuariensis de sex roboribus datis Fratribus Minoribus Cycestr'. Teste ut supra.

Pro priore de Spalding.—Rex Reginaldo de Moyun, justiciario foreste, salutem. Mandamus vobis quod in boscis nostris foreste de Clyve et de Geytinton faciatis habere dilecto nobis in Christo priori de S[palding] quinquaginta quercus ad maremium ad operacionem ecclesie sue, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Radulfi.—Rex Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod Willelmo filio Radulfi, servienti nostro, vel ejus nuncio has literas deferenti habere faciatis de bonis Galfridi de M . . . , persone de Bathymegait, vj. libras et decem solidos quos posuit per preceptum nostrum in expensis ejusdem Galfridi dum fuit in custodia sua in Turri nostra Lond'. Teste ut supra.

Pro domino Karleolensi episcopo.—Rex W. Eboracensi archiepiscopo, salutem. Sciatis quod mandavimus vicecomiti Westmerel' quod omnia catalla que sunt in manu nostra de bonis Johannis de Veteri Ponte per legales h[omines] per racionabile precium apreciari et ea sic appreciata habere faciat W. Karleolensi episcopo, cui concessimus custodiam omnium terrarum que fuerunt predicti Johannis usque ad legitimam etatem heredum ip . . . et quod precium illorum catallorum significet baronibus de Scaccario. Et ideo vobis mandamus quod, ex quo prefatus vicecomes noster significaverit prefatis baronibus precium prefatorum catallorum et illu[d] sciveritis, precium illud allocari faciatis heredibus prefati Johannis per sigillum nostrum quod curret in terram nostram (*sic*) post transfretacionem nostram, in debitis que prefatus Johannes nobis debuit. Teste [rege apud] Portesm', v. die Maii.

Pro abbatissa de Wilton'.—Rex vicecomiti Wiltesir'. Scias quod, [ad] instanciam dilecte nobis Margerie Biset, concessimus dilecte nobis abbatisse de Vylton' quod quinque marcas quas nobis promisit contra transfretacionem nostram ponat in feretro Sancte Edithe emendendo. Et ideo tibi precipimus quod pro predictis quinque marcis predictam abbatissam non distringas. Teste me ipso apud Portesm', v. die Maii anno regni nostri xxvj^{to}.

[*Pro*] *Fratribus Minoribus Noting'.*—Mandatum est Roberto de Everingham' quod habere faciat Fratribus Minoribus de Notingh' decem quercus in haya de Willegh' ad maeremium inde faciendum, de dono regis.

Rex [perdonavit Hereberto de Pinu unum austurcum *erased*] baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod Herebertum de Pinu reddidit nobis unum austurcum quem ab eo exigitis per summonicionem Scaccarii nostri. Et ideo vobis mandamus . . . H. inde quietum esse faciatis. Teste ut supra.

1242.

Pro Willelmo le Moyne.—Rex, ad instanciam regine, concessit Willelmo le Moyne decem marcatas redditus quas prior de Westacr' singulis annis reddidit Henrico de Tybetot habendas usque ad legitimam eta[tem] heredum ipsius Henrici. Que quidem decem marcate redditus ad regem pertinent racione custodie terre heredis Radulfi de Tony de quo predictus Henricus redditum illum tenuit, existentis in manu predicte regine de concessione regis. Teste ut supra.

Pro R. comite Pictavie et Cornubie.—Mandatum est [vicecomiti *erased*] ballivis Suthampton' quod de domibus que fuerunt Johannis Blauncbully in villa sua cum pertinenciis et omnibus ab eis perceptis postquam fuerunt in manu regis Ricardo, comite Pictavie et Cornubie, plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Portesm', vj. die Maii.

De Castro Dovor' muniendo.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod xl. balistas, videlicet xx. ad turnum et xx. ad duos pedes, una una (*sic*) illarum sit maxima balista, liberari faciat Bertramo de Cryoyl ad castrum Dovor' muniendum; liberari eciam faciat eidem xx. haubergellos ad muniendum inde castrum Rofe. Teste ut supra.

Pro Ricardo Marescallo.—Rex H. Giffard et Magistro Willelmo le Brun, salutem. Mittimus ad vos Ricardum le Marschal ad perhendinandum vobiscum in castro nostro de Wyndes' ad custum nostrum cum uno equo et uno garcione donec redierimus a partibus transmarinis. Et ideo vobis mandamus quod ipsi interim necessaria inveniri faciatis. Teste ut supra.

Pro Johanne Blancbuilly.—Rex perdonavit Johanni Blauncbully [totum debitum quod nobis *erased*] quingentas marcas quas regi debebat pro magna navi nostra et unde debuit reddi[di]sse regi per annum l. marcas ad Scaccarium. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de prefato debito quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Glouc'.—Rex constabulario castri Sancti Briavell', salutem. Precipimus tibi quod facias habere Fratribus Predicatoribus Glouc' sex quercus in foresta nostra de Dene, de dono nostro, ubi commodius ipsis poterunt assignari. Teste ut supra.

Pro priore de Chirebur'.—Rex Eadwardo filio Odonis, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis dilecto nobis in Christo priori de Chirebur' unum pannum sericum, de dono nostro, et cum sciverimus custum, breve nostrum de Liberate vobis habere faciemus. Teste ut supra.

Pro Johanne de Ely.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod de elemosinis regis constitutis quas primo vacare continget faciat habere Johanni de Ely qui diu regi servivit et cui in nullo

1242.

dominus rex providit pro servicio suo iiij^{or} denarios indies ad sustentacionem suam tota vita sua. Teste apud Port', . . . die Maii.

Rex vicecomiti Dors', salutem. Precipimus tibi quod sex libras de termino Pasche anno etc. xxvj. de duodecim libris quas Thomas de Gorges percipere consuevit per annum per manum tuam Johanne que fuit uxor ipsius Thome ad sustentacionem suam et puerorum suorum habere facias et similiter predictas xij. libras ad terminos quibus idem Thomas eas percipere consuevit. Et computabitur, etc. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Rex vicecomiti Suthampton', salutem. Precipimus tibi quod sex robora que dedimus Fratribus Minoribus Suthampt' in Nova Foresta prosterni et cariari facias usque Sutht'. Et custum, etc. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia in rotulo de Liberate.*

Pro domino Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est custodibus episcopatus Wyntoniensis quod faciant habere W. Eboracensi archiepiscopo, Anglie primati, iiij^{or} navatas busce in bosco ejusdem episcopatus in Culnham'. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi in Anglia.—Mandatum est camerariis (*sic*) regis Lond' quod faciant habere magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia duo dolia vini ad opus eorum in celebracione capituli sui, de dono regis. Teste rege apud Portesm', vj. die Maii.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta de Braden' faciat habere Fulconi filio Warini iiij. damos, de dono regis.

Pro Hugone Paynel.—Mandatum est Gilberto de Segrave quod faciat habere Hugoni Paynel vj. damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

De castris domini regis instaurandis.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario Cestr', quod recipiat trescentas marcas de David filio Leulini et castra nostra firmari et terras nostras que sunt in custodia [nostra *erased*] sua inde instauri faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Mereton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quod Adam de Mereton' tenuit de rege in capite iij. carucatas terre cum pertinenciis in Mereton' et quod Willelmus de Mereton' filius ipsius Ade propinqui[or] heres ejus est, mandatum est vicecomiti Lanc' quod de predictis iij^{bus} carucatis terre eidem Willelmo seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate Evesham.—Mandatum est camerario regis Lond' quod faciat habere abbati Evesham' duo dolia boni vini, de dono regis, de vinis de prisa. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus de Lewes.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod in bosco de Suthmalling' faciant

1242.

habere Fratribus Minoribus de Lewes x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut [supra].

Pro Margeria, comitissa Penbrok'.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Margerie, comitisse Penbrok', sex damos in foresta de Brehull', de dono regis.

Pro domino Karleolensi episcopo.—Mandatum est Roberto de Ross quod permittat W. Karleolensem episcopum, capere x. cervos in foresta de Karleolo, de dono regis, per visum forestariorum. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi in Anglia.—Mandatum est Gileberto de Segrave, justiciario, quod faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia decem damos in foresta de Braden' quos habere debent singulis annis ad capitulum suum.

Pro Thoma filio Virgilii.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuariensis quod faciant habere Thome filio Virgilii in bosco de Aldinton' x. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 1.] *Pro Roberto de Greynvill'.*—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod permittant Robertum de Greinvill' transfretare in portu suo cum hominibus et hernesio suo sine armis, accepta ab eo securitate quod nichil . . . contra regem vel regnum suum. Teste rege apud Portesm', viij° die Maii.

Pro abbate de Waltham'.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Waltham' quod faciant habere abbatì de Waltham' remanencia trium doliorum vini de Waltham' in auxilium festi dedicacionis ecclesie sue de . . .

Pro domino rege.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod distringat Willelmum de Ros per terras et catalla sua quod sit coram rege in crastino Sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerit, ostensurus quare non venit ad rege[m] . . . . monitionem regis ad faciendum regi servicium regi debitum et quare non venit ad regem usque Portesm' cum equis et armis sicut pares sui fecerunt ad transfretandum cum corpore regis . . . . . .

Pro Willelmo mercatore et Simone Attenor'.—Willelmus mercator d[e] Adinton' et Simon Attenor' habent breve domini regis vicecomiti Surr' quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum pro morte Rogeri de Adinton et Ricardi . . .

[m. 15*d*.] Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod a summonitionibus que ad iter justiciariorum proximo itineraturorum in comitatibus predictis pertinent ad presens desistat. Et rex mandavit justiciariis illis quod ab itinere suo desistant.

Johanna uxor Ricardi de Winton' attornavit loco suo Ricardum virum suum ad lucrandum vel perdendum in loquela que est in curia

1242.

regis de Rofa per breve de recto versus Willelmum filium Alexandri, petentem, de uno mesuagio in Roff'.

[m. 14*d.*] Mandatum est vicecomiti Stafford' quod, assumptis secum coronatoribus comitatus sui et xij. discretis et legalibus militibus ejusdem comitatus, una cum vicecomite Warr' accedat ad confinium comitatus Stafford' et comitatus Warr', inter Pyrie et Wytton', et in presencia predicti vicecomitis et coronatorum comitatus Warr' per sacramentum xij. discretorum et legalium militum ejusdem comitatus et predictorum militum comitatus sui fieri faciat perambulacionem inter comitatum Stafford' et comitatum Warr' inter predictas villas. Ita quod perambulacio illa fiat per certas metas et divisas. Et, facta perambulacione illa et in scriptis redacta, eam regi scire faciat sub sigillo suo et sigillis coronatorum et militum comitatus sui.

Et mandatum est vicecomiti Warr' quod ad diem et locum quem ei scire fecerit vicecomes Stafford' assumptis secum coronatoribus ut supra accedat ad confinium comitatuum predictorum inter predictas villas et fieri faciat perambulacionem etc., ut supra.

Summonitio de militibus faciendis.—Rex vicecomiti Buk' et Bedeford', salutem. Precipimus tibi sicut alias precepimus quod omnes illos in balliva tua quorum nomina alias nobis significasti qui tenent xx. libratas terre tam in feodo militari quam in socagio vel in feodo militari tantum vel feodum militis integrum et milites non sunt distringas per terras et catalla sua quod arma capiant et se milites fieri faciant citra Purificacionem Beate Marie anno etc. xxvj. Et taliter te super hoc habeas quod occasionem non habeamus ad te graviter capiendi, si defectum in te invenerimus, vel si convinci possis quod ab aliquo vel aliquibus pro respectu milicie sue aliquam pecuniam receperis, quod quidem inquiri faciemus. Teste rege apud Rading', x. die Decembris.

[m. 13*d.*] Rex venerabili in Christo patri W. Eboracensi archiepiscopo, salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum pariter et vestrum diligitis et in fide qua nobis tenemini, omnibus aliis negociis omissis, sitis ad nos apud Lond' a die Sancti Hyllarii in xv. dies ad tractandum nobiscum una cum ceteris magnatibus nostris quos similiter fecimus convocari de arduis negociis nostris statum nostrum et tocius regni nostri specialiter tangentibus et hoc nullatenus omittatis. Teste rege apud Windles', xiiij. die Decembris.

Eodem modo scribitur omnibus episcopis, abbatibus, comitibus et baronibus.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Ostenderunt nobis Rogerus filius Benedicti et Ricardus filius Roberti quod, cum ipsi coram priore de Wymundeham', decano de Hapesburg', auctoritate ordinarii tracti essent in causam de catallis que non sunt de testamento vel matrimonio et ipsi eo quod prohibicioni nostre super hoc eidem porrecte non detulit litteras nostras de attachiando ipsum priorem tibi portassent, idem prior nichilominus in causa procedens ipsos

1242.

sentencia excommunicacionis innodavit et ad mandatum diocesani episcopi sui, tacita veritate predicta, litteras nostras de capiendo eos impetravit per quod placitum suum prohibicionis coram justiciariis nostris atterminatum prosequi non possunt. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, breve nostrum de ipsis capiendis non exequaris set predictis Rogero et Ricardo pacem inde habere facias donec placitum prohibicionis predictum in curia nostra inter eos terminetur. Teste.

[m. 12d.] Rex dedit respectum Johanni de Berkl' de se milite faciendo usque in xv. dies post Pascha anno etc. xxvj. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod predictum Johannem interim ad arma capienda non distringat.

Rex vicecomiti Ebor', salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum diligis, statim visis litteris istis accedas ad omnes portus comitatus tui et omnes naves in portibus illis inventas et que in portus illos venient citra Floridum Pascha anno etc. xxvj., que quidem xvj. equos vel plures ferre possint, arestari facias; et de omnibus navibus illis cape bonam et sufficientem securitatem quod erunt apud Portesm' ad prefatum terminum Floridi Pasche parate ire in servicium nostrum cum corpore nostro. Tu vero omnia nomina magistrorum singulorum navium distincte facias inrotulari que omnia simul et navium numerum nobis ad prefatum terminum significes, ut nobis constet de quot navibus confidere possimus de balliva tua. Tu igitur ita diligenter te intromittas ut per defectum tui transfretacio nostra non impediatur pro quo graviter nos ad te capere debeamus. Teste rege apud Westm', viij. die Januarii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus in ballivis suis portus habentibus.

[m. 11d.] *Berk'*.—Sewale de Osevill' habet respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno xxvj. de se militem faciendo. Teste apud Westm', xxvij. die Januarii.

Norf'.—Willelmus de Vallibus habet respectum usque ad legitimam etatem ipsius de se milite[m] faciendo.

Linc'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non distringat Robertum de Southorp' ad se faciendum militem nisi habet feodum unius militis integrum vel tantum de feodo militari et soccagio quod terra sua valeat xx. libras.

Cornub'.—Rex vicecomiti Cornub', salutem. Precipimus tibi quod occasione precepti nostri quod tibi fecimus de districcione facienda hiis qui milites esse debent ad arma capienda, non distringas Laurencium filium Ricardi nisi habeat xx. libratas terre tam in feodo militari quam in soccagio vel feodum unius militis integrum.

Kancia.—Th. Corbet habet respectum usque ad Pascha anno xxvj. de se militem faciendo.

1242.

Sussex.—Dominus rex concessit quod Th. filius Godefridi et Willelmus Beaufyz et Willelmus Alard non distringantur ad arma capienda.

Linc'.—Galfridus de Beningwurth' habet respectum de armis capiendis usque ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste anno xxvj°.

Linc'.—Mandatum est vicecomiti quod non distringat Hugonem de Freskeney ad arma capienda, nisi, etc., ut supra.

[m. 10*d.*] Dominus rex posuit in respectum iter justiciariorum itinerantium ad placita foreste in comitatu Gloucestrie, donec aliud inde preceperit.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Precipimus tibi quod in propria persona tua accedas ad singulas domos religionis de baillia tua de ordine Premonstratensi et Cisterciensi et Nigri ordinis et de ordine Sancti Augustini, et singulos rectores earundem domorum ex parte nostra diligenter roges et inducas modis omnibus quibus poteris quod nobis vel in pecunia vel in equis aliquibus ad summas deferendas vel ad carectas trahendas citra transfretacionem nostram nobis subveniant et singuli eorum per litteras suas quamcito fieri poterit significent in quanta pecunia vel in quot equis nobis velint succurrere. Et tu ipse nos similiter certifices distincte et aperte de quanto possumus vel in pecunia vel equis de quolibet eorum confidere. Teste rege apud Westm', vj. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Notingham' et Warnero Engaine de eodem negocio in comitatu Notingh' exequendo.

Eodem modo scribitur Elye de Hertford' de memorato negocio exequendo in episcopatu Lond' una cum vicecomite Essex' in ballia sua et una cum vicecomite Middelsex' in ballia sua et in civitate Lond'.

Rex vicecomiti Bedef' et Buk', salutem. Precipimus tibi quod averia omnium illorum de baillia tua, qui habent xx. libratas terre tam in feodo militari quam in soccagio vel feodum militis integrum que cepisti eo quod milites se fieri non fecerunt sicut tenentur et sicut nuper precepimus, eis replegiari facias accepta ab eis securitate quod citra diem Dominicam ante diem Cinerum arma capient vel ad nos interim venient ostensuri impotenciam suam propter quod se milites fieri non fecerunt, et nomina singulorum qui racione predicta milites esse debent in comitatu tuo et non sunt ad diem illum nobis scire facias. Teste rege apud Windl', viij. die Februarii.

De cleis faciendis.—Rex rogavit priorem Sancti Swithuni quod permittat fieri mille cleias et quingentos pontes in bosco suo de Menes et aliis boscis suis propinquioribus Porecestr' ad municionem navium suarum contra transfretacionem suam.

Eodem modo rogavit abbatem de Bello Loco de quingentis cleis et totidem pontibus in bosco suo de Suberton'.

1242.

Eodem modo rogavit Thomam de Gimeges de quingentis cleis faciendis in bosco suo propinquiori Porecestr'.

Eodem modo mandavit custodibus episcopatus Winton' de v^{que} millibus cleiarum et mille et quingentis pontibus faciendis in propinquioribus boscis Suhamt' per breve de computabitur.

Mandatum est eisdem custodibus quod fieri faciant predictas cleias et pontes in boscis prioris Sancti Swithuni, abbatis de Bello Loco et Thome de Gimeges per visum Bartholomei Peche; et computabitur &c.

Rex vicecomiti tali, salutem. Precipimus tibi quod in fide qua nobis teneris, visis litteris istis, scire facias omnibus de comitatu tuo qui de nobis tenent in capite per servicium militare vel per serjantiam et similiter illis qui terras Normannorum vel Britonum tenent de baillio domini J. regis, patris nostri, vel nostro quod, sicut tenementa sua que de nobis tenent diligunt, sint apud Winton' die Clausi Pasche parati equis et armis ad transfretandum cum corpore nostro in Pictaviam. Litteras eciam ipsius certis personis directas in comitatu tuo eis mitti facias. Teste rege apud Windl', viij. die Februarii.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod omnes naves que venient citra Floridum Pascha anno xxvj. apud Lond', que quidem sexdecim equos vel plures ferre possint, arestari faciant et de omnibus navibus illis capiant bonam et sufficientem securitatem, quod erunt apud Portesm' ad prefatum Floridum Pascha parate ire in servicium regis cum corpore regis; vos vero omnia nomina magistrorum singularum navium distincte faciatis inrotulari, que omnia simul et navium numerum nobis ad prefatum terminum significetis, ut regi constet de quot navibus confidere possimus de baillia vestra, vos igitur ita libenter vos intromittatis ut per defectum vestrum transfretacio nostra non impediatur, pro quo graviter nos ad vos capere debeamus. Teste rege apud Wind', xj. die Februarii.

Rex abbati de Winchcumb', salutem. Cum nuper vos vocari fecimus ad colloquium nostrum quod nuper celebrari fecimus Lond' intendebamus tam a vobis quam ab aliis regni nostri prelatis subsidium aliquod quo multum indigemus contra transfretacionem nostram petere; quia vero super eo voluntatem vestram scire desideramus devotionem vestram rogamus attencius quatinus cujusmodi gratiam et subsidium nobis facere volueritis citra Mediam Quadragesimam proximo instantem per aliquum de monachis domus vestre nobis significare velitis. Teste rege apud Rading', xxj die Februarii.

Essex'.—Rex, ad instanciam Eboracensis archiepiscopi, dedit respectum Willelmo Britoni de se milite[m] faciendo usque ad Natale anno etc., vicesimo septimo; et mandatum est vicecomitibus Essex', Nortf' et Suff' quod interim ipsum ad arma capienda non distringant. Teste rege apud Rading', xxiij. die Februarii.

1242.

Lincolnia.—Eodem modo mandatum est vicecomiti Linc' pro Willelmo de Iseny cui rex eundem respectum dedit ad instanciam ejusdem. Teste ut supra.

Norht'.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod non distringat Eustachium de Cantilup' ad arma capienda quamdiu duraverit placitum motum inter ipsum Eustachium et Walterum de Crendal.

[m. 9*d.*] *De coga Henrici Amurettes.*—Mandatum est ballivis portus Suthampton' quod cogam Henrici Amurettes qui est de potestate domini imperatoris que vocatur 'Faucun,' arestatam in portu suo, abire permittant quo voluerit non obstante aliquo precepto regis de navibus arestandis. Teste rege apud Windles', ix. die Aprilis. Et mandatum est omnibus quod cogam illam abire permittant quo voluerit.

[m. 8*d.*] Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, si Philippus de Augmodesham' nullam teneat terram nisi de dote uxoris sue, tunc ipsum occasione illius terre non distringat ad se faciendum militem. Teste rege apud Windl', xxvij. die Februarii.

Mandatum est baillivis de Portesm' quod, si navis Ernaldi filii Aunceys quam arestaverunt non possit ferre plusquam xvj. equos vel plures, eam abire permittat (*sic*) quo voluerit.
Eodem modo scribitur eisdem de navi Roberti Pelerin.

Rex dat respectum Thome de Multon' et Widoni de Boyvill' de armis capiendis usque ad Clausum Pasche anno etc. xxvj^to^ et mandatum vicecomitibus Cumb' et Westmer' quod respectum eis habere permittant et vicecomitibus Ebor', Linc' et Suff' pro eodem Thoma quod respectum, etc.

Memorandum quod Johannes de Colemere recepit rotulum hic missum de navibus arestandis in portubus maris.

Mandatum est vicecomiti Cumb' quod permittat Alanum de Horton' habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxvj.

Mandatum est ballivis portus de Seford' quod permittant Radulfum de la Haye eligere quam voluerit de navibus arestandis in portu suo ad opus regis et ipsam munire contra transfretacionem regis.

Mandatum est vicecomitibus Ebor' et Linc' quod permittant Galfridum Malcuvenaunt habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxvj.

Mandatum est vicecomiti Surr' quod, accepta securitate a Galfrido de Cruce quod arma militaria capiet ad instantem Mediam Quadragesimam vel tunc ad regem veniet voluntatem suam facturus, interim eum non distringat ad se militem faciendum. Teste.

1242.

Mandatum est vicecomitibus Norhampton' et Buk' quod permittant Rogerum de Lyuns habere respectum de armis capiendis usque in quindecim dies a die Pasche anno etc. xxvj.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie et Surr' pro Roberto de Gatton' de se milite[m] faciendo a festo Sancti Michaelis anno, etc., xxvj. usque ad biennium completum.

Mandatum est ballivis de Sandwico quod accepta securitate ab omnibus navibus cum vinis et mercandisis quas arestari fecerunt in portu suo tam occasione passagii regis quam occasione vinorum mittendorum comiti Flandrie quod cum vinis ipsis et mercandisis venient Lond', tunc ipsos illuc ire permittant.

Mandatum est ballivis de Suthampt' quod navem Ricardi de Haddestok' quam Rogerus Pereprun ducit et quam arestari fecerunt apud Sutht' deliberari et sine impedimento abire permittant quo voluerit. Teste.

Rex nobili principi, regi Navar' et comiti Campanie, salutem. Quia voluntatem nostram super hiis que vobis volumus communicari per P. Herefordensem episcopum, de quo plenam gerimus fiduciam, vobis plenius cupimus innotescere, quedam negocia nostra specialia ipsi commisimus viva voce pocius quam scripto exponenda, vos rogantes quatinus in eisdem negociis eidem fidem adhibere velitis indubitatam. Teste rege apud Westm', xj. die Marcii.

Eodem modo scribitur Th. comiti Flandr' et Hann', A. comiti Sabaudie, Beatricie, comitisse Provinc', R. Bereng', comiti Provinc', B. Beliacens' electo, Philippo de Sabaudia, N. comitisse Sabaudie, et N. duci Burgundie.

Ada de Gisemue habet respectum de armis capiendis donec Willelmus de Gray, dominus suus, ad regem venerit ad partes transmarinas. Teste.

Mandatum est ballivis de Grimesby quod permittant Reg' de Stavern. [*Cancelled.*]

Rex ballivis de Len, salutem. Precipimus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis fecimus de navibus arestandis in portu vestro, permittatis Hercberdum de Staverne, Tydrictum' de Staverne et Blith' de Staverne, mercatores de Alemannia, cum tribus navibus suis et cum catallis in eisdem navibus contentis, libere et sine inpedimento a portu vestro recedere et ubicumque voluerint abire. Teste apud Watham', xiij. die Marcii anno regni nostri xxvj.

Rex ballivis suis de Grimesbi, salutem. Precipimus vobis quod, non obstante mandato nostro quod vobis fieri fecimus de navibus arestandis in portu vestro, permittatis Regin' de Staverne, Gosscalk de Staverne et Fresburn' de Frise, mercatores de Alemannia, cum tribus navibus suis et cum catallis suis in eisdem navibus contentis,

1242.

libere et sine inpedimento a portu vestro recedere et ubicumque voluerint abire. Teste.

Linc'.—Henricus de Leckeburn' habet respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc., xxvj. Mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsum usque ad idem terminum pacem habere permittat. Teste.

Essex'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Rogeri le Taylur in Halingbir' et terram Isabelle de Bruys in Hatfeld'; et perambulacionem illam scire faciat justiciariis itinerantibus, etc.

Radulfus de Besevill' habet respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc., xxvj. Mandatum est vicecomiti Essex', etc. Teste.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod permittat Henricum de Berneval habere respectum de armis capiendis usque ad Natale Domini anno, etc., xxvij.

Mandatum est Eng' de Fyesn' quod, cum rex ad partes transmarinas venerit, nullatenus omittat quin ad regem veniat; et, si forte comode venire non possit, mittat ad regem R. filium suum, cum servicio quod regi debet. Teste rege apud Windles', vij. die Aprilis.

[m. 7*d.*] Rex Thome de Hemmegrave et sociis suis, salutem. Cum assisam nove disseisine quam Robertus Kinewald' arramiavit versus abbatem Sancti Edmundi de tenemento infra banleucam Sancti Edmundi vobis comiserimus capiendam et abbas predictus talem habeat libertatem a predecessoribus nostris quod in itinere justiciariorum nostrorum itinerancium ad omnia placita assise capiende infra predictam banleucam ab ipsis justiciariis committi consueverint senescallo predicti abbatis capiende, vobis mandamus quatinus, cum in hac parte non sit major potestas vestra quam justiciariorum predictorum, prefatam assisam committatis capiendam senescallo predicti abbatis infra banleucam, partibus diem prefigentes coram senescallo predicto ad assisam ipsam capiendam et inju[n]gentes eidem senescallo quod tam discrete assisam illam capi procuret, si capi debeat, quod nullam inde audiamus querimoniam. Teste rege apud Norwic,' xxj. die Marcii.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Quia preceptum nostrum quod tibi nuper fecimus de illis distringendis de comitatu tuo qui milites esse debent et non sunt in forma tibi injuncta plene non es executus, de quo sumus plurimum admirati, iterato tibi precipimus firmiter inju[n]gentes quod omnes illos de comitatu tuo qui habent xx. libratas terre et amplius, tam in feodo militari quam in soccagio, vel feodum militis integrum in dominico suo, per terras et catalla sua distringas ad arma capienda, ita quod inde nullam habeant aministracionem ante quam securum te fecerint quod se milites sine mora fieri facient aut litteras nostras de respectu tibi deferant, et nomina eorum nobis scire facias; aliis autem qui non habent xx. libratas terre, licet teneant feodum militis integrum, et illud non habeant omnino in dominico,

1242.

pacem habere permittas, ita quod eos de cetero occasione milicie sue non distringas, sciturus quod, si perpendere possimus quod aliquos distringas injuste contra formam hujus precepti nostri ad arma capienda, ad te nos graviter capiemus. Teste.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Dors', Cantebr' et Huntend', Wigorn', Ebor', Linc', Warr', Leyc', Essex' et Hertford', Cornub', Bedeford', Buk', Salop', Staff'.

Rex ad instanciam W. de Eboraco, preposito [*sic*] Beverl', dedit respectum Michaeli de Mannoers de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvj. Et mandatum est vicecomitibus Ebor' et Linc' quod respectum illum ei habere permittant. Teste rege apud Holt, xxiiij. die Marcii.

Rex vicecomiti Norhampton', salutem. Precipimus tibi, sicut alias precepimus firmiter inju[n]gentes, quod sumoneri facias archiepiscopos, episcopos, comites, barones, abbates et priores, milites et liberos homines, qui de nobis tenent in capite per servicium militare sive per serjantiam, et omnes illos similiter, tam milites quam alios, tenentes per servicium militare vel per serjantiam, qui tenent de wardis in manu nostra existentibus sive sint warde de terris episcopatuum sive de terris comitum, baronum, vel aliorum quorumcumque liberorum hominum, quod sint apud Winton' in octabis Pasche parati equis et armis transfretare cum corpore nostro. Ita tamen quod predicti archiepiscopi, episcopi, abbates et priores, qui servicium nobis debent, habeant ibi pro se servicium suum nobis debitum: et ita te habeas in execucione hujus precepti nostri ne si contingat, quod absit, transfretacionem nostram per te impediri ad te nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Walsingham, xxiiij. die Marcii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est vicecomiti Bedeford' et Huntendon' quod permittat Robertum de Gimmeges habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvj.

Mandatum est vicecomiti Notingham' quod permittat Willelmum de Stafford' habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc., xxvij. Teste rege apud Castelacr', xxvij. die Marcii.

Rex W. Wygorniensi episcopo, salutem. Cum nos constituerit Altissimus ecclesie defensorem quam, Sui gratia suffragante, defendere volumus et debemus, dignum esse judicium arbitramur ut prelati ecclesie grata nobis vicissitudine respondeant tempore oportuno defend[end]o et conservando jura et libertates regie dignitatis, sane cum vobis et conjudicibus vestris super contencione quadam orta inter venerabilem patrem R. episcopum Lincolniensem, et decanum et capitulum ejusdem ecclesie causa a sede apostolica sit comissa, que sine magno prejudicio dignitatis nostre in foro ecclesiastico non poterit ventilari, presertim cum libertates prebendarum ecclesiarum chathedralium quarum ad nos pertinet patronatus deduci non possint in judicium sine nobis, et prefatus episcopus Lincolniensis visitatores

1242.

et procuratores exigat in prebendis ecclesie memorate non sine nostri juris injuria et regie dignitatis prejudicio manifesto, paternitati vestre mandamus inhibentes ne in causa predicta aliquatenus procedatis, donec de consilio nostro provisum fuerit et discussum utrum in causa predicta necne possitis procedere absque injuria nostra et lesione regie dignitatis. Teste rege apud Castelacr', xxvij. die Marcii.

Rex Magistris R. de Kirkeham et H. de Ho et aliis principalium delegatis si affuerint, salutem. A memoria nostra non excidit nec a vestra credimus excidisse qualiter alias vobis litteras nostras direximus inhibentes ne in causa que vertitur coram vobis auctoritate apostolica inter R. Lincolniensem episcopum et decanum et capitulum super visitacione et procuracione quas prefatus episcopus exigit in prebendis Lincolniensis ecclesie in prejudicium regie dignitatis processum aliquem haberetis; adhuc autem iterato vobis duximus inhibendum ne in eadem causa aliquatenus procedere presumatis, scituri pro certo quod si secus egeritis, cum injuriam regie dignitatis non possimus equanimiter sustinere, nos contra vos cum jurisdictione regia procedemus. Teste ut supra.

Rex archidiacono Cantuariensi, salutem. Cum auctore Domino in proximo simus transfretaturi et certam geramus fiduciam quod mediantibus precibus fidelium iter et actus nostros prosperari velit Altissimus, dilectionem vestram rogamus attencius quatinus per totum archidiaconatum vestrum, pro nobis et regina nostra, labiorum victimas Altissimo faciatis offerri ut de misericordia Sua propositum nostrum feliciter adimplere valeamus et ad propria cum prosperitate reverti et eciam pro liberis nostris oraciones fieri faciatis quod Dominus ipsos conservet incolumes. Teste rege apud Castelacr', xxvij. die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Suff' quod permittat Simonem de Cokefeld' habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvj. Teste rege apud Chippeham', xxvj. die Marcii.

Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod, si contingat aliquos in ballia tua vi et armis se intrudere in aliquam terram vel aliquo alio modo cum armis itinerando per balliam tuam pacem nostram perturbare, statim capias corpora illorum et ea in prisona nostra salvo custodias, donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Canteb' et Suff' quod permittant Robertum le Waleys habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Johannis Baptiste anno, etc., xxvj.

Rex, ad instanciam H. Eliensis episcopi, dedit respectum Radulfo de Mayners de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvj. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod ipsum interim pacem habere permittat. Teste rege apud Ditton', xxx. die Marcii.

1242.

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Scias quod constituimus Reginaldum de Moyun capitalem justiciarium foreste nostre citra aquam de Trenti'; et ideo tibi precipimus quod ad mandatum predicti Reginaldi venire facias coram ipso iiij^or de discretioribus et legalioribus militibus de comitatu tuo qui minus sint in daungerio foreste nostre ad videndum statum foreste nostre et ad audiendum preceptum nostrum. Teste rege apud Crucem Roesie, j. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Buk', Huntendon', Oxon' et Wilt'.

Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod permittat Eustachium filium Hervey habere respectum de se milite[m] faciendo, donec ipsum militem rex fieri preceperit. Teste rege apud Sanctum Albanum, iij. die Aprilis.

[m. 6*d*.] Mandatum est majori et ballivis de Lenn' quod navem de Graveling' que arestata est in portu suo abhire permittant quo voluerit. Teste rege apud Westm', xij. die Aprilis.

[m. 5*d*.] Rex Roberto de Wodeton', Roberto de Kintel' et sociis suis, justiciariis assignatis ad gaiolam Salopie deliberandam, salutem. Significavit nobis Thomas Corbet quod Yarvorth' filius Eynnani, homo suus, captus et detentus in prisona nostra pro morte Mathei de Merton', licet de morte illa culpabilis esset, coram vobis judicium inde subire non debet, eo quod homicidium illud perpetratum fuit tempore guerre et ante pacem nuper firmatam inter nos et David filium Lewelini et inprisios suos apud Gloucestriam, in qua pace concessum fuit et provisum tam ex parte nostra quam ex parte Walensium quod homic[id]ia et incendia et omnia alia dampna ante pacem illam perpetrata utrobique penitus remitterentur. Et ideo vobis mandamus quod diligenter modis quibus poteritis inquiri faciatis si homicidium perpetratum de predicto Matheo contigit ante pacem predictam. Et si idem Yarvorth' fuerit tunc ex parte Walensium predictorum; et, si vobis constrare possit quod idem Matheus interfectus fuerit ante pacem illam et idem Yarvorth' fuerit ex parte eorundem Walensium, tunc predictum Yarvorth' de morte illa quantum ad sectam nostram pertinet quietum esse faciatis, ita quod contra formam pacis predicte nichil in eo attemptetis. Teste rege apud Windles', viij. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Wygorn' quod non distringat Jacobum de Bello Campo ad faciendum se militem occasione precepti regis de militibus faciendis, cum infra etatem et de novo feofatus fuerit.

[m. 4*d*.] *De . . . batello misso ad partes transmarinas.*—Rex ballivis de Wincheles, salutem. Mandamus vobis quod, visis litteris istis, exkippari et mitti faciatis unum batellum piscarium ad partes transmarinas ad scrutandum partes illas et ad inquirendum diligenter de rumoribus partium illarum et scrutatis plenius statu et rumoribus ipsarum partium nos inde certificare non omittatis et rex, custum cum sciverit, illud ei reddi faciet de exitibus archiepiscopatus Cantuariensis. Teste rege apud Westm', xix. die Aprilis.

Eodem modo scribitur ballivis de Sandwico.

1242.

De [*una* erased] *navi Simonis Fareman.*—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod navem Simonis Fareman de Hune liberari faciat (*sic*) Radulfo de Haya, nisi alii fuerit liberata; et, si alii fuerit liberata, aliam navem ei habere faciant.

De warnestura liberanda Willelmo de Plesseto.—Rex custodibus episcopatus V . . . on', salutem. Mandamus vobis quod Willelmo de Pless' quem ad hoc ad vos mittimus liberetis warnesturam nostram de blado et carne et aliis deponendam in navibus nostris contra transfretacionem nostram sicut idem Willelmus vobis dicet ex parte nostra. Et de omnibus que ei liberaveritis tallias et rotulos contra eum faciatis quod ex hiis perpendere possimus quantam a vobis receperit warnesturam. Teste.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est B. Pech' et Willelmo Hardel quod faciant habere Radulfo filio Nicholai unam bonam navem ad transfretandum cum rege. Teste.

Pro Radulfo de Watevill'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod non permittat quod Radulfus de Watevill' ejiciatur ab ecclesia sua de Pateneye per vim laicam; et, si in eadem ecclesia aliquam vim invenerit, illam sine dilacione ammoveri faciat. Teste rege apud Winton', xxvj. die Aprilis.

Ne passagium sit in aliquo portu preterquam in portu Dovor'.—Rex ballivis portus de Sandwico, salutem. Sciatis quod nolumus quod aliquod passagium sit in portubus nostris preterquam in portu nostro Dovor'. Et ideo vobis mandamus firmiter inhibentes ne in portu vestro aliquod passagium fiat, set scire faciatis omnibus venientibus ad portum vestrum et volentes transfretare quod usque Dovor' accedant, si voluerint, ad transfretandum. Teste rege apud Westm', xix. die Aprilis.

Eodem modo scribitur ballivis portuum de Hasting', de Rye, Winchelesse, Rumenal, Heth.

De hominibus venientibus usque Portesm' scrutandis.—Rex ballivis portus Dovor', salutem. Precipimus vobis quod omnes illos qui venient ad portum vestrum scrutetis diligenter si aliquis eorum deferat secum in litteris vel mandatis vel aliquo alio modo quod fuerit contra nos vel regnum nostrum et omnes quos tales inveneritis arestari et salvo custodiri faciatis donec aliud preceperimus; vobis eciam prohibemus districte precipientes quatinus nullum equum qui non sit de precio duarum marcarum et dimidie a portu vestro transfretare permittatis non obstante illo mandato nostro vobis prius derecto de eo quod nullum equum qui non sit de precio iij. marcarum et dimidie a portu vestro transfretare permittatis. Teste.

Pro Johanne de Berkelay'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod permittat Johannem de Berkelay' habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc., xxvj.

1242.

De warnestura.—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod mittant usque Byterne ad deferendum warnesturam que ibi expectat ad partes transmarinas. Teste rege apud Winton', xxviij. die Aprilis.

Pro P. de Sabaudia et H. de Vivon'.—Mandatum est B. Peche et sociis suis, custodibus navium apud Portesm', quod, retentis quatuor melioribus navibus ad opus regis et regine et ad garderobas eorum, liberari faciant ad opus P. de Sabaudia et H. de Vivon' ij^{as} meliores naves et terciam si necesse habuerint. Teste.

De navibus licenciatis.—Rex ballivis de Len', salutem. Cum, sicut audivimus, vos occasione transfretacionis nostre arestari feceritis in villa vestra quandam navem de Frislond' et aliam de Muhd' de Flandr', que ad transfretacionem nostram non sunt sufficientes, vobis mandamus quatinus, nisi utraque navis sufficiat ad sexdecim equos vel plures portandum et quod satis tempestive possint venire usque Portesm' ad transfretacionem nostram, ita quod possint esse in quindena Pasche, vos eas abire permittatis quo magistri sui eas ducere voluerint. Teste rege apud [Portesm' *erased*] Windles', xij. die Aprilis.

De navibus ad opus regis.—Mandatum est B. Peche et J. de Colemere quod Willelmo de Pless' liberent tot et tales naves ad deferendam warnesturam regis que sufficiant et ad hoc sint utiles et duas de melioribus navibus quas habent, excepta navi que ad opus regis pro[p]rium est assignata, liberent eidem Willelmo ad garderobam regis deferendam. Teste.

De prohibicione mercatorum.—Mandatum est vicecomiti Suthampton' quod per totam ballivam suam clamari [et] firmiter prohiberi faciat quod nullum mercatum teneatur in ballia sua infra libertates vel extra quamdiu dominus rex fuerit apud Portesm' expectando passagium suum set omnimodorum victualium illuc ad excercitum regis fieri faciat attractum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wiltes', Surr', et Sussex'.

Quod ballivi portus Dovor' permittant homines transfretare in portu suo.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod permittant Durand' clericum de Corvo transfretare cum vj. equis et hominibus suis. Teste rege apud Winton', j. die Maii.

[*De*] *pace regis custodienda.*—Rex vicecomiti Wiltes', salutem. Precipimus tibi quod ad pacem nostram in ballia tua firmiter tenendam omni qua poteris diligencia intendas et Ade de Perton', ballivo foreste nostre de Braden', ad predictam pacem nostram servandam auxilium et consilium inpendas oportunum; et, si forte predictus Ada vel ballivus suus aliquis super malefactores hutehesium levaverit, ipsos malefactores sine dilacione in auxilium predicti Ade cum gente armata viriliter prosequi facias, ita quod pro defectu tui pax nostra non sit inobservata. Teste rege apud Winton', xxviij. die Aprilis.

1242.

Essex'.—Rex ad instanciam R. comitis Cornubie et Pictavie, relaxavit Ricardo Urri qui de rege tenet in capite servicium quod regi debet de transfretando ad partes transmarinas.

Pro Ricardo de Burgo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Ricardo de Burgo bonas naves et securas et quotquod necesse fuerit ad custum regis ad veniendum ad regem cum equis et armis et armis (*sic*) usque Burdegal'. Teste.

Eodem modo scribitur G. de Turvill', thesaurario Hybernie.

Pro Magistris P. de Burdeg' et Ricardo de Clifford.—Mandatum est B. Pech' et J. de Colemere quod faciant habere Magistris P. de Burdegal' et Ricardo de Clifford unam bonam navem ad transfretandum. Et mandatum est custodibus garnisone domini regis quod eis unum dolium vini, xv. quarteria avene, de feno, furragio, victualibus et aliis necessariis, quantum necesse fuerit ad navem suam muniendam.

Pro Thoma de Bosebothe.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod permittat Thomam de Bosebothe habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvj.

[m. 3*d*.] *Pro Johanne le Moyne*.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod permittat Johannem le Moyne habere respectum de armis capiendis donec rex aliud fieri preceperit. Teste rege apud Portesm', vj. die Maii.

Pro Johanne le Cunte.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod permittat Johannem le Cunte habere respectum de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno, etc., xxvij. Teste rege apud Port', vij. die Maii.

26 HENRY III.—PART II.

1242.

Rotulus Clausarum post transfretacionem domini regis in Wasconiam anno etc., xxvj^{to}.

[m. 10.] *Pro mercatoribus Wasconie.*—Mandatum est Michaeli, pincerne domini regis, quod pro duobus doliis vini que cepit a mercatoribus Wasconie eis reddat duo dolia vini de prisa regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, xvj. die Maii anno etc., xxvj^{to}.

Pro hominibus de Esingwald'.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod habere faciat hominibus de Esingwald racionabile auxilium maeremii in foresta regis de Galtris sine vasto ejusdem foreste, ubi melius viderit expedire, ad domos suas combustas reedificandas et mortuum boscum in eadem foresta ad blada sua claudenda. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Thome Martiris de Cruce Roesie.—Rex concessit per cartam suam priori Sancti Thome Martiris de Cruce Roesie et canonicis ejusdem loci quod ipsi et successores sui inperpetuum habeant unam feriam apud Crucem Roesie singulis annis duraturam per duos dies, scilicet in vigilia et in die Translacionis Beati Thome Martiris. Nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Hertf' quod predictam cartam legi et predictam feriam teneri faciat etc. Teste ut supra.

Pro Simone de Craye.—Rex concessit Simoni de Craye quod propter debilitatem corporis sui amoveatur ab officio coronatoris. Et mandatum est vicecomiti Kanc' quod loco ipsius in pleno comitatu suo alium coronatorem eligi faciat qui melius sciat et velit officio illi intendere, accepto ab eo sacramento quod una cum sociis suis, coronatoribus regis ejusdem comitatus, fideliter et diligenter placita corone regis conservabit. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Sabaudia, constabulario Windles', H. Giffard et Magistro W. le Brun quod Rogerum de Stopham, venatorem regis, quem mittit ad eos cum canibus suis ad currendum in foresta quando opus fuerit ad opus Eadwardi filii regis et familie sue, ad hoc recipiant et exhiberi faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xviij^{o}. die Maii.

[*Cancelled*] *Quia alibi inferius.*

Pro Johanne venatore domini regis.—Rex concessit Johanni, venatori suo, illam virgatam terre in Sutton' quam Johannes le Clerk tenuit, tenendam de rege quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Dereb' quod de predicta virgata terre eidem Johanni plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

1242.

Pro rege, de justiciariis ad assisas capiendas.—Rex constituit Robertum de Lexinton', Robertum de Bello Campo et Jordanum Oliver et Ricardum de Wrotham justiciarios ad omnes assisas nove disseisine comitatuum Sumers' et Dors' capiendas et ad gaolas eorundem comitatuum deliberandas. Et mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod omnes assisas nove disseisine comitatuum predictorum et omnes prisones gaolarum eorundem comitatuum cum eorum attachiamentis venire faciat coram ipsis apud Syreburn' die Jovis in septimana Pentecoste. Teste ut supra.

Pro Rogero de Stopham, venatore domini regis.—[Rex B. *erased.*] Mandatum est B. de Sabaudia, constabulario Windles', H. Giffard et Magistro W. le Brun, quod Rogerum de Stopham, venatorem regis, quem mittit ad eos cum canibus suis ad currendum in foresta quando opus fuerit, ad opus Eaduardi filii regis et familie sue ad hoc recipiant et liberacionem suam ei habere faciant, scilicet ad corpus suum per diem tres denarios, tribus garcionibus suis iiij^or^ denarios et obolum in die, duobus equis suis in die sex denarios et xv. canibus suis in die septem denarios et obolum. Ita tamen quod escaete bestiarum quas capiet ei allocentur sicut ei allocari consueverunt in warderoba nostra. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xx. die Maii.

Vicecomiti Norff' et Suff', pro rege, de assisis.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod omnes assisas nove disseisine in balliva sua venire faciat coram W. Eboracensi archiepiscopo, in proximo transitu suo per ballivam suam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' et Hertford'. Teste ut supra.

Pro vino ad opus Edwardi filii regis.—Mandatum est camerario London' quod de vinis de prisa regis habere faciat constabulario de Windles' duo dolia vini delicati ad opus Eadwardi filii regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Scaccario.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod de custodia terre cum pertinenciis que fuit Johannis Malherbe in ballia sua, que fuit in manu Rogeri de Scaccario et quam cepit in manum regis per preceptum regis eo quod predictus Johannes alibi terram tenuit de rege in capite, prefato Rogero talem seisinam habere faciat qualem inde habuerit quando ipsam cepit in manum regis occasione predicta, donec in curia regis consideratum consideratum (*sic*) fuerit ad quem custodia illa debeat pertinere. Teste ut supra.

Vicecomiti War' et Leic', pro obsidibus Wallensibus.—Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod quatuor obsides Wallenses quos hactenus custodivit in castro de Kenilwurth', quod rex commisit custodiendum Gilberto de Segrave quamdiu regi placuerit, decetero custodiri faciat in castro de Doninton' quod est in custodia ipsius vicecomitis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxv. die Maii.

Pro Galfrido de Langel'.—Mandatum est constabulario regis de Kenillewurth' quod, si Galfridus de Langel' non habuit nisi sex

1242.

quercus de x. quercubus quas rex ei dedit in haya sua de Kenillewurth' tempore Philippi de Acell', tunc eidem Galfrido residuas iiij^{or} quercus in predicta haya habere faciat. Teste ut supra.

Pro domino Karleolensi episcopo.—Mandatum est Johanni le Fol, venatori regis, quod motam canum regis cerviriciorum qui sunt in custodia sua habere faciat W. Karleolensi episcopo, de dono regis. Teste ut supra.

Pro rege, de Freymauntel.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod ex quo habuit seisinam de Freymauntel cum bosco et aliis pertinenciis, sicut in brevi regis plenius continetur quod rex ei mittit, per quinque dies vel per sex, tunc seisinam ipsam habere faciat Willelmo de Edmundestrop', forestario regis de feodo, cui rex commisit custodiam. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Chilham.—Rex commisit Ricardo de Chilham xx. marcas de prestito ad harnesium sibi perquirendum, qui vadit per preceptum regis cum duobus militibus et xij^{cim} tam servientibus quam scutiferis cum armis ad expugnandum insulam de Lundee et inimicos regis qui insulam illam tenent. Et mandatum est Vigorniensi episcopo quod de denariis regis quos penes se habet predicto Ricardo secundum quod necesse habebit et viderit expedire per gentes quas secum retinebit, et per moram quam ibi faciet, x. marcas vel amplius habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxvj. die Maii.

De damis capiendis ad opus Edwardi filii regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod Rogerum de Stopham, venatorem regis, quem rex mittit ad eam ad capiendum in balliva sua xv. damos ad opus Eadwardi filii regis ad hoc recipiat. Teste ut supra. Per litteras W. de Cantilupo.

Pro Radulfo le Bygot.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod, quia accepit per inquisicionem quam rex fieri precepit, quod unum mesuagium et medietas septem acrarum cum pertinenciis in Gillingham exstiterunt in manum regis per unum annum et unum diem et quod Stephanus le Blund qui suspensus fuit pro morte hominis mesuagium illud et terram tenuit de Radulfo le Bigot, quod (*sic*) predicto Radulfo de predictis mesuagio et terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De castro Notingh' reparando.—Mandatum est Roberto de [Everingham *erased*] Ros, justiciario foreste, quod habere faciat constabulario castri Notingh' maeremium in haiis de Willegh' et Lyndeby ad gisteandum et plancheandum quandam turrim ad capud camere regis ejusdem castri. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', primo die Junii.

Pro Thoma preposito et Gozelino messore.—Thomas prepositus et Gozelinus messor habent breve vicecomiti Oxon' quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum pro morte Johannis Spir unde appellati fuerunt. Teste ut supra.

1242.

Pro Emma de Fuleham.—Emma de Fuleham capta et imprisonata in Wallingford' pro receptamento latrocinii, unde appellata est, habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum; et mandatum est vicecomiti Berk'. Teste ut supra.

Pro priore de Derhurst'.—Rex ordinacioni facte de fratre Henrico, monacho Sancti Dionisii in Francia, quem Odo, abbas ejusdem domus, prefecit prioratui suo de Derhurst', regium adhibuit favorem et assensum. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicto prioratu et de omnibus terris et tenementis ejusdem prioratus cum pertinenciis in ballia sua eidem Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Chelmereford', iiij. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxon' et Wygorn' de terris et tenementis ejusdem prioratus.

De assisis comitatuum Cantebr' et Huntendon'.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' et Huntedon' quod omnes assisas comitatuum predictorum venire faciat coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis in primo transitu suo quod facient per balliam suam, quod erit in proximo. Teste ut supra.

Pro abbate Bernacen'.—Rex recepit fidelitatem Ricardi, abbatis Bernacen', qui de novo creatus est abbas, de omnibus terris et tenementis que Gilbertus, quondam abbas Barnacen', habuit in Anglia. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de omnibus terris et tenementis que ad predictum abbatem pertinent in ballia sua sine dilacione plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norhampton'.

Pro priore de Dunstapl'.—Rex eleccioni facte de fratre Galfrido, canonico de Dunstapl', in priorem ejusdem loci regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod de predicto prioratu et de omnibus terris et tenementis ejusdem prioratus in ballia sua ei sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Colecestr', viij°. die Junii.

De assisis comitatuum Norff' et Suff'.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod omnes assisas nove disseisine que aramiate sunt et non capte coram quatuor militibus, justiciariis ad hoc assignatis, tam infra libertates quam extra in ballia sua una cum assisis nove disseisine que summonite sunt coram justiciariis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, venire faciat coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis in proximo transitu suo per balliam suam. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est custodi gaole de Flete quod recipiat Willelmum de Blaveny et ipsum salvo custodiat usque ad adventum W. Eboracensis archiepiscopi, et consilii regis London'. Teste ut supra.

De prisonibus domini regis.—Mandatum est constabulario regis Bristoll' quod Willelmum de Mariscis et complices suos fortiores in

1242.

castro regis Bristoll' recipiat et in tutiori et fortiori loco turris una cum burgensibus regis Bristoll' quibus rex idem mandavit ita custodiri faciat, donec aliud a rege habuerit mandatum; quod in nullo possit timeri de eorum evasione. Reliquos vero prisones in villa Bristoll' una cum ipsis burgensibus ita tute et in tali statu faciat custodiri quod non de eorum evasione possit timeri et quod ejus diligencia inde merito possit commendari; et custum quod ad hoc posuerit faciat ei allocari. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Gippewic', xiij. die Junii.

[m. 9.] *Pro Willelmo filio Galfridi de Thorp'.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod duo mesuagia et sex acre terre cum pertinenciis in Scipwid' que fuerunt Thome filii Galfridi, qui fugit pro morte hominis, exstiterunt in manum regis per unum annum et unum diem et quod illa tenuit de Galfrido de Thorp', mandatum est vicecomiti Ebor' quod Willelmo filio et heredi ipsius Galfridi de predictis mesuagiis et terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Constabulario Turris Lond', de prisonibus recipiendis.—Rex W. Barduf', salutem. Mandamus vobis quatinus Willelmum . . . Mandatum est W. Barduf' quod Willelmum de Mariscis et quatuor vel quinque de majoribus de prisonibus quos cepit liberari faciat constabulario Turris London' et alios majores post ipsos liberari faciat custodi gayole de Neugate quotquot ibi tute possunt esse; et, si omnes ibi esse non possint, tunc resuduos tradi faciat custodi gayole de Flete. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Gippewic', xvj., die Junii.

Et mandatum est constabulario Turris London' quod predictum Willelmum et alios quatuor vel quinque quos prefatus W. ei liberabit recipiat et in artiori gayola et securiori que est in Turri illos salvo custodiat; et ita faciat ipsos ferro onerari et in tali loco custodiri quod nulla possit esse dubitatio evasionis eorum. Teste ut supra.

Similiter mandatum est thesaurario quod tot et tales servientes assignet ad custodiam predictorum quod in nullo possit timeri de eorum evasione. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gayole de Flete quod prisones illos qui ei liberabuntur de hiis quos W. Barduf' ducet London' recipiat et in fortiori et tutiori loco et artiori custodia ejusdem gayole, sicut corpus suum diligit, salvo custodiat; ita quod de ipsis possit respondere. Teste ut supra.

Similiter mandatum est custodi gayole de Neugate de hiis qui ei liberabuntur de eisdem. Teste ut supra.

Pro Henrico de Smalris'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod una bovata terre cum pertinenciis in Saut que fuit Isolde filie Willelmi que suspensa fuit pro latrocinio exstitit in manu regis per unum annum et unum diem et quod terram illam tenuit de Henrico de Smalris', mandatum est vicecomiti Staff' quod de predicta terra predicto Henrico plenam saisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Dunewic', xvij. die Junii.

Pro Agnete que fuit uxor Rogeri Bertram.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod unum manerium de maneriis que fuerunt

1242.

Rogeri Bertram tradat Agneti que fuit uxor predicti Rogeri ad sustentacionem suam, donec, facta extenta de predictis terris, assignari fecerit predicte Agneti racionabilem dotem suam de terris eisdem. Teste ut supra.

Pro rege de herede Rogeri Bertram.—Mandatum est Roberto de Ros quod a die Sancti Johannis Baptiste in unum mensem sit Lond' tractaturus una cum W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis de negociis regis et quod nullatenus omittat quin ducat secum filium et heredem Rogeri Bertram quem habet in custodia sua et eum liberet archiepiscopo memorato. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Norwic', xxiij. die Junii.

Pro burgensibus Bristoll'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod burgenses regis Bristoll' illas c. libras per quas finem fecerunt cum rege pro tallagio suo posuerunt per preceptum regis in liberacionibus militum, servientum et marinellorum et aliorum, qui missi fuerant ex parte regis usque ad insulam de Lunday ad ipsam expugnandam, et quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro ballivis regis Bristol'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod diem visus compoti ballivorum regis Bristoll' prorogent usque in octabas Sancti Michaelis; ita quod tunc regi reddant omnia arreragia in quibus regi tenentur. Teste ut supra.

Pro Magistro Th. de Wymundham.—Mandatum est Magistro Simoni de Wauton', custodi episcopatus Coventr' et Lichef', quod permittat Magistrum Thomam de Wymundham, precentorem Lichef', habere talem communam ad boves et averia sua in Ichenton', Chadelesfunt' et Geidon' qualem alii precentores Lich' temporibus aliorum episcoporum Coventr' et Lich' habere consueverunt in eisdem villis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Wengham.—Henricus de Wengham reddidit compotum suum coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis de illis cc. libris quas recepit per preceptum regis de thesaurario regis ad Scaccarium regis et quas posuit in expensis ipsorum qui missi fuerant usque insulam de Lunday per preceptum regis ad ipsam expugnandam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De insula de Lunday custodienda.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod una cum Henrico de Tracy et Galfrido de Dynan accedat ad insulam de Lunday et per consilium eorundem et Willelmi de Rummare, constabularii ejusdem insule, videat qualiter liberaciones eorum qui morabuntur in custodia predicte insule amensurari possint, donec W. de Cantilupo illuc venire possit ad plenius disponendum de custodia insule predicte. Ita tamen quod talis custodia interim remaneat ad eam custodiendam quod salvo et sine periculo regi custodiatur usque ad adventum prefati W. de Cantilupo circa octabas Sancti Petri ad Vincula. Illis autem qui interim morabuntur in predicta insula liberaciones suas habere faciat per visum et testimonium

1242. prefati Henrici secundum quod per ipsos fuerit ordinatum de c. libris quas per eundem Henricum vicecomiti mittit et quas ab eo ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Pro heredibus Thome de Marcbof.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod quia constat regi quod Thomas de Marcbof, captus et detentus in prisona regis Norwic' pro morte Alvred' de Bayfeld', unde rettatus fuit, obiit in prisona illa antequam convictus fuit de felonia predicta, de omnibus terris que fuerint ipsius Thome in ballia sua et que capte fuerunt in manum regis occasione predicta heredibus ipsius Thome sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Norwic', xxvj. die Junii.

Pro vicecomiti Norff' et Suff'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod vicecomiti Norff' et Suff' faciant habere respectum de visu compoti sui usque ad festum Sancti Michaelis anno etc., xxvj. Ita tamen quod interim reddat quantum poterit ad Scaccarium regis de exitibus predictorum comitatuum. Teste ut supra.

De castro de Scardeburg' reparando.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere constabulario de Scardeburg' maeremium ad pontem castri de Scardeburg' reparandum et ad tres portas in eo faciendas; et de veteribus roboribus ei habere faciat buscam ad ardendum racionabiliter in predicto castro et ad tres rogos faciendos ad operaciones ejusdem castri [ubi capi poterunt *erased*], sicut fieri poterit ad minus nocumentum foreste regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Cattesh', xxx. die Junii.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod permittat J. de Nevill' habere balliam suam de Sothour' et Stawd' usque ad parliamentum regis quod erit Lond' a die Sancti Johannis Baptiste in unum mensem, quo tunc venire nullatenus omittat. Ita tamen quod interim apponat aliquem de suis una cum ballivis predicti J. ad videndum quod ballia illa bene custodiatur. Teste ut supra.

Pro Samaritano, Judeo Winton'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod si Samaritanus, Judeus Winton', invenerit eis omnem illam securitatem que coram W. Eboracensi archiepiscopo, et consilio regis provisa fuit et ordinata, pro qua eciam invenienda dedit uxorem suam et filios suos obsides qui tenentur in Turri regis Lond', tunc predicto Samaritano predictos uxorem et filios deliberari faciat. Teste eodem archiepiscopo, apud Wymundham, xxvj. die Junii.

De prisone custodiendo.—Mandatum est G. de Segrave quod prisonem quem Johannes de Nevill' ei liberari faciet recipiat et in prisona regis de Kenillewrth' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Theford, xxviij° die Junii.

De trenchia facienda.—Mandatum est J. de Nevill' quatinus tam per medium boscum de Sautr' quam boscum de Copmaneford' necnon

1242.

et boscum de Upton' trenchiam fieri faciat quantum via se extendit in longitudinem et adeo largam quantum opus fuerit ad securitatem transeuntium, quod nullatenus omittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco Regis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod libertates concessas abbati de Bello Loco Regis per cartas domini J. regis, patris sui, ei teneri faciant sicut eis hactenus usus est. Teste ut supra.

De herede Willelmi le Gras.—Mandatum est Rogero Pichard' quod accedat ad ballivos Ricardi Syward de Clammorgan et ab eis recipiat heredem Willelmi le Gras quem ei liberabunt et ipsum ducat usque Bristoll' liberandum ibidem constabulario Bristoll' custodiendum donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Catteshull', primo die Julii.

Mandatum est ballivis Ricardi Syward' de Clammorgan quod predictum heredem ei liberent. Teste ut supra. Per litteras patentes.

Mandatum est constabulario Bristoll' quod ipsum admittat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Adam de Dikkelegh'.—Mandatum est vicecomiti Essex quod de terris et catallis Ade de Dikkeleg' que capta fuerunt in manum regis eo quod falso fuit ei impositum quod interfuisse debuit una cum Matheo de Leyham roberie nuper facte Rohesie de Cokefeld' eidem Ade plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro archidiacono Colecestr'.—Rex accomodavit archidiacono Colecestr' ad ejus instanciam gaolam Colecestrie ad Bathemam Pril, prisonem, qui se clericum facit, in ea custodiendum. Et mandatum est vicecomiti Essex quod predictam gaolam ei accomodet, ita tamen quod de predicta gaola predictus B. non deliberetur, donec aliud a rege aliud (*sic*) habu[er]it mandatum. Teste ut supra.

Pro Waltero Doget.—Walterus Doget, captus et detentus in prisona regis de Wallingford' pro morte Radulfi le Sokere unde rettatus est, habet breve vicecomiti Berk' quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', viij. die Julii.

Pro Alicia Murdac.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quia constat regi quod Isabella que fuit uxor Osberti Giffard, que mortua est, recuperavit custodiam terrarum que fuerunt predicti Osberti quondam viri sui in Gillingham per preceptum regis eo quod predictus Osbertus terram illam tenuit in soccagio et predicta Isabella propinquior fuit heredi ipsius, quod Alicie Murdac, matri ipsius Isabelle, que propinquior est heredibus ipsius Osberti post mortem ipsius Isabelle, de custodia omnium terrarum que predictus Osbertus tenuit in soccagio in Gillingham et que postea fuerunt in custodia ipsius Isabelle plenam seisinam habere faciat usque ad legitimam etatem heredum ipsius Osberti quoad soccagium. Teste ut supra.

1242.
[m. 8.]

Pro Waltero forestario.—Walterus forestarius, captus et detentus in prisona regis Huntedon' pro morte Walteri de Wincwik, unde Matillis que fuit uxor ejusdem Walteri eum appellat, habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

De nundinis Winton'.—Mandatum est custodibus nundinarum Winton' quod predictas nundinas non teneant ultra tempus illud quo consueverunt teneri a custodibus nundinarum ipsarum ad hoc assignatis ab episcopis Winton' qui pro tempore fuerunt temporibus H. regis, avi regis, R. regis, avunculi regis, J. regis, patris regis, et temporibus regis, quoniam non sine magno dispendio regis nundine ille ab ipsis ulterius teneri possent. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xv. die Julii.

De eodem.—Mandatum est majori et ballivis Winton' quod quia sine magno dispendio civitatis regis ammota est in civitate regis Winton' draperia a loco illo in quo esse consuevit in magno vico, quatinus draperiam illam esse faciant in magno vico predicto in loco eodem in quo esse consuevit tempore domini J. regis, patris regis. Teste ut supra.

De muro civitatis regis Winton' reparando.—Mandatum est priori Sancti Swithuni Winton', quia predecessores sui, priores ejusdem domus, semper claudere et reparare consueverunt murum civitatis regis Winton' inter portam australem versus Suhampt' et portam que vocatur Kinghete, quatinus murum interjacentem inter predictas portas bene claudi et reparari faciat. Ita quod pro defectu ipsius rex ad ipsum capere non debeat et predictas portas taliter parari faciat quod bene et salvo possint firmari. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Bykre.—Mandatum est vicecomiti Norhumbr', quia Nicholaus de Bykre terram suam tenet per sergantyam, quod ipsum nec ad se militem faciendum nec pro passagio regis distringat. Teste ut supra per eundem archiepiscopum.

Pro Johanne Extraneo.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni Extraneo, justiciario Cestr', tres cervos in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Leic' quod omnem vim laicam quam invenerit in domo de Bredon' resistentem quominus prior de Sancto Oswaldo domum illam tamquam cellulam suam intrare possit ad disponendum ibidem tam de temporalibus quam de spiritualibus sine (*sic*) facere consuevit sine dilacione amoveat. Teste ut supra.

Pro Hugone filio Willelmi.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod, si Hugo filius Willelmi terram suam teneat per serjantiam et nichil teneat per servicium militare, ipsum non distringat ad arma capienda vel se militem faciendum. Teste ut supra.

Pro Griffino filio Wenunwen.—Rex respectum dedit Griffino filio Wenunwen de demanda quam rex ei facit de tallagio manerii de

1242.

Asseford', donec rex redierit a partibus transmarinis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Ponte Roberti.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod loquelam que est in comitatu suo inter abbatem de Ponte Roberti et Wyllardum de Merle de averiis captis et injuste detentis ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis anno etc. xxvj. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Waleys.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, si Willelmus le Waleys, captus et detentus in prisona regis Norht' pro transgressione venacionis, invenerit ei vj. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis proximo itinerantibus ad placita foreste in comitatu suo vel communia regis quando preceperit ad standum inde recto, tunc ipsum tradat in ballium illis sex etc. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xvij° die Julii.

Pro Alicia que fuit uxor Johannis de Cornerth'.—Mandatum est Ricardo de la Lade, custodi terrarum que fuerunt G. comitis Glouc' quod assignari faciat Alicie que fuit uxor Johannis de Cornherth racionabilem dotem suam de redditibus qui fuerunt predicti Johannis, quondam viri sui, in Wicham et Subur' qui sunt in manu nostra racione terre et heredis predicti comitis Glouc' in manu nostra existentis. Teste ut supra.

De auro regine.—Mandatum est Johanni Extraneo, justiciario [foreste *erased*] Cestr', quod demandam quam facit per summonicionem Scaccarii de auro regine ponat in respectum usque ad reditum regis in Angliam. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Kamoys.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Radulfus de Kamois solvit regi in warderoba regis apud Winton' x. marcas per quas finem fecit cum rege pro passagio suo. Et ideo vobis mandamus quod de predictis x. marcis predictum Radulfum quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De pace domini regis custodienda.—[Mandatum est. Rex concessit *erased*.] Rex mittit Willelmum de Wauton' una cum x. servientibus cum equis et armis in comitatus Norff' et Suff' ad pacem regis in partibus illis custodiendam et ad scrutandum malefactores et perturbatores pacis regis sicut provisum fuit in partibus illis de consilio W. Eboracensis archiepiscopi, et aliorum de consilio regis. Et mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod ipsum W. una cum predictis servientibus ad hoc recipiat, et de consilio ejusdem W. provideat regi de xl^a^ servientibus peditibus qui similiter ad hoc eidem W. intendant, qui omnes militent expensis illorum de comitatibus, sicut fuit provisum. Ita quod predictus W. habeat singulis diebus ad expensas suas xxx^a^ denarios et singuli servientum equitum xij. denarios et singuli servientum peditum tres denarios. Teste ut supra.

1242.

Pro Briano filio Alani.—Rex concessit Briano filio Alani, custodi terre et heredis Johannis Trayly, quod quantum ad custodiam illam quietus sit de passagio regis pro scutagio feodorum que tenentur de eadem custodia. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Passefeud'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod si Walterus de Passefeud', captus et detentus in prisona regis Colecestr' pro forisfacto parcorum et vivariorum, unde rettatus est, invenerit, etc., xij., etc., tunc ipsum tradat in ballium usque ad adventum justiciariorum in partibus illis. Teste ut supra.

Pro hominibus regis de Sandwic'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam trium marcarum et dimidie quam faciunt per summonicionem Scaccarii Nicholao de Wadinton', Radulfo le Marchaund, Rogero Petit, Johanni Parere, Coc filio Gerardi, Colino Draper', Laurentio filio Blite et Simoni de Crauthorn', hominibus regis de Sandwic', pro quodam amerciamento ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis anno etc. xxvj. Teste ut supra.

Vicecomiti Devon'. Pro rege, de insula de Lunday.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod una cum Henrico de Tracy accedat ad insulam de Lundee et de consilio ipsius Henrici videat si adhuc sit tempus idoneum ad operandum in turri illa que provisa fuit construenda in insula illa per W. Bardulf et alios in capcione W. de Marisc' et complicum suorum in eadem insula. Et si tempus sit idoneum ad operandum, tunc attrahi faciat petram et calcem ad operacionem illam faciendam. Et, cum rex sciverit custum quod ad hoc posuerit, rex illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est eciam Henrico de Tracy quod, sicut regem diligit, accedat cum predicto vicecomite ad insulam predictam ad idem faciendum. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Grey.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Berewode faciat habere Ricardo de Grey duos damos, de dono regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxj. die Julii.

Pro Roberto de Aubervill'.—Mandatum est Hugoni Giffard' et Magistro W. Le Brun quod [admittant *erased*] statuant Robertum de Aubervill' ad deserviendum in officio pannetarie et buttilarie Edwardi filii regis. Teste ut supra.

Pro Roesia de Verdun.—Rex respectum dedit Roesie de Verdun de terra sua in Hybernia hospitanda usque ad Pascham anno etc. xxvij°. Et mandatum est justiciario Hybernie quod non obstante priore mandato regis ei inde directo prefate Roesie respectum illum habere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate Westmon'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, occasione generalis precepti regis quod rex ei fecit de armis jurandis et assidendis in comitatu suo, se non intromittat de armis jurandis

1242.

et assidendis in terris et tenementis abbatis Westm' contra libertates quas idem abbas habet per cartam predecessorum regis et domini regis, set eidem abbati, cum ad illum miserit retornum brevis regis quod rex ei mittit, habere faciat pro negocio predicto per quod mandatum regis in libertatibus suis plenius exequatur. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westm', xxv. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wygorn', Glouc', Oxon', Sussex', Norhampt', Linc', Hertford', Essex', Midelsex', Buk', Kanc'.

Pro Normanno de Arcy.—Normannus de Arcy, appellatus de precepto de morte Ricardi de Arcy, venit Lond' et posuit se ibidem in prisona domini regis et habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum vel coram domino rege quando rex preceperit. Teste ut supra.

Pro Philippa, comitissa War'.—Mandatum est Willelmo de Cantilup', custodi terrarum et heredum Roberti Marmiun' quod de servicio suo, quod assignatum est Philippe, comitisse War', nomine dotis ipsius comitisse, de tenementis que tenet de feodo Thome, quondam comitis War', filii predicte comitisse, ei intendens sit et respondens tota vita ipsius comitisse, sicut predicto comiti inde respondere consuevit ante assignacionem predictam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Roberto Malduit, Willelmo de Dyve, Petro de Monteforti et Fulconi filio Warini.

Pro Ada que fuit uxor Johannis filii Roberti.—Rex concessit Ade que fuit uxor Johannis filii Roberti, que habet de concessione regis custodiam terrarum et heredum predicti Johannis, viri sui, quod colligat scutagium per manum suam de feodis militum que tenebantur de ipso Johanne in balliva sua ad respondendum inde ad Scaccarium regis a die Sancti Michaelis in xv. dies, scilicet de scuto tres marcas pro excercitu regis contra transfretacionem regis in Wasconiam. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod predictam Adam predictum scutagium colligere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norht', Norhumbr', Norff' et Suff', Ebor' et Bed'.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est G. de Segrave quod permittat Rogerum de Stopham, venatorem regis, capere in foresta regis de Wicchewod' ad opus Eadwardi filii regis octo damos. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est custodibus episcopatus Winton' quod habere faciant Willelmo de Cantilupo duas bonas navatas busce in bosco ejusdem episcopatus de Weregrave, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone le Poer.—Mandatum est vicecomiti Wygorn' quod, accepta bona securitate ab Hugone le Poher quod reddet regi ad Scaccarium suum ad festum Sancti Michaelis debitum quod regi debet de arreragiis suis comitatuum War' et Leic', usque ad prefatum terminum pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

1242.

Pro W. Wygorn' episcopo.—Mandatum est constabulario Sancti Briavell' quod habere faciat W. Wygorn' episcopo. sex damos in foresta regis de dono, de dono regis apud Portesm' ante transfretacionem suam. Teste ut supra.

De disposicione rerum captarum in mari.—Rex mittit R. Passelewe usque Portesm' ad disponendum de rebus quas homines regis de Portesm' nuper ceperunt super homines regis Franc'. Et mandatum est ballivis regis de Portesm' quod ad disposicionem illam faciendam eidem R. sint intendentes et omnes res illas salvo custodiri faciant usque ad adventum prefati R. et si quid inde ammotum fuerit, id sine dilacione redire faciant. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet ad ballivos regis Suhampton'.

[m. 7.] *De navi mercatorum.*—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod navim mercatorum de Gaunt' et Ipre quam arestari fecit apud Graveshend' cum omnibus rebus eorum venire faciat apud Lond' et hoc scire faciat W. de Haverhull', thesaurario regis, cui rex precepit quid inde facere debet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', xxviij. die Julii.

Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quatinus, cum navis que arestata fuit apud Roff' venerit Lond', accedat ad eam et per sacramentum proborum et legalum virorum diligenter inquirat de cujus potestate sint mercandise et res in illa navi contente et, si quas invenerit de potestate imperatoris vel de Brebanc' vel de Flaundr' vel de Dacia vel de Norwag' vel de Gutland', statim deliberari faciat et similiter eos qui sub conductu regis ducuntur, omnes alios arestari et salvo custodiri faciens, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ros'.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod, si Willelmus de Ros' fecerit ipsum securum quod erit apud Winton' in octabis Assumpcionis Beate Marie coram consilio regis paratus equis et armis ad transfretandum ad regem usque in Pictaviam, tunc terras et catalla sua que cepit in manum regis eo quod non transfretavit cum corpore regis et quod non venit ad summonicionem regis, sicut fecerunt pares sui in excercitu regis usque Routhelan' in Walliam, ei sine dilacione replegiari faciat. Teste ut supra.

De archa Judeorum Winton'.—Quia rex audivit quod archa regis Judeorum Winton' minus bene custoditur tam ad opus regis quam Christianorum et Judeorum, mandatum est vicecomiti Suhampt' quod per consilium Roberti Passelewe quem rex illuc mittit alium custodem ad hoc apponi faciat. Teste ut supra.

De navi mercatorum deliberanda.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario, et majori Lond' quod, accepta securitate a mercatoribus quorum navis arestata est apud Roff' quod navis illa non est de potestate regis Franc' et quod nichil in ea ducunt quod sit de potestate regis Franc', tunc significent per litteras suas vicecomiti Kanc' quod navim illam cum omnibus in ea contentis eis liberare (*sic*) faciat, cui rex mandavit quod ad mandatum ipsorum id faciat. Teste ut supra.

1242.

Mandatum est vicecomiti Kanc' quod si predicti thesaurarius et major id ei significaverint quod predictam navim eis deliberari faciat. Teste ut supra.

De catallis et rebus mercatorum.—Mandatum est etiam. B. de Cryoil' quod omnia catalla et omnes res et pecuniam que arestari fecit apud Dovor' et que mercatores illi poterunt probare sua esse de potestate Wasconie et de potestate comitis Flandr' sine dilacione deliberari faciat. Ita quod de rebus illis nichil sit de potestate regis Franc'. Teste ut supra.

Pro Magistro Alexandro de Swereford'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in foresta regis que vocatur Mons Gilberti in comitatu Salop' faciat habere Magistro Alexandro de Swereford' ubi ad minus nocumentum illius foreste capi poterunt et ad majus commodum illius Magistri x. furchas ad quandam grangiam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Samuel' filio Isaac, Judeo Norwic', et participibus suis.—Rex concessit Samueli filio Isaac', Judei Norwic', et participibus suis, heredibus predicti Isaac, quod, non obstante eo quod non servaverunt terminos suos de debitis ipsius Isaac que regi debebant de tempore quo arche fuerunt clause per preceptum regis, recuperent eosdem terminos. Ita quod triginta marcas quas regi reddidisse debuerunt ad Pascha anno, etc., xxvj[to] reddant regi ad festum Sancti Michaelis anno eodem una cum xxx[a] marcis quas regi debent ad eundem terminum, et sic de anno in annum reddant regi ad eosdem terminos lx. marcas, donec prefatum debitum regi persolvatur. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ita fieri et inrotulari faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', xxix[o] die Julii.

De mercatoribus.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod omnes mercatores tam de potestate domini imperatoris quam Brabanc' necnon et potestate comitis Flandr' arestatos in balliva sua sine dilacione deliberari faciat et de cetero nullos mercatores de potestate predicta arestari faciat in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Emma sorore Elye filii Alicie.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quia, postquam Robertus Skeich', rettatus de morte Elye filii Alicie, interrogatus fuit de comitatu in comitatum, per falsam suggestionem impetravit breve regis de tradendo ipsum in ballium usque ad adventum justiciariorum in partes illas et Emma soror ipsius Elye postea prosecuta est appellum de comitatu in comitatum versus prefatum Robertum de morte predicti fratris sui, tibi precipimus quod, si ipsa Emma appellum illud prosequi voluerit, tunc corpus ipsius Roberti, si inveniri possit, attachiari facias et in prisona nostra salvo custodiri usque ad adventum justiciariorum nostrorum in partes illas. Et si inveniri non possit tunc ipsum de comitatu in comitatum interrogari facias donec secundum cursum regni fuerit utlagatus. Teste ut supra.

Pro E. que fuit uxor Th. comitis War'.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt Th. quondam comitis War', quod de maneriis

1242.

de Tanewrth', Claverdon' Sutton', Hokenarthon' et Bradam cum omnibus pertinenciis suis E., que fuit uxor Th. comitis War', cum omnibus bladis et fenis existentibus in terris, nomine dotis, sue plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ernaldo Beraut.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod navim Ernaldi Beraud que nuper arestata fuit apud Graveshend' nusquam arestari faciat de cetero in balliva sua. Teste ut supra.

Idem mandatum est vicecomiti Ebor' de navi ipsius Ernaldi in Hull'.

Mandatum est vicecomiti Kanc', quia Ernulfus Beraud, mercator de Caurz, habet litteras regis de protectione, quod Elyam et Bertramum, vadletos, ipsius Ernulfi, et denarios suos, quos arestavit, sine dilatione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Rogeri Bertram'.—Mandatum est [vic' *erased*] Roberto de Crepping' quod per visum vicecomitis Norhumbri de tercia parte omnium terrarum et tenementorum que fuerunt Roger. Bertram cum omnibus pertinenciis suis Agneti, que fuit uxor ipsius Rogeri, cum omnibus bladis et fenis existentibus in terris illis, nomine dotis, plenam seisinam sine dilacione habere faciat: retentis in manu regis castro de Midford' et meliori et commodiori manerio de duobus maneriis, videlicet de Heland' et Felton', altero eidem A. nomine dotis assignato. Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod ad hoc faciendum una secum intendat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod una cum predicto Roberto ad hoc intendat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Valentin'.—Mandatum est ballivis regis de Winchels' quod catalla et mercandisas Willelmi de Valentin' que in villa sua arrestari fecerunt quia idem Willelmus est de potestate comitis Flandr' ei sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

De navibus providendis.—Mandatum est ballivis portus de Winchels' quod provideant ad opus regis de portu suo x. bonas naves et magnas, ita quod illas habeant apud Portesm' ad ultimum die Lune proxima post Assumpcionem Beate Marie bene paratas ad transfretandum ad regem in Pictaviam in servicio regis. Teste ut supra.

Mandatum est eciam Roberto Passelewe quod arestari faciat in portubus Suhampt' et Portesm' x. bonas naves et magnas vel plures si invente fuerint, ita quod sint apud Portesm' ad eundem terminum. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis.—Mandatum est B. de Crioyl' quod tres naves carcatas vinis que nuper venerunt usque Sanwic', sine dilacione integras Lond' venire faciat. Teste ut supra.

De catallis de potestate regis Francie.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quatinus, sicut regem et honorem suum et se ipsos et honorem regis diligunt, associatis eis W. de Haverhull', thesaurario regis, Edwardo filio Odonis et Willelmo Hardel, cum

1242.

quanta poterint diligencia inquirant que catalla de potestate regis Franc' sint in civitate Lond'. Et, cum ipsis constiterit de catallis illis, tunc ea per visum predictorum fidelium regis salvo deponi faciant, donec rex aliud inde preceperit. Et talem ad hoc diligenciam apponant quod tam magna catalla sicut rex ibi esse credit de potestate predicta per negligenciam suam et defectum non amittat (*sic*). Teste ut supra.

De quarellis mittendis usque Dovor'.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de quarellis regis qui sunt sub custodia sua sine dilacione faciat habere Colino de Haulou tria milia quarellorum ad municionem castri regis Dovor'. Teste W. de Cantilup' apud Mortelak', ij° die Augusti.

De balistariis peditibus mittendis usque Dovor'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod mittant usque Dovor' sexties viginti balistarios pedites ad B. de Crioyl', constabularium Dovor', ad faciendum quod eis precip' ex parte regis. Teste ut supra.

De navibus et hominibus cum armis mittendis usque Dovor.'—Mandatum est ballivis de Dunwic' quod cum quanta poterint festinacione mittant usque Dovor' quinque naves bene munitas hominibus et balistariis quotquot habere poterunt cum quinque batellis usque Dovor' ad faciendum id quod B. de Crioyl', constabularius Dovor', eis precipit ex parte regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Jernemuta de quinque navibus.

Eodem modo mandatum est ballivis de Gippewic', Oreford' et Blakeny', de quatuor navibus. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo filio Reginaldi et Fulconi filio Warini quod ad mandatum B. de Crioyl', constabularii Dovor', veniant ad ipsum facturi quod eis dicet ex parte regis tam per mare quam per terram. Ita tamen quod in octabis Assumpcionis Beate Marie sint apud Winton' parati ad transfretandum post regem. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Philippo de Columbar' et Rogero de Leyburn', sine transfretacione. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Crioyl', constabulario Dovor', quatinus provisionem illam modis quibus poterit prosequi studeat, honorem regis conservans et inimicos regis tam per terram quam per mare gravando. Et custum quod ad hoc posuerit tam de lucro Henrici Puchepap de la Rye quam de catallis de potestate regis Franc' quam aliunde, si necesse fuerit, rex ei reddi faciet ad plenum. De militibus autem ad ipsum mittendis rex ei signavit quod significavit omnibus hominibus de iiij^or^ comitibus quod ei sint intendentes secundum quod in litteris illis plenius continetur; set de Walensibus, propter brevitatem temporis, rex nichil ad presens facere potuit. De balistariis autem ei mittendis de Lond' et similiter de navibus de Dunwic' et aliis villis de costera maris rex, sicut signavit, fieri precepit, ei mandans quatinus nullos mercatores de potestate imperatoris, Brabanc', comitis Flandr' neque catalla illorum de quibus constare poterit ei quod sint de potestate predicta neque de Anglia aliquo modo arestari faciat. Et si quid inde arestavit, id sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

1242.

Pro Edmundo de Lacy et Johanne de Warenn'.—Mandatum est B. de Sabaud', constabulario Windles', quod in foresta regis de Windles' faciat habere Edmundo de Lacy duos damos et Johanni de Warenn' duos damos, de dono regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Windles', iiij^{to} die Augusti.

De prisone recipiendo.—Mandatum est custodi gaole de Flete quod Hamonem Parmeyn', prisonem, recipiat et in libera prisona salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti War' quod prisonem quem G. de Segrave justiciarius foreste ei liberabit ab eo recipiat et in prisona regis War' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De venacione capienda ad opus regis.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod venatores regis quos W. Eboracensis archiepiscopus, et W. de Cantilup' mittent in forestis vicinioribus portui de Portesm' ad capiendum cc. damos ad opus regis ad hoc admittat et in locis forestarum illarum ubi ad minus nocumentum fieri poterit, ipsam capere permittat; et cervos loco damorum capi faciat, si viderit expedire. Teste ut supra.

Pro. W. Karleolensi episcopo.—Rex concessit [R. Lincolniensi episcopo *erased*] W. Karleolensi episcopo, custodiam tocius baronie que fuit Johannis de Veteri Ponte cum omnibus pertinenciis usque ad legitimam etatem heredum ipsius Johannis. Et quia terra de Oldelonde pertinet ad baroniam predictam, de qua quidem terra idem J. fuit seisitus die quo obiit tamquam pertinente ad baroniam suam et in nullo pertinet ad jus ecclesie Lincolniensis, mandatum est R. Lincolniensi episcopo, quatinus de predicta terra de Oldelonde prefato Karleolensi episcopo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Dunwic'.—Mandatum est B. de Crioyl quod tres naves hominum de Dunewic' carcatas sale quas homines de Sandwic' arestaverunt apud Sandwic' et catalla illorum in mari depredata eis deliberari faciat et restitui sine dilacione. Teste ut supra.

Pro Philippo Mymmekan'.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod Philippo Mymmekan ballivam suam foreste regis replegiari faciat, donec de vasto viridi et venacionis quod dicitur esse factum in balliva sua, veritas plenius inquiratur. Interim autem videri faciat quod nullum vastum viridi vel venacionis fiat in balliva predicta. Teste ut supra.

Pro Elya de Trye.—Mandatum est ballivis de Winchels' quod navem Elye de Trye quam ceperunt juxta costeram Britannie et arestari fecerunt in portu suo sine dilacione ei deliberari faciant quia habet conductum regis usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Mandatum est eciam ballivis Suhampt' quod catalla ipsius Elye que arestari fecerunt in villa sua ei similiter deliberari faciant, quia

1242.

habet conductum regis usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De assensu in abbatem Sancti Augustini Bristoll'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod rex adhibuit regium assensum et favorem eleccioni facte de fratre W. camerario de Keynesham, in abbatem Sancti Augustini Bristoll', et quod de omnibus possessionibus et rebus ad predictam abbaciam pertinentibus tam de bladis instantis autumpni quam de fenis, eidem plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro militibus et servientibus de Windleshour'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod tam militibus quam servientibus existentibus in municione castri regis de Windleshour solvat liberaciones suas singulis diebus anni, anno computato eis pro xiij. mensibus. Teste ut supra.

Pro abbate de Sautr'.—Mandatum est J. de Nevill' quod permittat abbatem de Sautr' facere quendam trencheam per medium boscum suum de Sautr' ad securitatem transeuncium per manus hominum suorum. Ita quod fossatum et haya ejusdem bosci remaneant eidem abbati, unde idem abbas habet cartam domini J. regis, patris regis. Teste ut supra.

Mandatum est Hugoni Giffard et Magistro W. Le Brun quod admittant Rogerum Walensem cum uno garcione ad custodiendum.

[*Unfinished and cancelled*] *Quia non habuit.*

Pro abbate de Girovall'.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod denarios quos cepit ab abbate de Girovall' pro duobus palefridis quos regi promisit contra transfretacionem regis et quos regi reddidit ei reddi faciat. Teste ut supra.

J. Extraneo, de Walensibus.—Mandatum est J. Extraneo, justiciario Cestr', quatinus, nisi David filius L. quondam principis Norwall', nepos regis, et Griffinus filius Madoc ad mandatum regis quingentos Walenses pedites idoneos ad servicium nostrum ei habere fecerint ad transfretandum et ad veniendum post regem in Wasconiam, quod ipse ab ipsis recipiat tot Walenses quot ab eis habere poterit et residuos de consilio J. de Munem' ad opus regis perquirat usque ad predictum numerum completum, ita quod sint apud Winton' in octabis Assumpcionis Beate Marie et eis expensas inveniat usque ad mare. Et cum rex sciverit custum quod ad hoc posuerit, rex illud ei faciet allocari. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Kenynton', xij. die Augusti.

Pro Johanne de Baiocis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non distringat Johannem de Baiocis ad solvendum regi finem quem fecit cum rege pro scutagio et passagio suo, quia idem Johannes parat se ad transfretandum et ad veniendum post regem ad mandatum regis. Teste ut supra.

[m. 6.] *Pro domina Gwillelma, domicella regine.*—Mandatum est vicecomiti Essex' quod demandam quam facit per summonitionem Scaccarii domine Willelme, domicelle regine, de debitis comitis Sancti Pauli

1242.

ponat in respectum usque in reditum regis de partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro Malekyna de Lacy.—Mandatum est W. de Haverhull' quod Malekyne de Lacy faciat habere quandam culcitram paylatam et quoddam coopertorium de bissis cum panno competenti; et, cum dominus rex sciverit custum, breve suum de liberate ei habere faciet. Teste ut supra.

De thesauro domini regis conducendo.—Mandatum est thesaurario et camerariis suis quatinus preparari faciant thesaurum regis ad regem mittendum, ita quod die Mercurii proxima post festum Assumpcionis Beate Marie sit apud Guldeford' deinde cariandus usque Winton' et quod illum illuc salvo conducant una cum vicecomitibus Lond' quibus rex mandavit per breve suum de comp' quod thesaurum illum sub salvo et securo conductu usque Winton' faciant cariari. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Kenynton', xvij° die Augusti.

De quadam galea domini regis.—Mandatum est B. de Crioyl, constabulario Dovor', quatinus unam galeam de Bristoll' vel aliam bonam festinanter venire faciat usque Portesm' ad regem, mittendam ad partes transmarinas et x. naves de Wynchels' quas rex mandavit, si nondum venerint, cum quanta poterit celeritate usque Portesm' venire faciat, sicut alias fuit provisum. Teste ut supra.

Vicecomitibus London' de thesauro domini regis.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod quinque milia marcarum et c. marcas ex una parte et quingentas libras ex altera parte quas thesaurarius et camerarii regis eis liberabunt ab eis recipiant sub salvo et securo conductu carriandas usque Winton' ad venerabilem in Christo patrem W. Eboracensem archiepiscopum, et alios de consilio regis ad faciendum inde quod rex eis injunxit. Et custum quod ad hoc posuerint, rex faciet eis allocari ad Scaccarium suum per breve regis de comp' quod penes se habent. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Ambienensibus.—Mandatum est ballivis de Jernemuta quod, sicut corpora et omnia catalla sua diligunt, omnes mercandisas, res et catalla, Johannis sur le Ewe, Johannis de Sercy et mercatorum suorum, mercatorum Ambienensium, que arestata sunt in villa sua in navi Eustacii Karette salvo custodiri faciant, ita quod nichil inde depereat vel amoveatur, donec rex aliquem illuc miserit ad videndum mercandisas et catalla predicta et ad disponendum secundum quod ei duxerit rex injungendum. Teste ut supra.

Pro fratre J. elemosynario domini regis.—Mandatum est custodibus vinorum Suhampt' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua faciant habere fratri J. elemosynario domini regis, unum dolium vini ad denarios suos. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Winton', xxiij° die Augusti.

Pro Galfrido de Insula.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Galfrido de Insula de auro regine de

1242. fine ccc. marcarum quem fecit cum rege ponant in respectum usque in octabas Sancti Hyllarii anno, etc., xxvij°. Teste ut supra.

Pro Ernulfo de Munteny.—Rex concessit Ernulfo de Munteny quod de debito quod debet Aaron, Judeo Ebor'. non currat usura citra octabas Sancti Hyllarii anno, etc., xxvij°. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de debito illo non permittant usuram currere citra terminum memoratum. Teste ut supra.

Pro domino rege, de navibus.—Mandatum est B. de Crioyl, constabulario Dovor', quatinus tempestive venire faciat xx. naves de Quinque Portubus usque Portesm' in quibus transfretare possint milites regis ad regem venientes. Hoc autem idem mandavit rex ballivis de Winchels' et de Rye eis mandans quatinus si de illis duabus villis tot naves haberi non possint ipse alibi in villis predictorum Portuum illas perquiri faciat usque ad numerum supradictum. Nichilominus tamen illuc venire faciat omnes illos de Portubus predictis cum navibus suis qui voluerint ire ad vindemias in contubernio militum predictorum. Teste ut supra.

Similiter de navibus.—Mandatum est eciam tam ballivis de La Rye quam de Winchels' quatinus, sicut regem diligunt, nullatenus omittant quin tam de villa sua quam de villa de Winchels' tempestive venire faciant apud Portesm' xx. naves in quibus transfretare possint milites regis ad regem venientes. Teste ut supra.

Pro hominibus de Beverlaco.—Mandatum est ballivis de Gernem' quod omnia catalla que arestari fecit (*sic*) in quadam navi de Beverlaco in villa vestra et que homines de Beverlaco probare poterunt sua esse sine dilacione eis deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro Maria que fuit uxor Roberti de Curtenay.—Rex concessit Marie que fuit uxor Roberti de Curtenay' maneria de Iwerton' et Chaummeleg' ad sustentacionem suam donec Johanni de Curtenay, filio et heredi predicti Roberti, a partibus transmarinis ubi in servicio regis moratur redeunti rex terra sua reddiderit, qui predicte Marie dotem suam inde assignabit. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de manerio de Iwerne et vicecomiti Devon' quod de manerio de Chammeleg' ad sustentacionem suam, sicut predictum est, sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Adam de Gysenne.—Mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod non distringat Adam de Gysenne ad se faciendum militem quia est cum W. de Grey in servicio regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

Pro rege, de vinis liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua liberent ballivis regis Suhampton' octo dolia vini ad faciendum inde id quod rex eis injunxit. Teste ut supra.

1242.

Pro mercatoribus Francie.—Mandatum est ballivis regis Suhampt' quod mercandisas Johannis le Fleming' de Neele et Ade fratris ejus et Petri de Curdemaunch' que arestate sunt in villa sua et quas ipsi probare poterunt suas esse eis deliberari faciant quia habent litteras regis de conductu. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Winton', xxv. die Augusti.

Pro priore Sancti Swithuni Winton'.—Prior Sancti Swithuni Winton' reddidit per preceptum nostrum Willelmo Lungesp', de dono regis, illas cc. marcas quas regi promisit contra transfretacionem regis in Wasconiam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod unum dolium vini de prisa faciant habere Philippo Basset, de dono regis; et mandatum est ballivis regis Suhampt' quod illud acquietari faciant. Teste ut supra.

Pro abbatissa Sancte Marie Winton'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat abbatisse Sancte Marie Winton' quinque quercus in foresta regis de Axesholt in auxilium ad portam civitatis regis Winton' faciendam, de dono regis.

Pro Henrico de Caldecot.—Mandatum est ballivis de Jernem' quod navem piscatoriam Henrici de Caldecot', piscatoris de Depe, quam arestaverunt cum allece in ea contento in villa sua sine dilacione eidem Henrico cum predicto allece et aliis mercandisis in ea contentis integre ei reddi faciant, ne rex audiat inde clamorem. Teste ut supra.

De pace domini regis conservanda.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod omnes illos de Quinque Portubus vel alios quicumque transitum fecerint in balliva sua per costeram maris ad depredandum vel pacem regis perturbandum modis quibuscunque poterit capiat et eorum corpora salva custodiat, donec rex aliud inde ei preceperit. Teste ut supra.

De claiis et pontibus liberandis.—Mandatum est constabulario castri de Porecestr' quod claias et pontes regis quos habet in custodia sua liberet illis quibus Willelmus Hardel et Johannes de Colemer' ei significabunt. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Campo.—Mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quia Willelmus de Bello Campo non habuit illos duos damos quos rex ei dedit in foresta de Fecham, quod ipsos in eadem foresta ei habere faciat. Teste ut supra.

De abbacia de Saftesbur' tradita R. Passelewe custodienda.—Rex commisit Roberto Passelewe custodiam omnium terrarum abbacie Sancti Eadwardi de Shaftesbur', quamdiu regi placuerit; et mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de custodia predicte abbacie et omnium terrarum ad predictam abbaciam pertinencium in balliva

1242.

sua plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex, Devon' et Wiltes', de terris ipsius abbacie in balliva sua, nulla facta mencione de custodia predicte abbacie. Teste ut supra.

Pro fratre J. elemosynario domini regis.—Mandatum est Michaeli, custodi vinorum regis Winton', quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere fratri Johanni, elemosynario nostro, unum dolium vini, de dono regis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Winton', xxvj. die Augusti.

De scutagio domini regis.—Mandatum est custodi manerii de Tanton' quod de feodis militum que tenentur de episcopatu Winton', vacante et in manu regis existente, in predicto manerio et in honore ejusdem manerii colligi faciat scutagium regis, scilicet de scuto tres marcas pro excercitu regis contra transfretacionem regis in Wasconiam anno etc., xxvj^{to}, ita quod illud habeat ad Scaccarium regis in quindena Sancti Michaelis anno eodem. Teste ut supra.

Pro Petro de Duay.—Mandatum est ballivis Suhampt' quod omnes res et mercandisas Petri de Duay, arestatas in villa sua, quas Walterus Vitecord', homo ipsius Petri, probare poterit suas esse, ei sine dilacione deliberari faciant. Teste ut supra.

De catallis mercatorum diversarum partium.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod in propria persona sua accedat ad singulos portus in balliva sua et per visum et sacramentum xij. proborum et legalium hominum cujuslibet portus diligenter inquirat que mercandise et catalla arestata sunt in portubus illis post guerram motam inter regem et regem Franc' et omnes mercandisas et catalla que invenerit arestata de Angl', de potestate domini imperatoris Brabanc', de potestate comitis Flandr', de Dacia, Norwag et Gutlaund', et que homines ea petentes probare poterunt sua esse, eis sine dilacione deliberari faciant, et omnes mercandisas et catalla que invenerit arestata de potestate regis Franc' sub sigillo suo et sigillis eorum duodecim in securo loco salvo deponi faciat, donec rex aliud inde preceperit et sub sigillo suo et sigillis eorundem xij^{cim} distincte et aperte, videlicet que catalla et que mercandise sint ille arestate et quantum valeant, scire faciat venerabili etc. patri W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis apud Roff' in crastino Nativitatis Beate Marie. Et ita diligenter et discrete se habeat in hoc facto quod discrecionem suam et diligenciam debeat rex merito commendare. Et si quid de catallis illis distractum et amotum fuerit, id sine dilacione restitui faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gygan et Radulfo Hardel.—Mandatum est ballivis de Dunwic' quod catalla Galfridi Gygan et Radulfi Hardel que arestata sunt in villa sua per sacramentum proborum et legalium hominum sine dilacione appreciari faciant et cum appreciata fuerint eis deliberari faciant et precium ad quod appreciata fuerint scire faciant W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis. Teste ut supra.

1242.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod districtionem faciendam de feodis custodiarum que sunt in manu Nicholai de Molis quas habet de rege et que feoda teneri debentur de rege in capite in balliva sua ponat in respectum usque in crastinum Animarum anno etc. xxvij°. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Winton', xxvij° die Augusti.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' de feodis custodiarum que sunt in manu predicti Nicholai quas habet de rege et que feoda teneri debentur de rege in capite. Teste ut supra.

De thesauro domini regis.—Mandatum est constabulario regis Winton' quod thesaurum regis quem vicecomites regis London' ei liberaverunt per preceptum regis liberari faciat Johanni de Gatesden' et Willelmo Hardel carriandum usque Portesm' et liberandum ibidem abbati de Evesham' et Paulino Peyvr' ad regem deferendum usque in Pictaviam. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvr'.—Paulinus Peyvr' qui profectus est ad regem in Pictaviam per preceptum regis assignavit loco suo Johannem de Wivill et Robertum de Rotelond' ad reddendum compotum suum ad predictum Scaccarium de tempore quo fuit custos regis episcopatus Winton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Johannem et Robertum loco ipsius Paulini ad hoc recipiant. Teste ut supra.

Pro malefactoribus arestandis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod, si Johannes de Tudeham', Johannes de Hadeham' et Thomas Roscelin qui, sicut rex audivit, interfecerunt Walterum Cocum apud Westerton' in comitatu Sussex' inveniri possint in balliva sua, corpora eorum sicut se ipsum diligit, sine dilacione arestari faciat et salvo custodiri, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc', Devon', Norff' et Suff' de ipsis arestandis.

[m. 5.] *Pro Waltero de Lymes'.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non permittat quod Johannes de Tudeham', Johannes de Hadeham' vel aliquis alius manum mittat in terras Walteri de Lymes' in comitatu suo qui compos mentis sue non est, sicut rex audivit, nec eciam in blada sive alia catalla ejusdem W. in eodem comitatu set Matillidi uxori ipsius W. de bonis et catallis predictis liberam aministracionem sine impedimento habere faciat. Teste ut supra.

Pro Philippo Mymekan.—Quia Philippus Mimekan regi ostendit quod G. de Segrave, justiciarius foreste, ballivam suam de Schotover' ei non replegiavit sicut rex ei mandavit quod illam ei replegiaret usque in unum mensem a die Sancti Michaelis, mandatum est predicto G. quod predictam ballivam ei replegiari faciat, ita quod ballivam illam possit custodire per homines suos usque ad terminum predictum; dum tamen habeat unum ex suis ad videndum quod non faciat vastum et destruccionem in balliva predicta. Teste ut supra.

1242.

Pro Nicholao de Saunford'.—Rex concessit Nicholao de Saumford' qui profectus est ad regem in servicio regis quod de debito quod debet Judeis Lond', videlicet Aaron filio Abraham et Dyei filio Benedicti, non currant usure citra festum Sancti Hyllarii anno etc. xxvij°. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod usuras de debito illo usque ad terminum predictum cessare faciant. Teste ut supra.

Pro Petro de Monte Forti et W. de Cantilup'.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua habere faciant Willelmo de Cantilup', juniori, unum dolium vini et Petro de Monte Forti unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro David', Judeo Oxon'.—Rex Magistris Mosseo de London', Aaron de Cantuar' et Jacobo de Oxon', Judeis, salutem. Prohibemus vobis ne decetero placitum teneatis de David', Judeo Oxon', et Muriel' que fuit uxor ipsius nec ipsum ad uxorem ipsam vel aliam capiendam vel tenendam aliquatenus distringatis; sciturі pro certo quod si secus egeritis gravem penam exinde incurretis. Teste ut supra.

Pro David', Judeo Oxon'.—Quia de consilio venerabilis in Christo patris W. Eboracensis archiepiscopi, et aliorum de consilio regis provisum est quod de cetero nulla capitula teneantur de Judeis in Anglia, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis firmiter injungendo ex parte regis quatinus omnibus Judeis Anglie ex parte regis firmiter inhibeant ne decetero capitula teneant in Anglia. Et Peytevinum de Lincolnia, Muriel' que fuit uxor David' de Oxon', Benedictum filium Peitevini de Lincolnia et Vaalyn' et Mosseum de Barbun', Judeos, venire faciant coram prefato archiepiscopo et aliis de consilio regis in octabis Sancti Michaelis, ubicumque fuerint in Anglia, responsuri quare miserunt in Franciam ad Judeos Francie pro capitulo tenendo super Judeos Anglie. Et mandatum est predictis justiciariis quod non permittant predictum David' de Oxon' distringi ad aliquam uxorem capiendam vel tenendam, nisi de voluntate sua. Teste ut supra.

De thesauro domini regis salvo conducendo.—Mandatum est Willelmo de Cantilup', juniori, Johanni de Gray, Philippo Basset et Paulino Peyvr' quod ingredi faciant navem ducentem thesaurum regis Willelmum Mauduit, se altero, Petrum Braunch', solum, Galfridum Wascelin', solum, Gilbertum de Baillol', solum et alios tam milites quam servientes quos viderint expedire; et vos, Johannes et Pauline, ingrediamini eandem navem cum militibus vestris ad eundem thesaurum nostrum conducendum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Seint Walerik'.—Mandatum est ballivis Suhampt' quod vascellum Johannis de Sein[t] Walerik' quam (*sic*) Robertus Passelewe arestari fecit in portu suo deliberari faciant predicto Johanni ad opus Elye de Trie ad mulsum querendum et ducendum in Angliam. Et permittant ipsum carcare eandem navem de catallis et mercandisis suis et abire quo voluerit. Teste ut supra.

1242.

Pro Johanne de Gray'.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua habere faciant Johanni de Gray unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De catallis mercatorum Iprensium.—Quia Guischardus de Sabaud', ut rex audivit, arestari fecit catalla Gerardi de Thornd' et filii sui, mercatorum Iprensium de potestate comitis Flandr', pro debito in quo Radulfo (*sic*) Bugge et filius suus dicebant sibi prefatos mercatores teneri et iidem mercatores asserant se prefato Radulfo et filio suo in nullo teneri, mandatum est ei quatinus catalla predictorum mercatorum sine dilacione deliberari faciat et predicti Radulfus et filius suus versus mercatores ipsos secundum legem terre se perquirant, si velint. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Crundel', xxix° die Augusti.

Pro hominibus de Odyham'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod terras Willelmi filii Galfridi, Radulfi Dereharing', Hugonis Pri le Clerc, Walteri Kach', Rogeri Grich', Osberti de la Hole et Walteri de la Hole de quibus Samaritano et Gloriette, Judeis Winton', seisinam habere fecisti per preceptum nostrum tanquam de vadio suo, ut dicunt, et que terre sunt villenagium nostrum de manerio nostro de Odyham' eis replegiari faciatis usque in xv. dies a die Sancti Michaelis anno etc. xxvj^{to} cum omnibus catallis in terris predictis inventis. Et scire faciatis predictis Judeis quod tunc sint coram justiciariis nostris ad Judeorum custodiam assignatis ostensuri quare ceperunt villenagium nostrum in vadium suum contra prohibicionem nostram. Teste ut supra.

Pro Gilberto filio Hugonis et Alano filio ejus.—Gilbertus filius Hugonis et Alanus filius ejus, capti et detenti in prisona regis apud Lincolniam pro combustione domorum Cecil' de Ardern' in Phelethorp' unde rettati etc., quia Alanus filius Radulfi Arsick culpabilis est de combustione illa et non ipsi per inquisitionem etc., habent breve quod ponantur in balliam etc. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', ij° die Septembris.

De consuetudinibus pro domino rege.—Mandatum est majori et prepositis Suht' quod omnes illos qui consuetudines debent domibus regis Suhampt' distringant ad predictas consuetudines faciendas. Teste ut supra.

De milite faciendo pro rege.—Mandatum est vicecomiti Berkes' quod distringat Robertum de Hayford' per terras et catalla sua ad se militem faciendum citra festum Sancti Michaelis anno etc. xxvj^{to} et eodem modo distringat eundem quod sit apud Winton' in octabis Sancti Michaelis paratus equis et armis ad transfretandum ad nos in Pictaviam cum aliis militibus qui ad mandatum nostrum tunc ad regem similiter transfretabunt. Teste ut supra.

Pro Salomone le Evesk' Judeo Lond'.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod de xxv. marcis quas Salomon le Evesk regi debet de fine c. marcarum quem Aaron Blundus et predictus

1242.

Salomon, Judei Lond', fecerunt cum rege pro quadam transgressione recipiat ad presens a predicto Salomone x. marcas; et, accepta securitate ab eodem quod residuas xv. marcas regi reddet a die Sancti Michaelis in xv. dies, ipsum a prisona regis qua detinetur in Turri London' deliberari faciat. Ita tamen quod nisi tunc reddiderit predictas xv. marcas predicte x. marce ei deperdantur. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Croyndon' iiij^{to} die Septembris.

Pro Petro de Cambis et Bernardo Mustec'.—Mandatum est ballivis de Portesm' et de Suht' quod navem Petri de Cambis et Bernardi Mustec', mercatorum Burdegal', quam arestaverunt in portu suo cum rebus et mercandisis in eadem navi contentis quas suas esse probare poterunt deliberari faciant et quo voluerint ire permittant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Roff', x. die Septembris.

Pro. Hugone le Pork'.—Mandatum est ballivis de Jernemuta, quia mercatores regis Angl' salvo et securo venire possunt usque Dep' et inde recedere, quod navem Hugonis le Pork', mercatoris de Dep', cum allece et aliis rebus in ea contentis ei deliberari faciant et ire quo voluerit permittant. Teste ut supra.

Pro comite Oxon'.—Mandatum est vicecomitibus Essex' et Hertf', Huntedon' et Cantebr', Norff' et Suff', quod non distringant H. comitem Oxon', ad solvendum eis scutagium nisi de tot feodis quot de rege tenet in capite in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Araz.—Willelmus de Araz, mercator de Berewic, coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis apud Roff' probavit unum lastum coriorum et dimidium que arestata sunt in villa de Jernemuta, sua esse; et mandatum est ballivis de Jernemuta quod ipsa ei sine dilacione deliberari faciant et quo voluerit cum ipsis ire permittant. Teste ut supra.

Pro Reginaldo Brokedis.—Quia Rogerus de Thurkilby manucepit Reginaldum de Brokedis, captum et detentum in prisona regis Arundell' quia dicebatur ipsum fuisse in consortio illo ubi prepositus Walteri de Lymes' interfectus fuit, ad standum recto si quis versus eum inde loqui voluerit, mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsum Reginaldum prefato R. una cum harnesio Thome filii Rocelini cum ipso capto sine dilacione faciat deliberari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Mandatum est Philippo de Acell' quod in parco de Doninton' faciat habere Willelmo de Cantilupo quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jacobo de Lede.—Mandatum est ballivis de Gernemuth' quod Jacobus de Lede, mercator de Dowaya, qui est de potestate comitis Flandr', probavit coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis apud Roffam quandam navim de Graveninges, carcatam quater xx^{ti} et xvij^{tem} saccis lane, quam cum eisdem saccis arestaverunt, eisdem mercatoribus sine dilacione deliberari faciant et quo voluerint cum ipsa libere abire permittant. Teste ut supra.

1242.

Pro galiottis in mari.—Quia abbas Evesham et P. Peyvr' significaverunt W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis quod per inquisicionem quam fecerunt apud Portesm' acceperunt quod navis illa de Hybernia quam galiotti regis ceperunt capta fuit extra portum et in eundo versus partes transmarinas et res et mercandise in ea contente de guerra fuerunt, licet inquisicio coram Roberto Passelewe facta diceret oppositum. Et mandatum est predicto Roberto quod Willelmo Beufiz quem predicti galiotti assignaverunt ad porcionem suam que ipsos inde contingit recipiendam, predictam porcionem habere faciant, reservata ad opus regis porcione inde ipsum contingente et salvo custodita donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De pace domini regis in mari servanda.—Mandatum est probis hominibus de Jernemuta quod eligi faciant tres meliores naves de villa sua cum sex batellis et una galya, nemini in eleccione illa parcentes et illas bene eskippari et muniri hominibus et armis faciant ad pacem regis in costera sua servandam et ad inimicos regis gravandos et Willelmus Rose et Robertus Turkil' constituti sunt capitanei et duces illarum navium qui prestiterunt sacramentum coram Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio regis quod fideliter domino regi servient et lucrum quod perquirere poterunt super inimicos regis fideliter tradent Roberto Bruman' et Alexandro filio Alani, qui marinellis et aliis porcionem suam que eos inde contingit habere facient et porcionem que regi contingit ad opus ipsius salvo custodient donec aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Quia Adam de Basinges, civis regis Lond', manucepit coram W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis Johannem de Reyland' et Robertum Croket, mercatores Rothomagenses, in ballium ad habendum ipsos coram rege quando preceperit, mandatum est B. de Crioyl', constabulario Dovor', quatinus mercatores ipsos deliberari et sic predicto Ade tradi faciat. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia non habuit.*

De quodam prisone deliberando.—Mandatum est R. Passelewe quatinus si priso qui est apud Portesm' sit obses pro xl^{ta} libris Turonensibus per quas idem priso finem fecit cum galiotis regis redeuntibus a Wasconia pro quadam navi quam iidem galioti ceperunt et non simplex priso, tunc ipsum prisonem deliberari faciat, receptis ab eo predictis xl^{ta} libris, de quibus solvat Willelmo Beufiz, assignato predictorum galiottorum, partem suam que ipsos inde contingit, videlicet medietatem illius pecunie, et aliam medietatem ad opus regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo Scissore.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod loco Willelmi Scissoris, coronatoris regis, qui minus sufficiens est ad officium illud, eligi faciat alium coronatorem qui placita corone regis et ea que ad coronam regis pertinent sciat et velit fideliter conservare a quo sacramentum in eodem comitatu recipias (*sic*) quod officio illi fideliter et diligenter intendet. Teste ut supra.

1242.

Pro Willelmo Bardulf.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod de scutagio quod exigit a Willelmo Bardulf de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua pro excercitu regis contra transfretacionem regis in Wasconiam eidem Willelmo pacem habere permittat quousque a rege aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Linc', Leic', Noting' et Dereb'. Teste ut supra.

Pro domino Eboracensi.—Mandatum est custodibus episcopatus Lond' quod [quod] pro excercitu regis contra transfretacionem regis in Wasconiam exigunt de terra que fuit Nicholai le Baud in Curingeham' et Hadeham', que terra est in custodia W. Eboracensis archiepiscopi, cum Willelmo filio et herede ipsius Nicholai, ponant in respectum donec rex aliud inde eis preceperit. Teste ut supra.

De velis ad galyas regis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod de canevacio illo quod est apud Portesm' et quod inventum fuit inter mercandisas mercatorum de terra gwerrina habere faciat latori presencium, nuncio baronum regis de v^{que} portubus, sexcentas ulnas ad vela trium galyarum quas rex fieri fecit, si tantum ibi fuerit; quod si non habuerit usque ad numerum predictum ulnarum, quantum ibi fuerit ei liberari faciat, de numero ulnarum quem ei liberaverit regi certificans. Teste ut supra.

[m. 4.] *De coronatore eligendo.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod in pleno comitatu suo loco Alexandri de Vilers, quondam coronatoris regis de eodem comitatu, et qui mortuus est, eligi faciat alium coronatorem qui placita corone regis et ea que ad coronam regis pertinent sciat et velit fideliter conservare, a quo sacramentum in eodem comitatu recipiat quod officio illo fideliter et diligenter intendet. Teste ut supra.

De execucione testamenti Hawisie que fuit uxor Johannis filii Alani.—Mandatum est vicecomiti Sussex quod permittat executores testamenti Hawisie que fuit uxor Johannis filii Alani liberam habere amministracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Hawisie in balliva sua ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod, si predicta Hawisia in aliquibus debitis regi tenebatur, de eisdem bonis ei primo satisfiet. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Sutton' xij^{o} die Septembris.

Consimiles litteras habent vicecomites Wiltes' et Salop'.

De nundinis Winton'.—Mandatum est custodibus episcopatus Winton' quod has nundinas Winton' anno etc. xxvj^{to} prolongent usque in diem Sabbati proximam ante festum Beati Mathei apostoli anno eodem. Teste ut supra.

Pro Waltero le Kallere.—Walterus le Kallere, captus et detentus in prisona regis Glouc' pro morte cujusdam hominis interfecti apud Newent unde rettatus est, habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

1242.

De libertate nundinarum Winton'.—Rex mittit Roberto Passelewe litteras quasdam regi missas de libertate episcopatus Winton' per custodes ejusdem episcopatus de gaiola regis Winton' deliberanda residentibus nundinis. Et quia non videtur regi quod in deliberacione ipsius gaiole de prisonibus captis ante incepcionem nundinarum Winton' libertati earundem nundinarum in aliquo derogetur nec intencionis regis sit quod eidem libertati per hoc in aliquo derogetur, mandatum est predicto R. quatinus inquisita diligencius veritate qualiter durantibus eisdem nundinis in casu consimili fieri consuevit, sic in casu isto teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi de Albin'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod permittat Isabellam que fuit uxor Willelmi de Albin' habere domos ipsius Willelmi in Offinton' et usus ipsarum domorum donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepisco, apud Kyngeston', xv. die Septembris.

Pro Adam de Nortwode.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod Adam de Nortwode, nuper captum apud Strode eo quod rettatus fuit de morte cujusdam mulieris de Wrotham, et pro quo retto in comitatu Kanc' utlagatus fuit, ut dicitur, et nunc in prisona regis detentus, in ipsa prisona faciat custodiri. Ita tamen quod salvo custodiatur et nullum indicium de ipso fiat donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Kenynton' xv. die Septembris.

Pro Nicholao de Kyngeston' et sociis suis.—Nicholaus de Kyngeston', Willelmus de Wallingford', Radulfus Barfot', Nicholaus filius Cecilie, Bernardus filius Acelini, Agnes filia Willelmi, Richemannus Attelok', Clemens de Kyngeston' et Cecilia filia Willelmi, capti et detenti in prisona regis de Kyngeston' pro morte quinque hominum interfectorum juxta [villam] de Kyngeston', quia de morte illa culpabiles non sunt, sicut inquisicio dicit, habent breve quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste etc. ut supra.

Pro Henrico de Merk'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod omnes illos qui tenent per servicium militare de Henrico de Merck' in balliva sua distringat ad solvendum scutagium de feodis illis quantum ad singulos pertinet, de quibus reddere debet ad Scaccarium regis, et predictum Henricum non distringat ad solvendum scutagium nisi de eo quod tenet in dominico. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Windles', xvj. die Septembris. Per ipsum archiepiscopum.

Pro Michaele Tany.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod navim Michaelis Tany, civis regis Lond', quam arestaverunt in portu suo, carcatam lanis suis et ceterorum civium regis Lond', sine dilacione deliberari faciant et ire permittant quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est B. de Sabaud', constabulario Windles', quod in foresta regis de Windles' faciat habere Hugoni Giffard et Magistro W. le Brun xx. robora ubi ad minus nocumentum foreste capi possunt ad focum Eadwardi filii regis. Teste ut supra.

1242.

Pro rege. de catallis W. de Albiniaco.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod omnia catalla que fuerunt Willelmi de Albiniaco inventa in maneriis de Braxstede et Haremedwe in balliva sua salvo custodiri faciat pro debitis que idem Willelmus regi debuit. Ita quod nichil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit. Et si quid inde fuerit distractum vel amotum id sine dilacione faciat reverti. Teste ut supra.

Pro David' de Yolton' et Thoma de Yolton'.—Mandatum est Roberto de Ros', justiciario foreste, quod si David' de Yolton et Thomas de Yolton', capti et detenti in prisona regis Eboraci pro retto forisfacti foreste regis, si non inventi fuerint in seisina de venacione vel de alio forisfacto foreste regis, invenerint ei salvos et securos plegios ad standum inde recto coram justiciariis itinerantibus in eodem comitatu ad placita foreste, tunc ipsos ita per plevinam dimittat. Teste ut supra.

De liberacionibus militum in insula de Lunday.—Mandatum est vicecomiti Devon' quod quinquaginta libras quas habet penes se de residuo c. librarum quas rex ei misit per Henricum de Tracy ad liberaciones militum et servientum qui tunc fuerunt in insula de Lunday liberari faciat constabulario regis de Brug' Walteri ad liberaciones militum et servientum qui nunc sunt in custodia predicte insule. Et mandatum est predicto constabulario quod ipsos ad hoc recipiat. Teste ut supra.

De navibus arestandis.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod sine dilacione in propria persona sua accedat ad villas de Jernemuta, Dunwic' et Gippewic', et de omnibus navibus villarum illarum et aliis inventis in portubus illis que possunt ferre quater-viginti dolia vel plura bonam capiat securitatem quod cum proximo vento opportuno ibunt usque Portesm' ad transfretandum cum militibus et servientibus regis ad regem venientibus in Wasconiam: ita quod ad ultimum sint ibi in instantibus octabis Sancti Michaelis, salva tamen provisione nuper facta apud Roff' coram venerabili in Christo patre W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio nostro de navibus et batellis predictarum villarum ad costeram parcium illarum et pacem regis conservandam et ad inimicos regis gravandos. Et numerum navium illarum una cum nominibus magistrorum singularum navium scire faciat predictis archiepiscopo et aliis de consilio nostro, ut ipsi sciant de quot navibus ad hoc instans negocium rex confidere possit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Retheresfeld' xix° die Septembris.

Rex autem mittit litteras suas probis hominibus de Jernemuta et de Dunwic' ut in predicto negocio ei sint intendentes consulentes et auxiliantes. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Flandr'.—Mandatum est B. de Crioyl', constabulario Dovor', quod quia Th. comes Flandr', signavit W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio regis, quod octo lez et dimidius sunt Willelmi Warealle et quinque tacres coreorum et xvj. dolia vini de Rupella sunt Rolandi et Johannis, sociorum burgensium prefati

1242.

comitis de Valencinis, que nuper arestata fuerunt et detenta apud Winchels', sicut in litteris patentibus ipsius comitis quas ei mittunt inspicere poterunt, quas penes se reservare faciat, catalla prefata et dolia vini juxta provisionem nuper factam apud Roff' sine dilacione eis deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Herberto filio Petri.—Mandatum est ballivis Hereberti filii Mathei de foresta de Penber' quod averia Hereberti filii Petri que ceperunt occasione capcionis unius bestie quam Nicholaus de Wauncy cepit in eadem foresta et alterius bestie quam Reginaldus filius Petri cepit in predicta foresta predicto Herberto replegiari faciant ; accepta securitate a ballivis predicti Herberti quod predicti Nicholaus et Reginaldus erunt coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suhampt' ad placita foresta ad respondendum de transgressione predicta. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Wallingford, xx. die Septembris.

Pro Ernaldo Beraut.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, quod x.saccos lane Ernaldi Beraut qui depositi sunt in aula sua Beverl' et xxv. saccos lane ejusdem Ernaldi qui depositi sunt apud Hul' in domo Roberti de Hul' infra libertatem suam et lxxvj. saccos lane Petri Rikeward', mercatoris de Cambray, qui depositi sunt in predicta aula sua Beverl' Engelramo de Rydal', vadletto predicti Ernaldi, et Johanni de Lege, vadletto predicti, Petri, faciat deliberari et quo voluerint cum ipsis ire permittat. Teste W. de Cantilupo apud Wallingford', xx. die Septembris.

Mandatum est [vicecomiti Suhampt' quod demandam *erased*] majori et vicecomitibus Lond', quia pro certo regi innotuit quod rex Franc' in potestate sua arestari facit omnes mercatores de potestate regis Anglie, quatinus omnes mercatores de potestate prefati regis Franc' tam corpora eorum quam catalla arestari et salvo custodiri faciant donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia aliter inferius.*

Pro Johanna Briwere.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod districtionem quam facit Johanne Briwere de scutagio regi reddendo in comitatu suo de feodis de Bydun' que sunt in comitatu Bed' et de quibus feodis regi reddere debet de scutagio in eodem comitatu, ut dicitur, ponat in respectum usque ad adventum suum ad Scaccarium regis in quindena Sancti Michaelis, accepta securitate a predicta Johanna quod tunc predictum scutagium regi reddet in comitatu suo nisi illud alibi reddiderit. Teste ut supra.

Pro Henrico Pichepap'.—Mandatum est B. de Crioyl', constabulario Dovor', quatinus Henricum Pichepap' quem arestavit per preceptum regis pro pluribus depredacionibus et transgressionibus multiplicibus et diversis diversarum partium hominibus factis tradat in ballium xxiiij^or probis et legalibus hominibus de La Rye ; ita quod eum habeant in crastino Sancti Martini proximo futuro coram rege vel coram consilio regis, ubicumque tunc fuerit in Anglia, ad respondendum de predictis depredacionibus et transgressionibus. Et quia idem Henricus regi

1242.

dedit intelligi per ipsum B. et quosdam alios fideles regis quod quidam fecerunt multas depredaciones et transgressiones nomine sue (*sic*) unde ipse penitus est immunis, mandatum est similiter eidem B. quatinus eos quos prefatus Henricus eis dicet fecisse depredaciones illas et transgressiones arestari tam corpora eorum quam catalla depredata faciat et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Isabella de Mortuo Mari.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod districtionem quam facit Isabelle de Mortuo Mari pro servicio quod regi fecisse debuit contra transfretacionem regis de manerio suo de Ocham' ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Hugone Crullyn'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod cogam Hugonis Crullyn' quam Henricus Pichepapp duxit usque Portesm' eidem Hugoni, sicut illuc deducta fuit, sine dilacione deliberari faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', xxiij. die Septembris.

Pro mercatoribus Flandr'.—Mandatum est B. de Crioyl' quod omnes res et mercandisas mercatorum de potestate comitis Flandr' arestatas in balliva sua quas certum est esse mercatorum de potestate predicta eisdem mercatoribus sine dilacione deliberari faciat et quo voluerint cum ipsis ire permittat. Teste ut supra.

Pro Ranulfo filio Roberti et Johanne de Stocton'.—Ranulfus filius Roberti et Johannes de Stocton', capti et detenti in prisona de Newerc' pro morte Ricardi filii Ivonis unde appellati sunt etc., habent breve quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

De mercatoribus Franc' arestandis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quia regi innotuit pro certo quod rex Francie arestari facit omnes mercatores de terra regis inventos in postestate sua, quod corpora omnium mercatorum de potestate ipsius regis Francie, qui inventi fuerint in civitate sua, qui quidem non sint de terra comitis Flandrie vel qui non habeant conductum regis, arestari et salvo custodiri faciant, donec a rege aliud habuerint mandatum. Teste W. de Cantilupo apud Wallingf', xx. die Septembris.

Consimiles litteras habent major et ballivi regis Bristoll', Norhampt', Eboraci', Noting,' Linc', Winton', Norwic', Exon'.

Pro persona de Sutterton'.—Quia dominus rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod due acre terre cum pertinenciis in Sutterton' que fuerunt Jocei Lucy qui fugit de terra regis pro morte hominis exstiterunt in manum regis per unum annum et unum diem et quod illas tenuit de ecclesia Sancte Marie de Sutterton', mandatum est vicecomiti Linc' quod persone predicte ecclesie de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste etc. ut supra.

Pro filiabus Odinelli de Albiniaco.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit a vicecomiti Leic' quod Willelmus

1242.

de Albiniaco ante mortem suam dedit quatuor filiabus Odinelli de Albiniaco, fratris sui, custodiam de Barkeston' et Plumgard' pro quater xx[ti] marcis quas predictus Willelmus eis debuit de testamento patris earum et quod in seisina fuerunt de predicta custodia ante mortem ipsius Willelmi, tibi (*sic*) precipimus quod de predicta custodia quam cepisti in manum nostram occasione mortis ipsius Willelmi predictis filiabus ipsius Odinelli sine dilacione plenam seisinam habere facias. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', primo die Octobris.

[m. 3.] *Pro Johanne filio Galfridi.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri mandavit quod non erit ad magnum nocumentum foreste nostre si concederet Johanni filio Galfridi sexaginta acras terre in bruera de Slodon' excolendas et claudendas, mandatum est G. de Segrave, justiciario foreste, quod in predicta bruera predictas sexaginta acras ei assignantes de dono regis ipsas ipsum redigere in culturam et fossato et haya claudere permittat. Ita tamen quod fere intrare possint et exire. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Willelmi le Establer.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod Willelmus le Establer qui fugit de terra regis pro morte hominis tenuit terciam partem unius mesuagii cum pertinenciis in Hungerford' de maritagio Johanne uxoris sue quam occasione fuge sue vicecomes Berk' cepit in manum regis, mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Johanne de predicta tercia parte predicti mesuagii sine dilacione plenam seisinam habere faciat, salvis tamen regi omnibus catallis que fuerunt predicti Willelmi. Teste ut supra.

Pro mercatoribus de Caumbray.—Qui Johannes de Lege et Wycardus Rikeward, vadletti Johannis le Mayur, Walteri Beket, Johannis Gastelet et Albredi de Turri, mercatorum de Caumbray, die Martis in crastino Sancti Michaelis apud Westm' coram consilio regis probaverunt sexties viginti et xv. saccos lane qui sunt in deposito in aula W. Eboracensis archiepiscopi, de Beverlaco esse predictorum mercatorum, mandatum est eidem archiepiscopo quod hominibus predictorum mercatorum predictos saccos liberet et quo voluerint sine impedimento cum ipsis ire permittat. Teste W. de Cantilupo apud Westm', xxx. die Septembris.

Pro Vitali Engayne.—Quia Vitalis Engayne misit ad regem Henricum filium suum in Wasconiam, rex perdonavit eidem Vitali xviij. marcas que ei aretro sunt de fine xl[a] marcarum quem fecit cum rege pro transfretacione sua. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', ij[o] die Octobris.

Quia archidiaconus Dereb' humiliter regi supplicavit quatinus Simonem, rectorem ecclesie de Trussel', Hugonem de Dereb', capellanum, et Rogerum de Trussel, acolitum, captos et detentos in prisona regis Notingh' pro morte hominis ei per libertatem ecclesiasticam liberari faceret, mandatum est vicecomiti Noting' et

1242.

Dereb' quod, si predictus archidiaconus fecerit ipsum securum de prefatis prisonibus habendis coram rege vel consilio regis vel justiciariis regis ad standum recto quando rex preceperit, tunc ipsos eidem archidiacono faciat liberari. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Juliana uxore Roberti de Rydon'.—Quia rex accepit per inquisitionem quam a vicecomite Devon' fieri precepit quod Robertus de Ridon' qui fugit pro morte hominis tenuit unam carucam terre et xiij. solidos et x. denarios redditus cum pertinenciis de maritagio et dote Juliane uxoris sue et quod nullam terram tenuit de terra sua propria, mandatum est predicto vicecomiti quod predicte Juliane de predicta caruca terre et prefato redditu sine dilacione plenam seisinam habere faciat, salvis tamen regi omnibus catallis que fuerunt predicti Roberti. Teste ut supra.

Pro W. Karleolensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod in parco de Duniton' faciat habere W. Karleolensi episcopo, septem damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro W. de Cantilupo.—Mandatum est vicecomiti Kanc', quia rex concessit Willelmo de Cantilupo custodiam omnium terrarum que fuerunt Hamonis de Valoynes usque ad legitimam estatem heredum ipsius Hamonis quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Hamonis in balliva sua, eidem W. plenam seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Consimiles litteras habent vicecomites Surr', Dors' et Cantebr'.

Mandatum est eciam B. de Crioyl, constabulario Dovor', quod de heredibus ipsius Hamonis qui sunt in custodia sua eidem W. plenam seisinam habere faciat, quia dominus rex concessit ei maritagium eorundem. Teste ut supra.

Pro Petro Hùybard.—Quia testimonio majoris Lond' et Walteri le Flemeng' regi pro certo innotuit quod Petrus Huybard est mercator de Dep' ubi mercatores de terra regis salvi consistunt et securi, mandatum est majori et ballivis Suht' quod lanas et mercandisas suas quas arestaverunt in portu suo ei sine dilacione deliberari faciant, permittentes ipsum cum prefatis mercandisis suis sine impedimento ire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro priore de Lenton'.—Mandatum est Roberto de Everingham' quod permittat priorem de Lenton' fodere petram in riffleto extra Notingham' ad fabricam turris ecclesie sue. Teste ut supra.

Pro rege, de hominibus arestandis.—Quia Willelmus de Langel', Philippus le Sagier, Nicholaus filius Presbiteri de Hop', Ricardus le Lu, Thomas Henedebile, Ricardus Crampe, Willelmus de Hampton' et socii eorum usque ad numerum viginti ceperunt denarios regis apud Portesm' pro liberacionibus suis xl^{ta} dierum et quando debuerunt naves ascendere cum denariis illis clam recesserunt, mandatum est vicecomiti Salop' quod corpora eorum capi faciat et eciam corpora aliorum de quibus ei constare poterit quod sic recesserunt cum

1242.

predictis et salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Simone, rectore ecclesie de Trussel', et sociis suis.—Archidiaconus Dereb' regi humiliter supplicavit per litteras suas patentes quod Simonem, rectorem ecclesie de Trussel', Hugonem de Dereb', capellanum et Rogerum de Trussel', acolitum, captos et detentos in prisona regis Notingham' pro morte hominis, secundum libertatem ecclesiasticam ei liberari faceret, et mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod in pleno comitatu suo coram coronatoribus regis prefatos prisones eidem archidiacono faciat liberari: ita quod eos habeat coram justiciariis domini regis ad primam assisam cum in partes illas venerint vel coram rege quando preceperit, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit. Teste etc. ut supra.

Pro mercatoribus Flandr'.—Mandatum est B. de Cryoil, constabulario Dovor', quia rex intellexit per literas testimoniales patentes Th. comitis Flandr', quod quater viginti et xij^{cim} sacci et iiij^{or} puke lane mercatorum de Flandr' detenti sunt apud Winchels' per capcionem Johannis Alard et xxix. sacci lane detenti sunt apud Heth' per capcionem Simonis Rubin, quatinus lanam illam sine dilacione mercatoribus illis quibus ablata fuit restitui faciat et ipse in propria persona sua eat de portu in portum per v^{que} portus et per sacramentum probiorum et discretiorum hominum singulorum portuum diligenter inquirat que catalla et que bona mercatorum de potestate predicti comitis detenta sunt in singulis portubus de hiis que continentur in litteris patentibus scabinorum in villis de potestate comitis Flandr' et ad cujuscumque manus devenerint sive, de dono sive per vendicionem, ea sine dilacione reddi faciat mercatoribus illis quorum catalla illa sunt ; ita quod rex nullam inde querelam decetero audiat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' de quater viginti et xviij. saccis lane et dimidio mercatorum Flandr' detentis apud Jernemutam per capcionem Johannis Alard' et quod ipse in propria persona etc. ut in primo brevi precedenti. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhampton' quod ipse in propria persona etc. ut supra. Teste ut supra.

Pro Johanne Marscallo.—Mandatum est vicecomiti War' quod carucas illas quas emit per preceptum regis ad terras que fuerunt Th. quondam comitis War', excolendas in balliva sua per idem precium dimittat Johanni Marescallo ad terras predictas excolendas.

Pro Petro de Monte Forti.—Mandatum est vicecomiti War' quod scutagium quod exigit a Petro de Monte Forti de feodis militum que tenuit de Th. quondam comite War', in balliva sua ponat in respectum usque ad festum Sancti Hyllarii anno etc. xxvij^{o}. Teste ut supra.

Consimiles litteras habet vicecomitibus Roteland', Norht', Berkes'.

Pro Eustachio Morel'.—Quia Eustachius Morel satis probavit per litteras patentes dilecti avunculi regis, Th. comitis Flandr', quod undecim sacci lane detenti apud Bernemue et septem sacci lane

1242.

detenti apud Blakenye sunt sui et quod ipse est de potestate comitis memorati, mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod prefato Eustachio lanam illam sine dilacione faciat deliberari, non permittens eum distringi pro theloneo vel promissione solvenda facta pro bonis suis salvandis. Teste ut supra.

Pro Maria que fuit uxor Roberti de Curtenay.—Rex assignavit Marie que fuit uxor Roberti de Curtenay manerium de Wotesdon' quod est in comitatu Buk', manerium de Iwern', in comitatu Dors', Hemmington', in comitatu Sumers', Sanford', Wympel' et Ailesbur' maneria, in comitatu Devon' et ix. libras xiij. solidos et viij° denarios redditus in molendinis Exon', in dotem, de terris que fuerunt predicti Roberti, quondam viri sui. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod manerium de Wotesdon, vicecomiti Sumers' et Dors', maneria de Iwern' et Hemmington', in comitatibus predictis, et vicecomiti Devon' quod maneria de Sanford', Wimpel et Ailesbur' et predictum redditum, ei liberent sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro pueris in castro Windles'.—Quia rex audivit quod pueri regis in castro regis morantes non habent sanum vinum ad bibendum, mandatum est constabulario regis de Windles' quod ad opus ipsorum liberari faciat duo dolia de melioribus vinis regis que sunt in turri predicti castri, primo unum et postea aliud. Teste ut supra.

Pro Arnulfo Beraut.—Mandatum est ballivis de Gernemuta quod duos saccos lane Arnulfi Beraud quos arestaverunt in villa sua sine dilacione latori presencium deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne Marscallo.—Mandatum est vicecomiti War' quod carucas illas quas emit per preceptum regis ad terras que fuerunt Th. quondam comitis War', excolendas in balliva sua per idem precium dimittas (*sic*) Johanni Marescallo ad terras predictas excolendas ad opus suum. Teste ut supra.

Pro Johanne Marscallo.—Mandatum est Philippo de Acell' quod per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciat omnia blada regis in terris que fuerunt Th. quondam comitis War', et que sunt in custodia sua; et per idem precium ad quod appreciata fuerint illa dimittat Johanni Marescallo, accepta securitate ab eodem quod de predicto precio regi respondebit et precium inde et securitatem quam ab ipso ceperit baronibus regis de Scaccario significet. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norff' quod in propria persona sua accedat ad portus de Jernemuta et Dunwic' et per visum sex probiorum et legalium hominum utriusque ville vendi faciat res guerrinas de porcione regis que regi inde contingit et denarios inde provenientes salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

[*Cancelled.*] *Quia in rotulo Finium.*

Pro monachis de Lewes.—Mandatum est M. comitisse War', quatinus [xl^a de elemosina W. quondam comitis War', domini sui *erased*] decimam

1242.

duarum partium assisi redditus de terris que fuerunt W. quondam comitis War', domini sui, et quas de rege habet ad firmam, solvat monachis de Lewes, sicut tempore prefati domini sui et eciam tempore quo rex tenuit terras illas in manu sua solvi consuevit, et rex ei inde faciet allocari quicquid de jure faciet allocandum. Teste ut supra.

Quia constat regi quod medietas catallorum detentorum ap . . . [*Unfinished and cancelled.*]

Pro monialibus Sancti Michaelis de Staunford'.—Mandatum est M. comitisse Warenn', quatinus xl[a] solidos de elemosina W. quondam comitis War', domini sui, et quos moniales Sancti Michaelis de Staunford' per manus ballivorum de Wakefeud' percipere consueverunt eisdem monialibus solvi faciat et rex faciet ei allocari ad Scaccarium quicquid de jure fuerit allocandum. Teste ut supra.

De reparacione domorum regis de Brehull'.—Mandatum est Johanni filio Nigelli, ballivo foreste de Bernewode, quod faciat habere Wallerano Teutonico in predicta foresta maeremium ad reparacionem aule et aliarum domorum regis de Brehull' per talliam inter eos factam de numero quercuum. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', vj. die Octobris.

Pro Matillide de Baillol'.—Mandatum est custodi abbacie de Shaftebury quod, non obstante eo quod Matillis de Baillol, monialis de Shaftesbur', moram fecit in domo de Wherwell de licencia abbatisse sue nuper defuncte, ipsam M. ad victualia et alia necessaria in domo sua admittat. Teste ut supra.

De scutagio domini regis.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod averia militum qui tenent de R. comite Pict' et Cornub', in balliva sua, de dote comitisse Isabelle, quondam uxoris sue, et que averia cepit pro scutagio deliberari faciat usque ad diem Martis proximum post festum Sancti Luce Ewangeliste. Teste ut supra.

Pro mercatoribus.—Mandatum est Gwischard de Sabaud' quatinus xvij[tem] saccos lane qui arestati fuerunt apud Sanctum Botulphum per Radulfum Bugge Hugoni Joyard, latori presencium, sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro mercatoribus Flandr'.*—Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quatinus navim de Flandr' que nuper arestata fuit apud Graveshend' sine dilacione deliberari faciat et nullam navem de potestate comitis Flandr' decetero arestari permittat, quoniam molestum est plurimum tociens audire querimoniam de navibus arestatis de potestate comitis supradicti. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', ix° die Octobris.

De thesauro domini regis.—Mandatum est W. Hardel' et Waltero de Bathon', vicecomiti Devon', quod thesaurum regis quem reduxerunt de partibus Devon' usque Winton' liberent R. Passelewe salvo reponendum in thesauraria regis in castro Winton' donec rex aliud

1242.

inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xv. die Octobris.

Mandatum est R. Passelewe quod recipiat ab eis predictum thesaurum. Teste ut supra.

Pro Thoma Raven et sociis suis.—Thomas Raven, Thomas de la Preye, Petrus Bernard, Robertus Ruffus, Rogerus filius Stephani, Unfridus Godwin et Thomas de Alkerinton, capti et detenti in prisona regis War', pro morte Ricardi Runild unde appellati etc., habent breve quod ponantur in ballium usque ad adventum justiciariorum Teste ut supra.

Pro Hugone de Verly.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod non permittat quod H. comes Arundell', distringat Hugonem de Verly de scutagio ei reddendo de uno feodo militis quod tenet in comitatu Buk' et pro quo vicecomes Buk' ipsum distringit. Teste ut supra.

Pro mercatoribus Flandr'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod decem et novem saccos lane arestatos apud Bedehampt' et octo saccos lane arestatos apud Portesm' qui sunt mercatorum de potestate comitis Flandr' et omnia alia bona de potestate ejusdem comitis detenta in balliva sua sine dilacione deliberari faciat. Ita quod decetero nullam rex audiat querelam. Teste ut supra.

Pro Petro filio Rogeri.—Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quia Petrus filius Rogeri, mercator de Leic', sufficienter probavit coram rege quod v^{que} sacci lane qui arestati sunt apud Winchels' et qui fuerunt in navi Henrici de Dunwic' sui sunt, quod illas ei vel nuncio suo sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi de Albiniaco.—Rex concessit Isabelle que fuit uxor Willelmi de Albiniaco omnes domos, que sunt in curia de Offinton' que fuerunt ipsius Willelmi, exceptis magna grangia et boveria, de prestito regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Lincolnie quod predicte Isabelle de predictis domibus curie de Offinton', sicut predictum est, plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xvij° die Octobris.

De dote ipsius Isabelle.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod per sacramentum proborum et legalium hominum partiri faciat singula maneria que fuerunt Willelmi de Albiniaco et que sunt in custodia sua in tres partes equaliter et de tercia parte singulorum predictorum maneriorum assignari faciat per sortem Isabelle que fuit uxor predicti Willelmi dotem suam. Ita quod habeat secundum sortem terciam partem singulorum predictorum maneriorum nomine dotis sue, retentis tamen in manu regis ad opus heredis ipsius Willelmi singulis capitalibus mesuagiis in singulis predictis maneriis et assignato predicte Isabelle nomine dotis sue in singulis predictis maneriis competenti mesuagio. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Nicholai de Anesty.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod, de omnibus bladis que sunt in

1242.

maneriis de Bracsted' et Hormed' que Isabella que fuit uxor Nicholai de Anesty tenet in dotem de terris que fuerunt ipsius Nicholai, ei sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Tudeham' et sociis suis.—Johannes de Tudeham' et Thomas Rocelin', rettati de morte Walteri Comyni in comitatu Sussex' si posuerint se in prisona domini regis, habent vicecomiti Norff' breve quod ponantur in ballium per xij. etc. usque ad primam assisam cum justiciarii venerint in comitatum Sussex'. Teste ut supra.

Pro Nicholao Quatremars.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit quod Nicholaus de Quatremars, filius et heres Nicholai de Quatremars, plene etatis est, mandatum est constabulario de Pontefracto quod de omnibus terris quas idem Nicholaus tenere debet de Eimundo filio J. quondam comitis Linc', qui est in custodia regis, et que exstiterunt in manu regis cum eodem Edmundo, eidem Nicholao sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xx. die Octobris.

De eleccione abbatis de Syreburne.—Rex eleccioni et confirmacioni facte de fratre Johanne de la Hele, monacho domus de Shireburn', in abbatem ejusdem domus assensum adhibuit regium et favorem. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de omnibus ad predictam abbaciam spectantibus in balliva sua eidem electo sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devon' de omnibus ad predictam abbaciam spectantibus in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Rogeri Bertram.—Rex concessit Agneti que fuit uxor Rogeri Bertram, cui prius assignavit in dotem suam terciam partem omnium maneriorum que fuerunt predicti Rogeri, quod habeat nomine dotis maneria de Magna Elaund' et de Parva Elaund' et de Cauveredon', Merdefen, Babinton' et Bechefeud' una cum advocacionibus capellarum de Milneburne et Meldon' et servicio quod Walterus de Seinper' debuit prefato Rogero, retentis tamen in manu regis advocacionibus ecclesiarum de Elaund' et de Mitteford'. Et mandatum est Roberto de Crepping' quod de predictis maneriis et servicio prefati Walteri plenam seisinam ei sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Muscegros'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod scutagium quod exigit de Roberto de Muscegros de quarta parte feodi unius militis cum pertinenciis in Stifford' quod tenet de archiepiscopo Cantuariensi et quod scutagium idem Robertus reddidit custodibus predicti archiepiscopatus in comitatu Kanc' eidem Roberto pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro rege, de elemosina sua.—Mandatum est custodi manerii de Wudestok' quod carnem salatam decem et octo boum que est in custodia sua in manerio predicto liberari faciat fratri Johanni, elemosinario domini regis, ad distribuendum pauperibus. Teste ut supra.

1242.

Pro Henrico Pichepap'.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod navem et catalla Henrici Pichepap, arestata apud Oreford', ei sine dilacione deliberari faciat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxij° die Octobris.

Pro Saero de Colecestr' et Waltero filio Eustachii.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Saerum de Colecestr' et Walterum filium Eustachii, clericos incarceratos in gaiola Colecestr', liberet archidiacono Colecestr' habendos coram justiciariis ad primam assisam etc. vel coram consilio domini regis quando preceperit. Teste ut supra.

De thesauro domini regis conducendo.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod quinque milia marcarum que thesaurarius et camerarii regis Lond' eis liberabunt ab eis recipiant et illa salvo conduci faciant usque Winton' liberanda ibidem Roberto Passelewe, cui rex injunxit quod ipsa ab eis recipiat. Teste ut supra. Et carectariis ducentibus predictum thesaurum quamdiu perhendinaverint habere faciant liberaciones suas de dimidia dieta. Teste ut supra.

Et mandatum est R. Passelewe quod ipsa ab eis recipiat et illa salvo deponat in castro regis Winton' deferenda ad regem in Wasconiam una cum quatuor milibus marcarum quas nuper recepit in predicto castro custodiendas. Teste ut supra.

De liberacionibus faciendis.—Mandatum est Willelmo Hardel' quod faciat liberaciones marinellorum, galiotorum et aliorum per consilium Roberti Passelewe; et quod in hac parte fecerit rex faciet ei allocari. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod Egidium de Sancto Audomar', prisonem, quem Robertus Fresel ei liberabit ab eodem recipiat et salvo faciat custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro baronibus regis de Winchels'.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod omnes illos de balliva sua distringat in quorum manus devenerunt lane, coria et omnia alia bona contenta in navi de Pevenes' que arestata fuit apud Dunwic', ad reddendum baronibus regis de Winchels' lanas corria et bona predicta secundum inquisitionem quam rex fieri precepit per R. de Thurkilby et per ipsum vicecomitem que adjudicata sunt eis in curia regis tamquam lucrum suum, salva [eis *erased*] regi porcione sua predictorum bonorum et salvis Roberto filio Reginaldi et Roberto filio Goce, probis hominibus regis de Dunwic', de bonis illis l. marcis et duobus saccis lane et xl^a^ coriis pro calumpnia sua quam posuerunt in eisdem bonis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxij. die Octobris.

Idem mandatum habuit idem vicecomes iterato.

Pro mercatoribus Flandr'.—Quia probatum est coram archiepiscopo et consilio regis quod ix. sacci lane qui depredati fuerunt in mari ante Tynemuth' sunt Amelis' de Brug', mercatoris Flandr', et non res guerrina, mandatum est vicecomiti Suff' quod iiij^or^ sacci et dimidius inde, que arestata sunt in villa regis de Dunwic' pro parte

1242.

regi inde contingens (*sic*), predicto mercatori sine dilacione reddi faciat. Et omnes illos ad quorum manus predicti residui iiij[or] sacci lane et dimidius devenerunt distringat ad predictam lanam predicto mercatori sine dilacione reddendam. Teste ut supra.

Quia Robertus Fylec et Jacobus de Bonebrok', mercatores de Doway, probaverunt coram consilio domini regis se reddidisse Ricardo marinello sex marcas et duos solidos pro fretto cujusdam navis, mandatum est majori et ballivis de Dunwic' quod quatuor saccos lane quos arestaverunt occasione predicta eis sine dilacione reddi faciant. Teste ut supra.

De quarellis liberandis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod sine dilacione de quarellis regis qui sunt in eadem Turri faciat habere Willelmo Beufiz tria milia quarellorum ad muniendum naves deferentes thesaurum regis in Wasconiam. Teste ut supra.

De cleiis et pontibus.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod pontes et cleyas faciat habere ad tot naves quot Robertus Passelewe et Willelmus Hardel' ei dicent vel mandabunt vel alter eorum. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Johannis.—Ricardus filius Johannis Selid', captus et detentus in prisona regis Cantebrigie pro morte Petri le Messer de Ditton' unde Emma que fuit uxor predicti Petri eum appellat, habet breve quod ponatur in ballium vicecomiti Cantr' directum. Teste ut supra.

Pro W. Karleolensi episcopo.—Mandatum est constabulario de Doninton' quod in parco de Doninton' faciat habere W. Karleolensi episcopo, septem damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Candover'.—Rex mittit Philippum de Candover' ad currendum in foresta de Dene ad apros et layas, et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod ipsum ad hoc recipiat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Luvel.—Rex mittit Willelmum Luvel cum canibus suis ad G. de Segrave, justiciarium foreste, mandans ei quatinus ipsum cum canibus secum retineat ad capiendum venacionem quando rex preceperit. Teste ut supra.

Pro Magistro Ricardo, scissore domine regine.—Rex concessit Magistro Ricardo, scissori domine regine, omnes terras que fuerunt Magistri Galfridi, coci ejusdem regine, in Barwe et alibi in [balliva sua *erased*] comitatu Norht'. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de omnibus terris predictis eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro rege, de catallis mercatorum.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod, quia datum est regi intelligi quod lanam regis et lasta regis coriorum, arestata apud Jerem', que ab ipso vendi precepit, vendicioni exposuit et singuli sacci lane appreciati fuerint ad quatuor

1242.

marcas et non ad plus, et quodlibet lastum coriorum ad x. libras et non ad plus, et jam oblatum sit regi pro quolibet sacco lane dimidia marca plus et pro quolibet lasto coriorum una marca plus quam predicti sacci et lasta fuerint appreciata, quod predictos saccos et lasta in quorumcumque manus devenerunt revocari faciat, nullatenus permittens quod de ipsis aliqua fiat vendicio donec a rege aliud habuerit mandatum. Eodem modo fiat de lastis et lanis regis apud Dunwic' que per ipsum rex vendi precepit. Teste ut supra.

[m. 1.] *Pro Michaeli de Hispania.*—Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod lanam et catalla Michaelis de Hispania, mercatoris de Cyrencestr', ut dicitur, que arestata sunt apud Suhampton' salvo custodiri faciat, ita quod nichil inde amoveatur, donec rex aliud inde preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Keninton' xxvj. die Octobris.

Pro Willelmo de la Grene et sociis suis.—Willelmus de la Grene, Johannes filius Margarete et Willelmus frater ipsius Johannis, capti et detenti in prisona regis Warrewic pro morte Roberti de Monte Sorell' unde rettati etc., quia constat regi per inquisitionem etc. quod Nicholaus Dispensarius de morte illa culpabilis est, habent breve quod ponantur in ballium etc. Teste ut supra.

[m. 10*d*.] *Pro Gilberto filio Stephani.*—Mandatum est vicecomiti Devon' quod, quia constat regi per inquisitionem quam fieri precepit quod due shope in Clifton' que fuerunt Amicie de Aleburn' que fugit pro morte hominis exstiterunt in manum regis per unum annum et unum diem et [sunt de feodo *erased*] quod illas tenuit de Gilberto filio Stephani, quod predicto Gilberto plenam inde seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De forma pacis conservande.—Rex vicecomiti Wygorn', salutem. Scias quod ad pacem nostram firmiter observandam provisum est de consilio nostro quod vigilie fiant in singulis civitatibus, burgis et omnibus aliis villis comitatus tui a die Ascensionis Domini usque ad diem Sancti Michaelis, scilicet in singulis civitatibus ad singulas portas per sex homines armis munitos et in singulis burgis per xij^{cim} homines et in singulis villis integris per sex homines, vel quatuor ad minus, similiter armis munitos secundum numerum inhabitancium et vigilent continue per totam noctem ab occasu solis usque ad ortum; ita quod, si aliquis extraneus transitum per ipsos faciat, arestent ipsum usque mane et tunc, si fidelis sit, dimittatur et, si suspectus, vicecomiti liberetur, qui ipsum sine omni difficultate et dilacione recipiat et salvo custodiat. Si vero hujusmodi extranei transitum facientes se non permiserint arestari tunc predicti vigiles uthesium levent super illos undique et ipsos insequantur cum tota villata et vicinis villatis, cum clamore et uthesio, de villa in villam donec capiantur et tunc liberentur vicecomiti sicut predictum est: ita quod nullus occasione hujusmodi arestacionis vel capcionis extraneorum per vicecomitem vel ballivos suos occasionetur. Et singule civitates, burgi et ville, premuniantur ad predictas vigilias et sectas ita diligenter faciendas ne defectum illorum graviter punire debeamus. Provisum eciam est quod singuli vicecomites una cum duobus militibus ad hoc

1242.

specialiter assignatis circueant comitatus suos de hundredo in hundredum et civitates et burgos et convenire faciant coram eis in singulis hundredis, civitatibus et burgis, cives, burgenses, libere tenentes villanos et alios, etatis xv. annorum usque ad etatem lx[a] annorum, et assideri faciant et jurare omnes ad arma secundum quantitatem terrarum et catallorum suorum, scilicet, ad xv. libratas terre, unam loricam et unum capellum ferreum, gladium, cultellum et equum; ad x. libratas terre, unum haubergellum, capellum ferreum, gladium et cultellum; ad c. solidatas terre, unum purpointum, capellum ferreum, gladium, lanceam et cultellum; ad xl[a] solidatas terre et eo amplius usque ad centum solidatas, gladium, arcum, sagittas et cultellum. Qui minus habent quam xl[a] solidatas terre jurati sint ad falces, gysarmas, cultellos et alia arma minuta. Ad catalla sexaginta marcarum, unam loricam, capellum, gladium, cultellum et equum; ad catalla xl[a] marcarum, unum haubergellum, capellum, gladium et cultellum; ad catalla xx. marcarum, unum purpointum, capellum, gladium et cultellum; ad catalla x. marcarum, gladium cultellum, arcum et sagittas; ad catalla xl[a] solidorum et eo amplius usque ad catalla x. marcarum, falces, cultellos, gysarmas et alia arma minuta. Omnes eciam alii qui possunt habere arcum et sagittas extra forestam habeant; qui vero in foresta arcus et pilettos. Et in singulis civitatibus et burgis omnes jurati ad arma intendentes sint majoribus civitatum et prepositis et ballivis burgorum, ubi non sunt majores. In singulis vero villatis aliis constituatur unus constabularius vel duo secundum numerum inhabitancium et provisionem predictorum. In singulis vero hundredis constituatur unus capitalis constabularius ad cujus mandatum omnes jurati ad arma de hundredo suo conveniant et ei sint intendentes ad faciendum ea que spectant ad conservacionem pacis nostre. Omnes vero constabularii capitanei de singulis hundredis intendentes sint vicecomiti et duobus militibus predictis ad veniendum ad mandatum eorum et faciendum per preceptum eorum ea que spectant ad conservacionem pacis nostre. Clamari eciam faciant singuli vicecomites per civitates et burgos et omnia mercata ballivarum suarum quod nulli conveniant ad turneandum vel ad burdiandum vel ad alias quascumque aventuras; nec eciam aliqui incedant armati nisi specialiter fuerint ad custodiam pacis nostre deputati. Et, si aliqui inventi fuerint sic incedentes armati contra hanc provisionem nostram, arestentur et vicecomitibus liberentur; et, si se non permiserint arestari, tunc constabularii singulorum hundredorum et villarum et alii quicunque uthesium levent super eos undique et cum vicinis villatis de villa in villam ipsos insequantur donec capiantur et vicecomitibus liberentur sicut predictum est. Quotiens autem contigerit uthesium levari super quoscumque perturbatores pacis nostre, predones et malefactores in parcis et vivariis, statim super eos fiat uthesium et ipsos insequantur donec capiantur et liberentur vicecomitibus sicut de aliis predictum est. Et omnes vicecomites et eorum ballivi, constabularii, jurati ad arma, cives, burgenses, libere tenentes, villani et alii, talem sectam faciant post predictos malefactores ne predicti malefactores evadant, et, si per eorum defectum evaserint, hii, in quibus defectus inventus fuerit, sic per consilium nostrum puniantur quod pena illorum aliis metum incutiat et auferat materiam delinquendi. Suspectos autem de die

1212.

per quoscumque arestatos recipiant vicecomites sine dilacione et difficultate et salvo custodiant, donec per legem terre deliberentur. Et ideo tibi precipimus quod, sicut corpus tuum et omnia que habes diligis, una cum dilectis et fidelibus nostris Willelmo Corbet et Petro de Wyk', quos tibi ad hoc associavimus, omnia predicta sub forma prescripta cum omni diligencia exequaris, ne pro defectu tui et predictorum fidelium nostrorum ad te et ad ipsos graviter nos capere debeamus. Returnum autem istarum litterarum sine dilacione habere facias omnibus libertatibus de balliva tua ut omnia predicta sub forma prescripta exequantur. Quod si non fecerint, non obstantibus libertatibus predictis, sine dilacione id fieri facias. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xx. die Maii.

Rex dilecto et fideli suo Willelmo Corbet, salutem. Sciatis quod assignavimus vos et dilectum et fidelem nostrum Petrum de Wyk' una cum vicecomite nostro Wygorn' ad arma juranda et assidenda in eodem comitatu et ad pacem nostram ibidem conservandam in forma plenius contenta in litteris nostris quas prefato vicecomiti nostro inde misimus vobis ostendendas. Et ideo vobis mandamus quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, prefato negocio taliter et ita diligenter intendere curetis, quod operum probet effectus quam sincere nos et ea que pacis nostre sunt diligatis et quam illos habeatis exosas qui eandem pacem nostram nituntur perturbare. Et ut vobis inde teneamur ad speciales gratiarum actiones.

Eodem modo scribitur reliquis militibus in diversis comitatibus.

Warrewic'	Johannes Durvassal. Ricardus de Amundevill'.
Glouc'	Thurstanus Dispensarius. Willelmus de la Mar' de Rendecumb'.
Dereb'	[Rogerus le Breton *erased*] Willelmus de Heriz. Willelmus de Mungumery.
Notingham	Ricardus de Sutton. Galfridus Barre.
Ebor'	Saherus de Sutton. Henricus le Waleys. Adam de Hilton.
Lanc'	Willelmus de Lancastr'. Robertus de Lathum.
Norhumbr'	Hugo de Hollebec. Rogerus de Merlay.
Cumb'	Ricardus de Levinton. Robertus de Hampton.
Westmer'	Robertus de Askeby. Radulfus de Eynecurt.
Linc'	Robertus de Tatteshal'. Hugo filius Radulfi. Hugo de Harington.
Leirc'	Ricardus de Harecurt. Willelmus Burdet.
Norhampt'	Galfridus de Armentariis. Robertus de Pavilly de Pirie.

1242.

Rotel'	Hasculfus de Athelakeston. Alanus Basset.
Cantebr'	[Eborardus de Trumpinton *erased*] Willelmus filius Henrici. Philippus de Stanton.
Huntedon'	Willelmus de Sancto Georgio. Oliverus Maufe.
Bedef'	Johannes de Boeles. Radulfus Moryn.
Buk'	Thomas Maunsel. Lukas de Kahaignes.
Norff'	Robertus de Escales. Willelmus de Stalham.
Suff'	Thomas de Hemegrave. Galfridus de Badele.
Essex'	Radulfus filius Willelmi de Pebaness'. Martinus le Chamberleng'.
Hertford'	Henricus filius Bernardi de Boclaund'. Petrus de Goldinton'.

[Rex vic' *erased*] Mandatum est vicecomiti Kanc' quod Jocelinum de la Hok', Gilbertum de la Bisse, Thomam fratrem Roberti capellani de Notfeld', Galfridum de Molendino de Acsted', Willelmum filium venatoris et Adam de la Bure qui interfuerunt capcioni bestiarum regis in parco de Croynden' et interfectioni Johannis Marpot, servientis domini regis, ut dicitur, si inveniri possint in balliva sua, quod ipsos capiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Et si in balliva sua inveniri non possint etc. ipsos interrogare faciat de comitatu in comitatum donec secundum regni [consuetudinem] utlagentur. Teste etc.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' et Sussex'.

Midelsex'	Arnulfus de Maundevill'. Rogerus de la Don'.
Berkes'	Alanus de Farnham. Robertus de Anvers.
Oxon'	Johannes le Myre. Guido filius Roberti.
Wiltes'	Thomas Maudut. Reginaldus de Kaun'.
Sumers'	Johannes de Reyny. Ricardus de Wrotham.
Dors'	Alvredus de Linc'. Radulfus Belet.
Devon'	Henricus de Tracy. Reginaldus de Valle Torta.
Cornub'	Andreas de Kardinan. Robertus filius Willelmi.
Suhampt'	Rogerus Alis. Henricus de Fernleg'.
Sussex'	Jacobus de Northia. Robertus de Manekes.

1242.

Surr'	Gilbertus de Bosevill'. Willelmus Haunsard.
Kanc'	Simo de Sandwic'. Reginaldus de Cobbeham.
Heref'	Walterus de Baskervill'. Rogerus Pychard.
Salop'	Willelmus de Erkelawe. Robertus de Wudeton.
Staff'	Radulfus Basset de Draiton'. Robertus de Grendon.

Pro rege, de scutagio.—Rex vicecomiti Ebor', salutem. Precipimus tibi quod de omnibus feodis militum que tenentur de tenentibus de nobis in capite in balliva tua et que ipsi de nobis tenent in capite qui quidem brevia nostra tibi non tulerint de habendo scutagio suo et similiter de feodis que tenentur in balliva tua de wardis que sunt in manu nostra, scutagium nostrum colligi facias; ita quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, illud habeas ad Scaccarium nostrum a die Sancti Michaelis in xv. dies, scilicet de scuto tres marcas pro excercitu nostro contra transfretacionem nostram in Wasconiam. Interim autem diligenter inquiras quot hujusmodi feoda teneantur in balliva tua de singulis tenentibus de nobis in capite et de wardis in manu nostra existentibus, tam de novo feoffamento quam de veteri, ut barones nostros de Scaccario ad prefatum terminum inde distincte et aperte possis certificare. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, xix. die Maii.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Bene recolere debes quomodo tibi precepimus quod summoneri faceres omnes tenentes de nobis in capite per servicium militare vel per sergantiam quod essent apud Winton' a die Pasche in xv. dies parati equis et armis ad transfretandum cum corpore nostro. Et quia plures de nobis tenentes in capite in balliva tua illuc non venerunt ad transfretandum nobiscum sicut summoniti fuerunt, tibi precipimus quod omnes tales distringas per terras et catalla quod sint apud Lond' a die Sancti Johannis Baptiste in tres septimanas parati ad transfretandum post corpus nostrum. Omnes eciam illos de balliva tua qui habent feodum unius militis integrum in dominico vel xx. libratas terre, tam de feodo militari quam de soccagio, et milites non sunt, distringas similiter quod sint ad eundem terminum coram consilio nostro ad ostendendum quare se milites fieri non fecerunt infra terminum a nobis ad hoc assignatum; et tam nomina omnium illorum qui de nobis tenent in capite in balliva tua et nobiscum non transfretaverunt quam eorum qui milites esse deberent, ut predictum est, et non sunt, distincte et aperte scire facias ad diem illum venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, rectori regni nostri. Et habeas ibi hoc breve. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus tocius Anglie.

[Vicecomes Essex' *erased*] Willelmus filius Ricardi et Robertus le Butiller habent breve de perambulacione vicecomiti Essex' de terra predicti Willelmi in Elmested' et terra predicti Roberti in Aleford'. Teste etc.

1242.

[m. 9d.] Rex vicecomiti Norff' et Suff', salutem. Precipimus tibi quod sis in auxilio episcopo Norwic' cum ex parte sua fueris requisitus ad distringendum milites suos quod reddant ei scutagium suum, scilicet de scuto tres marcas, pro auxilio quod nobis concessit contra transfretacionem nostram in Wasconiam. Teste W. Eboracensi, archiepiscopo, apud Westm', xxj° die Maii.

Episcopus Sarisburiensis, in comitatibus Dors', Sumers', Berkes', Wiltes', Oxon'.

Episcopus Wygorniensis, in comitatibus War', Glouc', Wygorn'.

Episcopus Exoniensis, in comitatibus Devon', Cornub', Suhampton', Surr', Sussex'.

Episcopus Bathoniensis, in comitatibus Wiltes', Glouc', Sumers', Dors', Berkes'.

Episcopus Lincolniensis, in comitatibus Oxon', Linc', Leic', Bed', Buk', Norhampton', Huntindon', Cantebr', Notingh'.

Episcopus Cycestrensis, in comitatu Sussex'.

Abbas Westm', in comitatibus Surr', Glouc,' Oxon', Essex', Hertford', Buk', Wygorn'.

Mandatum est vicecomiti Devon' quod, quia Henricus de Tracy, Alanus la Zuche, Reginaldus de Valle Torta et Galfridus de Dynan, cum quibusdam aliis fidelibus regis, circa capcionem Willelmi de Marisc' et complicum suorum rex gratum impendit obsequium et acceptum, ipsos Henricum, Alanum, Reginaldum et Galfridum, pro scutagio suo regi reddendo pro transfretacione regis in Wasconiam de feodis que tenent de rege in capite non distringant donec aliud inde rex preceperit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Norwic', xxiij. die Junii.

Scribitur eodem modo vicecomiti Sumers' pro Galfrido de Dynan. Teste ut supra.

Dominus Roffensis episcopus habet brevia de scutagio, ut supradicti episcopi, in comitatibus Cantebr', Glouc' et Buk'.

Episcopus Dunolmensis habet brevia de scutagio in comitatibus Linc' et Ebor'.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod admittant Henricum de Wengham', clericum, ad reddendum compotum pro H. de Boun, comite Essex' et Hereford', de tempore quo idem comes fuit vicecomes regis comitatus Kanc' et certum diem ad hoc ei prefigant. Teste ut supra.

Rex respectum dedit Willelmo de Mauriton' de armis capiendis usque ad Pascha anno etc. xxvij^{mo}. Et mandatum est vicecomitibus Noting', Dereb' et Linc', quod respectum illum ei habere permittant. Teste ut supra.

Matillis de Pavilly, capta et detenta in prisona regis Norhampt' pro morte Walteri molendinarii, de cujus morte Agnes que fuit uxor ejusdem Walteri eum (*sic*) appellat, breve habet quod ponatur in ballium. Teste etc.

1242.

Rex Magistro Simoni de Wauton', custodi episcopatus Coventr et Lych', salutem. Mandamus vobis quod, assumptis vobiscum singulis vicecomitibus comitatuum nostrorum in quibus maneria predicti episcopatus existunt, ad ipsa maneria predicta sine dilacione accedatis et omnia blada que H. de Pateshull', quondam episcopus ejusdem episcopatus, seminari fecit in ipsis maneriis anno quo obiit, computato cum blado quod inveneritis toto blado quod inde seminatum est et in usus nostros per vos in eisdem maneriis expensum, per sacramentum proborum et legalium hominum in presentia alicujus executorum predicti episcopi fideliter appreciari faciatis. Et precium ad quod appreciata fuerint venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio nostro sine dilacione significetis sub sigillo vestro et sigillis singulorum vicecomitum predictorum et sigillis eorum per quos fuerint appreciata et mittatis nobis hoc breve. Et quidem singulis vicecomitibus predictis mandavimus quod ad dies quos eis scire facietis ad predicta maneria accedant una vobiscum et ad predicta blada apprecianda vobis intendant in forma predicta. Teste etc. apud Westm', xj. die Octobris, anno xxvj.

Abbas de Certes' attornavit Simonem Passelewe versus Johannem de Gatesden de placito quare impedit etc.

[m. 8*d.*] Rex respectum dedit Thome Peverel de se milite faciendo usque ad Natale Domini anno etc. xxvij^{mo}; et mandatum est vicecomiti Devon' quod respectum illum ipsum habere permittat. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xv. die Julii.

Beatric' Murdac attornavit. . . . . . [*Unfinished.*]

Cornubia.—Willelmus filius Ricardi, Rogerus filius Ricardi et Robertus filius Ricardi habent breve de perambulacione de terris predicti Willelmi in Bleviok' et predictorum Rogeri et Roberti in Bodbran'. Teste etc.

Willelmus de Bracy habet respectum de se milite faciendo usque ad Natale Domini anno etc. xxvij^{mo} et mandatum est vicecomiti War' quod respectum illum ei habere permittat. Teste etc.

W. Eboracensis archiepiscopus, Petrus de Maune et Cristiana uxor ejus habent breve de perambulacione de terra ipsius archiepiscopi in Munketon' et terram (*sic*) predictorum Petri et Cristiane in Burton'. Teste eodem archiepiscopo apud Westm', xxv. die Julii.

Rex vicecomiti Wigorn', salutem. Precipimus tibi quod habere facias dilecto et fideli nostro Galfrido Dispensario in quindena Sancti Michaelis que erit in festo Sancti Edwardi scutagium suum de feodis militum que tenentur [de nobis *erased*] de wardis que de nobis teneri debent in capite et que sunt in manu sua in bailliva tua, videlicet de scuto tres marcas pro exercitu nostro contra transfretacionem nostram in Wasconiam anno regni nostri xxvj. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Buk', Oxon', Glouc', Leic', Warewic', Notingh', Dereb' et Norhamt'.

1242.

Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Monstravit nobis Oliva que fuit uxor Roberti de Fraxineto quod cum ipsa, cum nuper essemus apud Colecestr', probasset coram venerabili in Christo patre W. Eboracensi archiepiscopo, et aliis de consilio nostro, tam per Christianos quam per Judeos, prefatum virum suum reddidisse Aaron et Ursello, Judeis Colecestr', totum debitum quod eis debuit ante arrepcionem itineris sui in Terram Sanctam et injunctum esset eisdem Judeis quod redderent prefate O. cartas confectas de debito memorato, licet iidem Judei quasdam cartas inde restituerint, adhuc tamen unam inde detinent maliciose, pretendentes cartam ipsam esse Lond' in deposito ut sic fraudem machinentur et laboribus fatigent dictam mulierem. Et ideo vobis mandamus quod predictos Judeos per terras et catalla distringatis ad restituendum prefate mulieri sine dilacione cartam predictam et vos eidem pedem illius carte restituatis; ita vos in hac parte gerentes quod de cetero nullam inde audiamus querelam. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Mortelak', xxix° die Julii.

Rex constabulario suo de Sancto Briavello, salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster J. de Monem' quod cum ipse capi fecisset quendam carbonatorem inventum malefacientem in libertate bosci sui, licet prefatus J. paratus esset dimittere tibi per plevinam predictum carbonatorem, tu tamen eum per plevinam capere noluisti set ea occasione predicta in terra ipsius J. cepisti et prepositum suum qui predam illam petiit per plevinam imprisonasti et ipsum prepositum per plevinam ipsius J. dimittere noluisti. Et ideo tibi precipimus quod transgressionem predictam taliter facias emendari quod prefatus J. per culpam tuam nullam libertatis sue sustineat lesionem et quod nos ad hoc non oporteat manum apponere et sicut magnum dampnum tuum desideras evitare. Teste etc.

Norff'.—Willelmus de Rysing venit apud Mortlak' die Mercurii proxima ante festum Sancti Petri ad Vincula coram domino archiepiscopo et consilio regis et petiit terram suam sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam fecit versus Emmam de Cantilup'.

[m. 7*d.*] Comes Arundell' habet brevia in comitatibus Sussex', Norff' et Suff', et Buk', de scutagio suo quod vicecomites colligi et salvo deponi faciant donec rex aliud inde preceperit per visum Willelmi filii Herberti quem idem comes loco suo ad hoc assignavit et vicecomitibus Wiltes', Kanc', Suhampton', Essex', Glouc', Oxon', Bed', Norhampt', War', Leic', Salop', Staff', Noting', Dereb', Ebor', Linc'.

Reginaldus de Moyun habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus War', Sumers', Dors', Wiltes' et Devon'; habet eciam litteras de protectione etc.

Dominus Eboracensis archiepiscopus habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Ebor', Noting', Linc', Leic' et War'.

Mandatum est custodi honoris Lanc' quod habere faciat eidem archiepiscopo scutagium suum de feodis militum que filius et heres

1242.

Rogeri de Mareseye qui est in custodia sua tenere debet de rege in capite de honore Lanc', in comitatu Noting', et de feodo unius militis quod filius et heres Willelmi de Seinliz qui similiter est in custodia sua tenere debet de rege in capite de honore Lanc' in Sumerton', in comitatu Linc', scilicet de scuto etc. Teste W. de Cantilup', apud Mortel', vj. die Octobris.

Mandatum est eciam vicecomiti [Linc' *erased*] Norht' quod faciat ei habere scutagium suum de feodis militum que filie et heredes Willelmi de Duston' que similiter sunt in custodia sua tenere debent de rege in capite, scilicet de scuto etc. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Norhampt', salutem. Precipimus tibi quod habere facias dilecto et fideli nostro Willelmo de Cantilupo in quindena Sancti Michaelis que erit in festo Sancti Edwardi scutagium suum de feodis militum que de nobis tenet in capite, et de feodis militum que tenentur de wardis que de nobis teneri debent in capite et que sunt in manu sua in balliva tua, videlicet de scuto tres marcas pro exercitu nostro contra transfretacionem nostram in Wasconiam anno regni nostri xxvj. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Windels', iiij^to die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Ebor', Lincoln', Warrewic', Leic', Bedeford, Bukingh', Sumers', Dors', Norfolk', Suffolk', Hortford' (*sic*), Essex', Susex', Salop', Devon', Wilt', Hereford', Oxon' et Glouc' et Roteland'.

Willelmus de Revers habet breve de scutagio suo vicecomiti Leic'.

Johannes de Nevilla habet brevia de scutagio suo in comitatibus Wilt', Sumers', Dors', Middelsex', Surr', Norfolk', Suffolk', Essex', Hortford', [Cantebrig' *erased*,] Kanc', Devon', Lincoln'.

Robertus de Tregoz habet brevia de scutagio in comitatatibus Hereford', Sumers', Wiltes' et Surr'.

Willelmus de Sifrewast' habet brevia de scutagio suo in comitibus Berkes', Oxon', Essex', Suht'.

Andreas Lutterel habet brevia de scutagio suo in comitatibus Noting', Ebor', Leyc' et Linc' et Sumers'.

Johannes de Grey habet litteras de scutagio in comitatu Essex'.

Dominus Karleolensis episcopus habet brevia de scutagio suo de feodis militum que tenentur de wardis que teneri debent de rege in capite et que sunt in manu sua in comitatibus Lincoln', Notingh' et Essex' et Norff'.

Herbertus filius Petri habet brevia de scutagio suo in comitatibus Hereford', Ebor', Berk', Salop', Suht', Glouc', Wiltes'.

Comes Essex et Hertf' postea habuit brevia de scutagio in comitatibus Norhampt' et Berk'.

1242.

Robertus de Cantuar' habet breve domini regis de scutagio in comitatu Cantebr'.

Simo de Monteforti, comes Leic', habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Buk' et Bed', Rotel', Dors' et Sumers', Norht', Essex', Hertford', Noting', Dereb', Warr' et Leic', Berkes', Cantebr' et Huntend', Kanc', Glouc', Sussex', Wiltes', Wygorn', Norff', Suff'.

Patricius de Chaurc' habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Suhampt' et Buk'.

Johannes de Baillol postea habuit brevia de scutagio suo in comitatibus Norff' et Suff' et Roteland'.

Agnes filia Asketill' de Chidden, capta et detenta in prisona regis Winton' pro morte Emme de Chidden', unde rettata est, habet breve vicecomiti Suhampt' quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste etc.

Thomas de Fombrigg' qui rettatus fuit coram concilio regis de forisfacto parcorum, vivariorum et forestariorum, invenit regi securitatem quod decetero non forisfaciet in parcis, vivariis vel forestis. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod occasione illius retti nullam ei inferrat molestiam aut gravamen. Teste etc.

Norhumbr'.—Rogerus filius Radulfi et Robertus de Ulecestr' habent per preceptum regis breve de perambulacione de terra ipsius Rogeri in Hethereston' et terra ipsius Roberti in Ulecestr'. Teste etc.

Rex B. de Cryoil, salutem. Mandamus vobis quod omnes res et mercandisas, arestatas in balliva vestra, de quibus vobis constare poterit quod sint hominum vel mercatorum de potestate comitis Flandr', sine difficultate et dilacione deliberari faciatis, illas autem de quibus dubitatis salvo custodiri faciatis, ita quod nichil inde amoveatur donec de rei veritate vobis plenius constiterit. Et omnes eos quorum res et mercandise fuerint arestate de quibus [arrestaveritis *erased*] dubitaveritis utrum fuerint de potestate prefati comitis necne libere et sine impedimento transfretare et suas partes adire permittatis ad querendum testimonium prefati comitis et villarum de quarum communitatibus fuerint quod sint de potestate ipsius comitis. Et cum hujusmodi testimonia vobis detulerint res et mercandisas suas eis sine dilacione deliberari faciatis. Bona siquidem et catalla A. que arestata sunt apud Winchels' faciatis salvo et sine quolibet dampno custodiri, non permittentes quod aliquis filium suum res suas in navi sua custodientem gravet vel molestet vel ipsum impediat quin libere possit quando voluerit ad terram ire et similiter ad navem suam redire. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Kenynton', xviij° die Augusti.

Adam Bat, captus et detentus in prisona de Walingford' pro morte Johannis filio Radulfi unde rettatus est, habet breve vicecomiti Oxon' quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum.

1242.

[m. 6d.] Rex vicecomiti Hertford'. salutem. Precipimus tibi quod scutagium quod exigis a S. de Monte Forti, comite Leic', de feodis militum que de nobis tenet in capite in balliva sua ponas in respectum usque in octabas Sancti Hyllarii anno etc. xxvij°. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Windles', xviij° die Septembris.

Consimiles litteras habet in comitatibus Huntedon', Oxon', Leic', Noting', Glouc', Kanc', Berk', Sussex', Cantebr', Dors', Suht', Norff', Wiltes', Essex'.

Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod scutagium quod exigat de feodis militum que tenentur de wardis que tenentur de rege in capite et que sunt in manu J. de Plesseto ponat in respectum usque in octabas Sancti Hyllarii anno etc. xxvij°.

Consimiles litteras habent vicecomites Hertf', Noting', Wygorn', Suht', Berk', Dors', Wiltes', et Salop'.

R. comes Pictavie et Cornubie, habet breve de scutagio suo habendo de feodis militum que tenentur de dote Isabelle, quondam comitisse Glouc', uxoris sue, et que sunt in manu sua de concessione regis in comitatibus Kanc' et Norhampt'.

Johannes Maunsell' habet breve vicecomiti Sussex' de scutagio suo habendo de feodis militum que tenentur de wardis que de rege teneri debent in capite et que sunt in manu sua de concessione [sua *erased*] regis, videlicet de scuto tres marce pro excercitu etc. Et scutagium quod idem vicecomes exigit de feodis militum que tenentur de wardis que sunt in manu ipsius Johannis et que non tenentur immediate de rege in capite ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste etc.

Consimiles litteras habet in comitatibus Glouc', Berkes' et Essex'.

Abbas Evesham' habet breve de scutagio suo habendo de feodis militum que tenet de rege in capite in comitatibus Glouc', Wigorn' et Warr', scilicet de scuto tres marce.

Item in comitatibus Norht' et Lanc'.

Johanna de Wak' habet brevia de scutagio suo habendo de feodis militum que de [nobis *erased*] rege tenet in capite de hereditate sua propria in comitatibus Norff', Noting', Dereb', Ebor', War', Leic', Norht', Linc', Rotel', Heref', Cumb', Buk', Bed'.

Willelmus Lungesp' postea habuit breve de scutagio in comitatu Berk'.

Radulfus de Sancto Amando habuit brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Hertf', Oxon', Warr' et Wiltes'.

Willelmus Bardulf habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Essex', Noting' et Dereb', Norhampt', Linc' et Leic'; ita quod scutagium illud regi reddet in reditu regis in Angliam si rex illud habere voluerit. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', vij. die Novembris.

1242.

Ricardus de Munfichet habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Essex' et Hertf', Cantebr' et Huntedon', Norff' et Suff', Buk' et Bed', Midd', Surr' et Sussex'. Et si predicti vicecomites aliquid ceperint de scutagio illo, id ei sine dilacione reddi faciant. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Windles', xviij. die Decembris. Quia misit ad regem duos milites pro se in Wasconiam.

Quia H. de Albin', comes Arundell', misit ad regem quinque milites pro se in Wasconiam in servicium regis, habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Norff' et Suff', Essex', Kanc', Sussex', Suht', Wiltes', Glouc', War', Leic', Salop', Stafford', Noting', Dereb', Ebor', Linc', Buk', Bedef', Norhampt', Oxon', Wygorn'.

Mandatum est vicecomitibus Oxon', Herteford', Suff' et War', quod habere faciant Willelmo de Oddingesel scutagium de feodis militum que Gerardus de Lyndes' tenet de rege in capite in ballivis suis, scilicet de scuto etc. contra etc. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Norht', xiij. die Januarii.

Andreas Peverel qui misit pro se quendam militem ad partes transmarinas habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Sussex', Suff' et Dors'. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, apud Westm', xxvij° die Januarii.

Robertus de Gisnes habet brevia de scutagio suo habendo in comitatibus Norht', Linc' et Leic' de feodis militum que de rege tenet in capite in comitatibus illis. Teste W. Eboracensi archiepiscopo, ut supra.

Quia Ricardus de Harecurt misit ad regem in Wasconiam quendam militem in servicium regis, mandatum est vicecomitibus Oxon' et Salop' quod faciant eidem habere scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite. Teste W. Eboracensi archiepiscopo apud Westm', primo die Februarii.

[m. *5d.*] Abbas de Hagheman, Alicia Purcel et Celestr', soror ejus, habent breve de perambulacione de terra ipsius abbatis in Lynleg' et la Bech' et terram ipsarum Alicie et Celestr' in Northbur', vicecomiti Salop'.

Prior de Boulton' et Alexander de Titelinton' habent breve de perambulacione inter terram ipsius prioris in Boulton' et terram ipsius Alexandri in Titlinton' in comitatu Norhumb'.

[m. *4d.*] Dominus rex mandavit domino Eboracensi archiepiscopo et aliis de consilio suo quod celerem justiciam exhiberent Ricardo Suward super particione catallorum que sua fuerunt et Philippe, comitisse War', que, per convencionem inter eos factam ante divorcium inter eos celebratum, per equas porciones dividi debuerunt; et postea ex eisdem porcionibus debita que debebant in communi redderentur. Constitutis igitur in presencia ipsius archiepiscopi et aliorum de consilio, die Veneris proxima ante festum Sancti Mathei,

1242.

apud Wallingford', Pagano de Sancto Phileberto procuratore ipsius Ricardi, prout in litteris domini regis continebatur, et predicta comitissa, tandem inter eos ita convenit quod predicta comitissa dabit predicto Ricardo lxxv. libras pro sua parte catallorum predictorum et eidem Ricardo incumbet acquietacio debitorum predictorum: ita tamen quod quamcito predictus procurator computaverit cum Ada Feteplace et Willelmo Sauser, mercatoribus de Oxon', et cum Ricardo Blawe de Wallingf' et Alano Vinitar' de Rading', in quanto scilicet Ricardus eis teneatur, ad quod eciam faciendum dies assignatus est in die Dominica in festo Sancti Mathei, predicta comitissa de predictis debitis satisfaciet mercatoribus memoratis et illa summa peccunie de qua ipsis mercatoribus satisfecerit ei allocabitur in solucione predictarum lxxv. librarum; et vadia que predicti mercatores habent a predicto Ricardo predicto procuratori suo reddentur. Et sciendum quod predicta comitissa reddet ad Scaccarium domini regis x. libras que a retro sunt de termino Pasche de firma de Hedindon' et per ipsam convencionem sopite sunt omnes querele et contenciones inter ipsum Ricardum et predictam comitissam de debitis et catallis predictis.

[m. 3*d.*] Robertus le Sor et Henricus de Pengilly habent breve de perambulacione de terra ipsius Roberti in Relegh' et terra ipsius Henrici in Pengilly. Et directum est breve vicecomiti Cornubie.

[m. 2*d.*] Quia constat regi per inscripcionem cyrographi in curia regis quod Nicholaus de Sancto Edmundo tenetur Waltero Bernard' in tribus marcis annui redditus, de termino Sancti Michaelis proximo preterito, de sex marcis quas prefatus N. reddit per annum eidem W. de manerio de Wykes quod tenet de eo, mandatum est abbati Sancti Edmundi quatinus prefato W. prefatas tres marcas habere faciat. Teste etc.

[*Membrane* 1*d* *blank.*]

26 HENRY III.—PART III.

1242.

[m. 1.] *De brevibus mittendis.*—Rex dilecto et fideli suo Rustan' de Solar', senescallo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quod xx^{ti} brevia nostra que vobis mittimus sine dilacione transmittatis illis quibus diriguntur per nuncios vestros et custum quod ad hoc posueritis faciemus vobis allocari. Teste rege apud Pont', xx. die Maii anno etc. xxvj^{o}.

De galeis faciendis.—Rex majori et probis hominibus suis insule Oleronis, salutem. Mandamus vobis quod sub quanta poteritis festinacione fieri faciatis bargias nostras que nobis de feodo debentur in insula Oleronis ita quod eas promptas habeamus sine more periculo. Et mandavimus preposito nostro de Olerone quod eos qui bargias predictas facere debent maeremium capere permittat ad eas inde faciendas in bosco in quo antiquitus hujusmodi maeremium capi solet. Teste rege apud Pontem, vj. die Junii.

Et mandatum est prepositis de insula Oleronis.

De castro de Mastac.—Rex I. regine Anglie, comitisse March' et Engol', salutem. Mittimus ad vos dilectum consanguineum nostrum G. tesaurarium Turron' vos rogantes quatinus castrum de Mastac sicut condictum fuit inter nos reddi faciatis eidem, concedentes nobis, si placet, aliquem terminum brevem de quingentis marcis quas vobis debemus pro castro memorato. Nec aliquatenus omittatis quin ei castrum predictum liberari faciatis eo quod predictam pecuniam vobis non mittimus ad presens, qua si comode non poteritis terminum quem petimus brevem nobis concedere, mittatis ad nos pro predictis quingentis marcis et nos statim illas vobis mittemus dummodo castrum illud reddideritis predicto tesaurario sicut inter nos est prolocutum. Teste ut supra.

Pro Elya Gilberti.—Rex reddidit Elye Gilberti de Cunnak' terram que est in manu regis in insula Oleronis tanquam jus et hereditatem ipsius Elye ; et mandatum est majori et prepositis insule predicte quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Elye sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De navibus deliberandis.—Mandatum est constabulario et preposito de Subis' quod navem illam que vocatur *la Planet* de Wincheless' quam Bartholomeus de Heweshee ducit et quam arestari fecerunt deliberari faciant et eam cum vinis, rebus, catallis et mercandisis in ea contentis, quo voluerit abire permittant. Teste ut supra.

Mandatum est majori et juratis commune Burdeg' quod navem Henrici Buchard que vocatur *la Blith* et quam arestari fecerunt sine impedimento abire permittant quo idem Henricus voluerit alias in servicium regis, sicut rex ei inju(n)xit. Teste ut supra.

Littere iste patentes sunt.

De rege Franc' gravando.—Rex baronibus de Hastinges, salutem. Cum faciente injuria regis Franc' treugam ei observare non debeamus

1242.

et guerra inter nos jam sit inchoata mediante auxilio et consilio vestro et aliorum baronum nostrorum de Quinque Portubus ipsum regem et suos tam per mare quam quam per terram gravare et modis quibus poterimus impugnare proposuimus. De virilitate igitur et fidelitate vestra specialiter confidentes quod in hoc negocio nos potenter juvare velitis vobis mandamus rogantes quatinus in fide qua nobis tenemini et sicut nos et honorem nostrum diligitis quam cito poteritis naves vestras preparari et bona gente muniri faciatis et vos ipsos accingatis una cum aliis baronibus nostris de quinque portubus, quibus idem mandavimus, ad predictum regem Franc' gravandum in costera Britannie, Normandie et Bolon', per incendia et alia gravamina que poteritis, tam per mare quam per terram, ita tamen quod nichil dampni aut molestie ecclesiis aut alicui de potestate nostra vel alii conductum nostrum habenti occasione hujus mandati nostri inferre presumatis; salvo eciam nobis quinto nostro quod ad nos scitis pertinere de lucro quod in guerra nostra perquiretis. Volumus eciam quod de consilio venerabilis patris W. Eboracensis archiepiscopi, et W. de Cantilupo et Bertrami de Cryoyl negocium istud incipiatis et quod inde vobis ex parte nostra injunxerint, exequamini, vos rogantes quatinus ita discrete vos geratis erga nostros, tam erga illos de Baion' quam alios de potestate nostra, si forte alicubi conveneritis, quod inter vos non oriatur dissensio et ita viriliter vos habeatis in predicto rege et suis gravandis quod pro bono servicio vestro imperpetuum vos habere debeamus cariores. In cujus etc. duraturas quamdiu nobis placuerit. Teste rege apud Xancton', viij. die Junii.

Eodem modo scribitur aliis baronibus de Quinque Portubus videlicet:—de Sandwic', Dovr', Heth', Rumenal', Wincheles', Rya, et probis hominibus de Dunewic'.

Littere iste clause fuerunt.

De pluribus missis ex parte regis in Angliam.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, et Willelmo de Cantilupo quod cum requisitus esset rex Franc' de emendis faciendis super intercepcionibus treugarum hinc inde factis id facere minime curasset, videbatur domino regi treugam ei ulterius observare et sic guerra inter eos inchoata est. Cum igitur dominus rex minus sufficienter de bona gente munitus sit ad regem Francie gravandum mandatum est eis quod quantum poterunt laborent ad pecuniam perquirendam et ad perquirendum regi cc. milites et centum servientes equites, bene paratos, quales viderint ad servicium regis necessarios; fines vero quos a quibusdam militibus recepimus ut moram facerent in Anglia ipsis remittatis, inducentes eos quod pro magna necessitate ad regem quamcito poterunt ad regem (*sic*) veniant, equis et armis bene parati. Et si forte, remittendo fines illos, ad hoc induci non possint, tunc de denariis regis si necesse fuerit racionabiliter eis faciant propter quod ad regem venire debeant et quod idem archiepiscopus et Willelmus sciant indubitanter quod dominus rex in talem incidit necessitatem quod ultra modum indigemus pecunia quia ad presens recuperaturus est honorem suum in partibus transmarinis vel ignominiam, quod absit, incurret in perpetuum. Provideant eciam de consilio Bertrami de Cryoyl qualiter dominus rex dampnificare possit regem Francie in costera Britannie,

1242.

Normannie et Bolon' per gentem de Quinque Portubus, quod se preparant ad ipsum regem gravandum per incendia et aliis modis quibus poterunt et super eodem scribitur eidem Bertramo quod id fieri faciat de consilio predictorum archiepiscopi et Willelmi. Illis eciam qui deputandi sunt ad dictum regem per mare gravandum aliquem discretum et fidelem prefici faciant qui ipsos cohibeat et impediat, ne alicui de potestate regis vel alicui conductum regis habenti dampnum inferant; qui eciam de quinto regi respondeat. De quingentis eciam bonis Walensibus ad regem mittendis provideant per Johannem Extraneum et Johannem de Monem' qui tales de baillis suis eligant quales regi viderint expedire ad inimicos suos gravandos et quod rogent David filium Leulini et Griffinum filium Maddoc' quod de Walensibus regi subveniant, sicut regi promiserint; ita quod de suis quam aliunde quingentos Walenses habeat et super hoc litteras domini regis eis mittant. Gentem autem et pecuniam quam perquirere poterunt regi mittant cum festinacione; mandatum est eis quod, cum de quingentis pauperibus quos singulis diebus rex pascere consuevit, majorem partem pascendam in Anglia, pascendam reservavit per fratrem Johannem elemosinarium, pasci faciant singulis diebus ccc. et l. pauperes, ita quod elemosina regis incipiat fieri a nono die Maii, videlicet a die Veneris qua rex naves suas ascendit apud Portesm', et sic de die in diem quousque dominus regem reduxerit in Angliam cum prosperitate. Teste ut supra.

Littere clause.

De statu regis significato episcopis Anglie, preterquam Norwic' et Bathon'.—Rex venerabili patri H. Dei gracia Elyensi episcopo, salutem. Ut de statu nostro, de quo vos credimus esse sollicitos, paternitatem vestram reddamus certiorem significandum vobis duximus quod postquam naves nostras ascendimus apud Portesm' mare, benedictus Deus, placitum invenimus et tranquillum et nos et regina nostra et omnes quotquot nobiscum transfretaverunt sani applicuimus in portu quodam in Pictavia nomine Ruaunt' et inde nos divertimus usque Pontem ubi expectavimus quod ad diem captum inter nos et regem Franc', videlicet a die Pasche in v. septimanas emende fierent hinc inde de intercepcionibus factis contra treugam, set neque ad diem illum nec ad alium inter nos propter hoc postea captum aliquid nobis voluit dictus rex emendare, licet nos omnimodas emendas ex parte nostra ei optulissemus, unde videbatur nobis et consilio nostro quod treugam aliquam ei observare non tenebamur, et sic treuga deficiente guerram incohare nos oportuit quam quidem sine potenti auxilio gentis et pecunie sustinere non poterimus; quapropter hec paternitati vestre duximus significanda rogantes attencius quatinus agendis nostris secundum quod W. Eboracensis archiepiscopus, et W. de Cantilupo vobis dicent ex parte nostra cum ab eis fueritis requisiti consilium efficax apponere velitis pro quo ad perpetuas vobis teneamur graciarum actiones. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus episcopis Anglie, preterquam episcopis Norwicensi, Bathoniensi et Roffensi.

Sub eadem forma scribitur magistro Milicie Templi, priori Hospitalario, W. de Eboraco, Jeremie de Caxton', Bertramo de Cryoyl', Roberto de Lexinton', Willelmo de Haverhull', et eciam

1242.

abbatibus Westm', Glaston' et de Rading' et eciam priori Sancti Switini Winton', set in fine litterarum additur quod speciales pro rege et suis fieri faciant orationes.

Littere clause.

De forma transmissa baronibus Anglie.—Rex dilecto et fideli suo W. de Cantilupo juniori, salutem. Cum faciente injuria regis Franc' treuga inter nos et ipsum deficiat et sic guerram ei movere nos oporteat quod quidem in transfretacione nostra non credebamus accidisse et minus sufficienter muniti simus bona gente et potissime gente regni nostri Anglie de qua specialius confidimus ad ipsum impugnandum, vobis mandamus rogantes quatinus quatinus (*sic*), sicut nos et honorem nostrum diligitis, sub quanta poteritis festinacione ad nos veniatis ita parati equis et armis quod per auxilium vestrum et aliorum fidelium nostrorum quibus idem mandavimus ad presens honorem recuperasse guadeamus et ad perpetuas inde vobis teneamur graciarum actiones, scituri quod nisi per vos et alios fideles nostros nobis fuerit potenter subventum obprobrium incurrere timemus imperpetuum et jacturam, quod absit, irreparabilem. Teste ut supra.

Requirantur in dorso rotuli nomina militum Anglie quibus scribebatur sub ista forma.

[m. 2.] *Clause sunt.*

De Walensibus mittendis.—Rex J. Extraneo, justiciario Cestr', salutem. Ut de statu nostro de quo vos credimus esse sollicitos etc. ut supra usque ad illam clausulam quocirca etc. et tunc sic quocirca discrecioni vestre mandamus quatinus ex parte nostra unacum Johanne de Munem', cui idem mandavimus, inducatis David filium Lewel' et Griffinum filium Maddok' quod nobis mittant de melioribus Walensibus peditibus quos nobis promiserunt in auxilium guerre nostre, et de terra vestra et terra ipsius Johannis similiter, aliquot nobis mittatis, ita quod plene quingentos Walenses habeamus quamcito poteritis et, si predicti David et Griffinus Walenses suos ad nos sumptibus suis mittere noluerint, vos de consilio W. Eboracensis archiepiscopi, tam illis quam Walensibus de terra vestra et terra ipsius Johannis racionabiles ad veniendum ad nos expensas inveniatis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Munemuth'.

Et mandatum est David filio Lewelini et ipsi G[r]iffino filio Maddoc quod sicut regi promiserunt de melioribus Walensibus peditibus quot eis dixerint Johannes Extraneus et Johannes de Munemuth sub quanta poterint festinacione regi mittant, ita quod rex eis grates scire debeat. Teste ut supra.

Littere misse regi Francie clause.

Ne decetero treuga observetur.—Rex domino regi Franc', salutem. Bene recolit serenitas vestra qualiter a die Pasche in quinque septimanas fuerat dies data de intercepcionibus factis contra treugam inter vos et nos captam ad locum ad hoc deputatum utrobique emendendis, ad quem cum gentem nostram propter hoc specialiter mitteremus nullus ex parte vestra, sicut credebamus et deceret, ibidem comparuit, et qualiter postea ad vos nuncios

1242.

nostros destinavimus, vos requirentes quod super predictis intercepcionibus emendas faceretis et reciperetis, per quos nobis significastis quod id libenter faceretis et diem alium certum ad hoc petiistis, et nos, licet locus de Surgeres, ubi id fieri voluistis, merito nostris fuisset suspectus et minus tutus, ob nostram tamen reverenciam et ne nobis posset imputari quod occasione aliqua treuga inter nos infringeretur tam de die et loco bene placito vestro adquievimus. Cum autem tam nostri quam nuncii nostri predictis die et loco convenissent et per nostros parati fuissemus incontinenti vobis emendare quicquid per nos aut nostros contra vos extitit interceptum, non fuit ex parte vestra qui de terra Savarici de Malo Leone et de castro de Berceres vel aliis que liquide apparent contra nos intercepta infra treugam predictam nobis aliquas faceret emendas: unde serenitati vestre significamus quod, ex quo per vos stetit et adhuc stat quominus satisfactum est hinc inde de intercepcionibus predictis, decetero treugam quam sic infregistis vobis observare non tenemur secundum articulos in forma treuge contentos. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex M. filio Geraldi, justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod postquam sani et incolumes applicuimus in terra nostra Pictavie, missis solempnibus nunciis nostris ad regem Franc', ipsum fecimus rogari ut intercepciones ex parte sua nobis et nostris factis infra treugam inter nos et ipsum captam nobis et inprisiis nostris faceret emendari, et quia idem rex, pluries super hoc requisitus, id facere recusavit, predicta treuga inter nos et ipsum rupta, guerra inter nos est incohata. Quia vero ad sustentacionem guerre nostre tam de pecunia quam de gente plurimum necesse habemus, vobis mandamus quatinus in fide qua nobis tenemini totam pecuniam quam poteritis ad opus nostrum perquiratis et de gente electa procuretis nobis mitti in Pictaviam c. milites et cc. servientes equites, bene et sufficientur paratos equis et armis, et eos una cum predicta pecunia ad nos mittere non deferatis; et, si forte fideles nostri de Hybernia quibus mandavimus quod ad nos venirent in Wasconiam cum equis et armis in suscepcione presencium nondum iter versus nos arripuerint, eis ex parte nostra injungatis quod ad nos veniant festinanter. Teste ut supra.

Insule.—Rex Drogoni de Barentin, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatinus in fide qua nobis tenemini omnes galias et alias naves insularum nostrarum gente et armis bene et sufficienter muniri faciatis et eas cum festinacione mittatis ad costeram Normannie ad regem Franc' gravandum tam incendio quam aliis modis quibus poterit in partibus illis gravari, salvo nobis inde quinto nostro. Diligenciam autem quam poteritis efficaciter apponatis ad Montem Sancti Michaelis occupandum. Et cum sciverimus custum quod ad hoc posueritis, illud vobis allocari faciemus. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo de Podio.—Rex preposito de Oleron', salutem. Licet Elie Gereberti reddiderimus terram suam in insula Oleron' quam prius commisimus Bartholomeo de Podio ad se sustentandum in vita sua, nolumus tamen quod eidem Bartholomeo auferantur proventus ejusdem terre de anno preterito, et ideo vobis mandamus

1242.

quod eidem Bartholomeo omnes fructus et alios exitus ejusdem terre de anno preterito habere faciatis. Teste rege apud Xancton', xv. die Junii.

Pro H. de Vivon'.—Rex concessit Hugoni de Vivon' scutagium [suum *erased*] quod abbas Glaston' regi debet de feodis x. militum que idem abbas tenet de rege in capite et idem Hugo tenet de eodem abbate. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem de predicto scutagio quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto abbati quod scutagium quod a predicto Hugone ei debetur de predictis feodis ei remittat, quia rex ei mittit litteras suas directas baronibus de Scaccario per quas idem abbas inde quietus esse debet. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Johanni filio Galfridi xx. quercus in Nova Foresta ubi commodius et melius capi possint ad molendina sua de Ringwud' reparanda, de dono regis. Teste rege apud Xancton', xix. die Junii.

De conductu.—Petrus de Alvernia, mercator, quem dominus rex mittit in Ispanniam ad equos ad opus regis emendos habet litteras de conductu duraturas usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxvj. Teste ut supra.

Patentes erant.

Pro Galfrido de Doe.—Rex reddidit Galfrido de Due terram illam in Oleron' cum pertinenciis que fuit Elye de Mornac' et quam idem Galfridus clamat esse jus et hereditatem Johanne uxoris sue et sororum ipsius Johanne, tenendam usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxvij. ut interim discutiatur utrum terra illa de rege teneri debeat in capite an de Fulcone de Mastak'. Et mandatum est preposito Oleron' quod eidem Galfrido de predicta terra seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Xancton', xxij. die Junii.

Pro Olivero de Espervill'.—Dominus rex concessit Olivero de Espervill', servienti R. comitis Cornubie, terram illam cum pertinenciis que fuit Ogeri de Pinibus in villa de Regula ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est senescallo Wasconie quod de predicta terra cum pertinenciis ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Xancton', xxiiij. die Junii.

Eodem modo scribitur ex habundanti [gracia] Willelmo de Boell'. Et habet inde litteras patentes.

[*Cancelled*] *Quia alias habuit excambium pro ea.*

[m. 3.] *Pro Arnaldo Maysent.*—Rex Bertramo de Cryoyl', salutem. Monstravit nobis Arnaldus Maynsent, civis Burdeg', quod ad muniendum castrum nostrum Dovor' cepistis vina sua per manum Amanuey Bonefus, custodi navis ipsius Arnaldi, et ea nondum acquietastis: et quia sicut audivimus breve nostrum de computetur habetis ad predicta vina acquietanda, vobis mandamus quod eidem

1242.

Amanueo de quo vina predicta cepistis precium eorum reddi faciatis vel si breve nostrum de computetur ad vina predicta acquietanda non habuistis precium eorum nobis scire faciatis et nos eidem Arnaldo precium illud reddi faciemus. Teste rege apud Taunay, xxv. die Junii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Roberto de Cantuar' v. robora in foresta de Essex' ad focum suum, de dono regis; et ea liberari faciat custodi episcopatus London' carianda usque domum ipsius Roberti. Teste ut supra.

De una roba data.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod faciant habere Emme uxori Johannis de Ely unam bonam robam que eam deceat, de dono regis. Et cum rex custum scierit faciet habere ipsis breve de Liberate. Teste ut supra.

Pro Warino de Munchanes'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Monstravit nobis Warinus de Munchanesy quod, cum ante transfretacionem nostram vobis daremus in mandatis quod inquiri faceretis de viginti libris quas ab eo exigitis per summonitionem ejusdem Scaccarii pro transgressione foreste nostre utrum inde amerciatus fuisset per voluntatem Johannis Byset, quondam justiciarii foreste nostre, ut idem Warinus dicit, an eo quod meruit amerciari per transgressionem predictam, et inquisicionem illam postea per vos factam apperire et judicium inde reddere noluistis secundum quod vobis mandavimus set eo nonobstante ipsum per averia et catalla sua distringi fecistis ad easdem xx. libras reddendas. Et ideo vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod de inquisicione predicta eidem Warnero (*sic*) judicium suum sine ulteriori dilacione habere faciatis, de demanda predicta ipsum pacem habere permittentes, donec judicaveritis quid secundum judicium fieri debeat. Teste rege apud Xancton', ij. die Julii.

De dote M. que fuit uxor J. de Lacy.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantil' quod si W. Marescal', comes Penbrok', et Margeria uxor ejus non habeant id quod ipsam Margeriam contingit in dotem de terris que fuerunt J. quondam comitis Linc' et constabularii Cestr', viri sui, tunc eis sine dilacione de omnibus terris predictis racionabilem dotem habere faciant. Teste ut supra.

De credencia.—Rex majori et cadellis [Burdeg' *erased*] Baionie, salutem. Sciatis quod quedam secreta nostra posuimus in ore Rustani de Solers quem ad vos mittimus vobis referenda, rogantes quatinus hiis que vobis dicet ex parte nostra fidem adhibeatis. Teste rege apud Xancton', iij. die Julii.

Patentes erant.

De galeis mittendis ante Rupellam.—Mandatum est majori [Burdeg' *erased*] Baionie quod galias suas venire faciat ante Rupellam bene munitas, si alibi invente fuerint, et partes illas gravari faciat et dampna que poterit eis inferat. Teste ut supra.

Pro Thoma de Pavely.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantil' quod de thesauro regis faciant habere Thom' de Pavely

1242.

xx. marcas ad expensas suas adveniendum in servicium regis. Teste ut supra.

De austurcis datis.—Mandatum est W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantil' quod faciant habere Th. comiti Flandr' et Hann' ij^os austurcos de austurcis regis cum propter eos miserit. Teste rege apud Xancton', v. die Julii.

De magno pampilione custodiendo.—Rex Rustano de Sol', senescallo suo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quod magnum pampilionem nostrum qui est adhuc in navi in portu Burdeg' discarcari faciatis et videatis quod nichil de armamentis ejusdem pampilonis deficiat, quo viso, ipsum pampilionem deponi faciatis in castro nostro Burdeg' et Bonefacio filio Magistri Nicholai de Genue cum uno socio quem sibi duxerit associandum ad pampilionem predictum custodiendum necessaria inveniatis et nos expensas racionabiles quas ipsi Bonefacio et socio suo ad hoc inveneritis, vobis reddi faciemus. Teste rege ibidem, vij. die Julii.

HIC RECEPIT JOHANNES DE LEXINTON' SIGILLUM REGIS.

Pro hominibus de Bristoll'.—Rex W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantil', salutem. Mandamus vobis quod allocari faciatis probis hominibus nostris de Bristoll' tam in firma ville sue quam in debito quod nobis debent totum custum quod racionabiliter monstrare poterunt se posuisse in stipendiis militum et servientium qui interfuerunt captioni Willelmi de Mariscis et sociorum suorum in insula de Lunday. Et cum constiterit vobis de custo racionabiliter ad hoc apposito litteras nostras de allocacione eis fieri faciatis. Teste ut supra.

De quada[m] nave arestanda.—Quia datum est regi intelligi quod quedam navis est in veniendo de Hyspannia versus Rupellam cum equis et pannis sericis et aliis rebus et mercandisis, mandatum est R. de Sol', senescallo Wasconie', quod id scire faciat probis hominibus de Burdeg' eosque inducat quod diligenciam quam poterunt apponant ad obviandum eidem navi et ad eam arestandam et quod nec illa navis nec aliqua alia ibidem venire posst ad inimicos regis muniendos. Teste ut supra.

De servientibus ad arma.—Rex Johanni le Maunsel, salutem. Mittimus vobis xliij. servientes ad arma ad morandum cum dilecto fratre nostro R. comite Cornub', quibus liberari fecimus stipendia sua octo dierum Elye eciam de Talemund' qui predictos servientes ducit, cui nichil pacavimus, stipendia sua, sicut expedire videritis, habere faciatis. Teste ut supra.

De denariis domino regi mutuandis.—Rex Gailardo de Columb', salutem. Dilectionem vestram rogamus quatinus nobis mutuum faciatis de denariis quos poteritis et eos nobis mittatis per Willelmum Reimundi vel per aliquem alium ex vestris de quo plene confidatis et cum ad nos venerit, vos securos faciemus de denariis illis vobis reddendis. Teste rege apud Xancton', x. die Julii.

1242.

Pro Rogero de Sumery, de perdonacione.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod perdonavimus Rogero de Sumery quinquaginta marcas de ducentis marcis quas debet David de Oxon', Judeo, de sorte et usura, et concessimus eidem Rogero pro servicio suo quod nobis impendit in partibus transmarinis quod centum libras residuas reddat eidem Judeo ad terminos quibus tenebatur reddere ei ducentas marcas predictas, sicut plenius continetur in carta ejusdem Rogeri in archa cyrographariorum nostrorum apud Winton'. Et ideo vobis mandamus quod predictum Rogerum de predictis quinquaginta marcis quietum esse et predictos terminos ad residuas centum libras solvendas ei habere faciatis, et ex quo easdem centum libras eidem Judeo reddiderit cartam suam quam eidem Judeo fecit de ducentis marcis ei reddi faciatis. Teste ut supra.

Pro custodibus episcopatus Winton'.—Rex W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantil', salutem. Mandavimus [quod *erased*] custodibus episcopatus Winton' quod de exitibus ejusdem episcopatus contra transfretacionem nostram de cleiis et pontibus et quibusdam victualibus et aliis diversis ad transfretacionem nostram necessariis nobis providerent et diversa paria litterarum nostrarum de custo ad hoc apposito eis computando que penes se habent eis habere fecimus. Quia vero de quibusdam rebus de quibus hujusmodi litteras nostras non habuerunt nobis providerunt, ut asserunt, et ex parte eorundum custodum requisiti fuimus quod res illas eis faceremus allocari, in parte eciam recepimus de hiis de quibus predicta brevia nostra habuerunt et in magna parte non recepimus de predictis que contra eandem transfretacionem nostram nobis provideri precepimus, et, quia sine rotulis nostris in quibus predicta brevia continentur, certificari non potuimus quantum de predictis sit eis allocandum nec eciam de hiis que sine litteris posuerunt nisi particulatim ostendant in quibus custum predictum posuerunt, vobis mandamus quod cum per inspeccionem rotulorum predictorum evidencius certificari possitis de quanta provisione facienda litteras nostras habuerunt et per ea que recepimus constare nobis possit quantum de hiis que in litteris nostris continentur eis fuerit allocandum, necnon et audiendo compotum eorum de hiis que sine litteris posuerunt quantum similiter eis debeat allocari, diligenter videri et audiri faciatis quantum posuerunt per litteras nostras predictas et quantum sine litteris. Et ex quo certificati fueritis de custo utroque modo apposito in provisione predicta, cassatis omnibus prioribus litteris nostris de computetur quas inde fieri fecimus de toto custo quod racionabiliter monstrare poterunt se posuisse in eadem provisione, tam per litteras nostras quam sine litteris nostris, breve nostrum de computate eis habere faciatis; ut autem sciatis quantum de predicta provisione recepimus contra predictam transfretacionem nostram ea presentibus duxerimus inserenda. Recepta talia, videlicet mille septingenta sexaginta et novem quarteria avene et dimidium et mille et unum quarterium frumenti et cccxx. bacones et unam pernam et xxxij. boves et quingentas sexaginta et xiij. gallinas et lxxviij. capones et sexcentos et xxx. pullos et viij. capreolos et cxlj. mulvellum et septem milia quater xx. x. ova et duo milia nongentas quater xx. xvij. ulnas
[*m. 4.] *de kanabo et sexaginta et quinque qua[r]teria salis, et duo dolia cervisie et septingentos picheros et sexaginta ollas et sexcies xx. cyphos,

1242.

et ducentas quinquaginta et novem scutellas et quinquaginta platellos de fusto et sexaginta et quatuor salsaria. Et duo dolia fabarum in cotel et quatuor quarteria [fabarum *erased*] et duos bussellos fabarum frasearum et unum quarterium et duos bussellos pisarum et sexaginta et quatuor dolia farine frumenti et unum dolium gruelli et unum dolium farine avene. Teste rege apud Xancton', xj. die Julii.

De pluribus retinendis ad opus regis.—Mandatum est Rogero le Taylur, Johanni le Flemeng' et Johanni de Colesdon' quod omnes mercandisas contentas in nave que nuper applicuit apud Roianum retineant, scilicet rys, amigdalas, alum, et brasill, et quod Johannes le Flemeng' ducat eam usque Burdeg'. Et idem Rogerus retineat duas navatas panni Flandrensis que illuc applicuerunt ad robas regis contra instantem hyemem. Et cum navis illa que apud Roianum applicuit Burdeg' venerit, amigdalis et rys retentis ad opus regis, residuas mercandisas scilicet alum et brasil det mercatoribus ipsarum navium in quibus panni sunt contenti in precium predictorum pannorum vel pro denariis eis vendat, si denarios inde dare voluerint. Teste ut supra.

De rege Francorum gravando et aliis.—Rex Drogoni de Barentin, salutem. Sciatis quod gwerra nos et regem Franc' jam ita invaluit quod necesse habemus eundem regem et suos quantum poterimus gravare, et ideo vobis mandamus quod omnes illos qui ex parte regis Franc' sunt quantum poteritis gravetis. Et, si vina vel alia ceperitis que sunt aliquorum de potestate predicti regis, ea vendi faciatis et ex denariis inde perceptis eos qui una vobiscum predictum regem et suos gravabunt sustineatis et nos denarios illos vobis faciemus allocari. Teste rege apud Xancton', xv. die Julii.

Pro Willelmo de Vescy.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod non permittat (*sic*) quod Willelmus de Vescy distringatur pro aliquo debito quod debeat alicui Judeo vel Christiano quamdiu fuerit in partibus transmarinis in servicio regis. Et si districtio aliqua facta fuerit per terras et catalla ipsius pro hujusmodi debito districtionem illam relaxari faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De litteris regis mittendis.—Mandatum est preposito de Oleron' quod eskippari faciat unum batellum et litteras regis mitti faciat illis magistris galiarum et bargiorum quibus diriguntur qui sunt ante Rupellam, ut creditur. Teste rege apud Xancton', xvij. die Julii; dominus eciam rex custum quod ad hoc apposuerit ei faciet allocari. Teste eodem.

De blado et aliis appreciandis.—Rex Willelmo Norensi, salutem. Mittimus ad te Iweyn' clericum, servientem nostrem, presencium latorem, ad appreciandum bladum et alias res et mercandisas contentas in navi quam Henricus Pichepappe nuper cepit et ad faciendum inde quod ei injuximus. Et ideo tibi precipimus quod per visum prepositi nostri de Oleron' et aliorum proborum hominum et per ipsum Iweyn' predictum bladum et res et mercandisas predictas facias appreciari.

1242.

Et cum appreciata fuerint. omnibus predictis ad opus nostrum retentis, navem ipsam vacuam quo voluerit abire permittas et ipsum I. de predictis disponere, sicut predictum est. Teste rege apud Xancton', xix. die Julii.

Pro fratribus de ordine Grandis Montis.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod concessimus fratribus de ordine Grandis Montis quod iidem fratres non distringantur per terram suam de Hamma quam habent de dono Walteri de Lacy' occasione alicujus debiti quod idem Walterus debuit in Judaismo, set fiat districtio per alias terras que fuerunt predicti Walteri pro debito predicto, si necesse fuerit. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et irrotulari faciatis. Teste ut supra.

Rex perdonavit Patricio de Chaurces ducentas marcas de debitis que regi debet ad Scaccarium. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Patricium de predictis ducentis marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Pontem, xxv. die Julii.

[*Cancelled*] *Quia aliter in rotulo finium.*

De perdonacione pro Warino filio Geroldi.—Rex perdonavit Warino filio Geroldi quadraginta et quinque marcas quas debet Abrah[am] de Berchamsted' et Aaron filio Abrah' de Lond'. Rex vult quod predicte quadraginta et quinque marce allocentur ipsis Judeis in debitis que regi debent. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Warinum de predictis xlv. marcis quietum esse et denarios illos ipsis Judeis in debito predicto allocari faciant et munimenta ipsius Warini penes ipsos Judeos residencia ei restitui faciant. Teste ut supra.

Pro Ranulfo Pygeu.—Mandatum est Drogoni de Barentin quod, si Ranulfus Pygeu', homo Milicie Templi in Pictavia', probare poterit viginti et septem dolia vini que in quadam navi de Britann' inter alia vina arestavit sua esse propria, ita quod nullus de alterius dominio inde partem habeat, tunc predicta vina ei deliberari faciat. Teste rege apud Berbezill', xxvj. die Julii.

De terris capiendis in manum domini regis.—Mandatum est preposito de Oleron' quod terras que fuerunt H. comitis Marchie, vel aliquorum militum suorum, in Oleron', capiat in manum regis et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege in castris super Gyrundam, v. die Augusti.

De perdonacione.—Rex perdonavit Nicholao de Molis de debitis que regi debet ad scaccarium [quinquaginta *erased*] centum libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem, vj. die Augusti.

Mandatum est preposito de insula Oleron' quod per visum Walteri le Avener tam avenam quam frumentum contentum in nave de Flandr' nuper arestata ibidem vendi faciat et denarios inde provenientes regi mittat per eundem ; pannos eciam qui sunt in eadem navi in quadam

1242.

bona bargia per eundem regi mittat. Teste rege in castris super Gyrundam, vij. die Augusti.

De prisone liberando comiti marescallo.—Mandatum est Rustano de Solariis, senescallo Wasconie, quod Johannem de Shapewic', prisonem quem habet in custodia sua apud Burdeg', liberari faciat W. Marescallo, comiti Pembrok'. Teste ut supra.

Pro Stephano Lungesp'.—Rex perdonavit Stephano Lungespeye xxx. libras de sexaginta libris quas debuit David de Oxon'. Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis xxx. libris ipsum quietum esse et eas predicto David in debito quod regi debet allocari. et cum predictus Stephanus residuas xxx. libras eidem Judeo reddiderit, munimenta ipsius Stephani que idem Judeus penes se habet de debito predicto ei restitui faciant. Teste rege in castris super Gyrundam, xj. die Augusti.

Pro Itero, vadletto Willelmi Archiepiscopi.—Mandatum est Rogero de Ros quod provideat de robis et lecto ad opus Iteri, vadletti Willelmi Archiepiscopi, quem dominus rex cingulo militari cinget in instanti festo Assumptionis Beate Marie et provisa regi mittat. Teste ut supra.

De prisonibus cariandis.—Mandatum est Rogero de Aswell' quod Gwidonem de Vallibus, militem, Johannem de Munteny et Willelmum de Chaumbun, prisones quos habet in custodia sua, salvo ad regem mittat. Teste ut supra.

Postea, quia idem Rogerus non habuit homines per quos ipsos prisones salvo ad regem mittere posset, mandatum est ipsi Rogero quod ipsos liberet hominibus R. comitis Pictavie et Cornubie, salvo ad regem ducendos. Teste rege in castris super Gyrundam, xiiij. die Augusti.

De perdonacione.—Rex perdonavit Baldewino de Akeny xviij. marcas quas idem Baldewinus debet Abraham de Berchamsted', Judeo; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Stephano Lung'speye.—Rex perdonavit Stephano Lungespeye totam usuram quam debuit David, Judeo Oxon', provenientem de xxx. libris quas idem Stephanus mutuo accepit ab eo usque ad diem Mercurii proximam ante Assumptionem Beate Marie anno etc. xxvj. et rex concessit eidem quod usure non currant super eisdem xxx. libris a die Mercurii predicta quamdiu predictus Stephanus fuerit in servicio regis in partibus Pictavie et Wasconie; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis usuris ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De prisonibus domino regi mittendis.—Mandatum est Rogero de Aswell quod Willelmum de Karevill' et Willelmum Camerarium, prisones quos habet in custodia sua, per latorem litterarum domini regis salvo ad regem mittat. Teste rege ut supra.

1242.

Pro Ricardo filio Rogeri de Stratton'.—Rex concessit Ricardo filio Rogeri de Stratton' scutagium de quarta parte feodi unius militis quam predictus Ricardus tenet de domino W. Norwicensi episcopo, in capite et eciam scutagium de feodis duorum militum que Petrus de Meauling' tenet de eodem episcopo et que idem Ricardus tenet de eodem Petro; et mandatum est eidem episcopo quod scutagium quod ei debetur a predictis Ricardo et Petro a predictis feodis eis remittat quia rex mittit eidem episcopo litteras directas baronibus de Scaccario per quas inde quietus esse debet. Teste rege in castris super Gyrundam, xvij. die Augusti.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum episcopum de scutagio predicto quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est Petro de Meauling' quod ipsum Rogerum de scutagio predicto quietum esse faciat, quia rex mittit litteras suas eidem episcopo per quas predictus Petrus inde quietus esse debet. Teste ut supra.

Pro Johanne le Bret.—Rex concessit Johanni le Bret scutagium de feodis duorum militum que idem Johannes tenet de Matheo [de] Luvein; et mandatum est eidem Matheo quod scutagium predictum ei remittat, quia rex mittit ei litteras suas directas baronibus de Scaccario per quas de scutagio predicto quietus esse debet. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Matheum de scutagio predicto quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Bernardo de Partenay.—Mandavit dominus rex Henrico Pichpach quod quinquaginta et sex dolia vini sigmata (*sic*) caractere scutelli Willelmi archiepiscopi in quadam nave quam arestabat, que quidem vina fuerunt Bernardi, burgensis de Partenay, ut dicitur, reddi faciat eidem. Teste ut supra.

Pro Warino de Munchanesy.—Rex perdonavit Warino de Munchanesy x. libras ad quas amerciatus fuit pro communi summonitione coram W. de Ebor' et sociis suis, justiciariis [nostris *erased*], in ultimo itinere suo apud Rading'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdeg', xxj. die Augusti.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Michaeli, emptori vinorum regis, quod de vinis regis que sunt apud Suthampton' faciat habere Tecle uxori Magistri Ricardi coci unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Burdeg', xxiiij. die Augusti.

De perdonacione.—Rex perdonavit Willelmo de Grey viginti marcas ad quas amerciatus fuit coram rege quando rex ultimo fuit in comitatu Norhumbr' et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege ibidem, xxv. die Augusti.

[m. 5.] Et habuit inde alias litteras patentes.

1242.

De perdonacione.—Rex perdonavit Rogero de Sumery xx. marcas ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Oxon' pro nova disseisina et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii : et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdeg', xxvij. die Augusti.

Pro Matheo de la Mar', de perdonacione.—Rex perdonavit Matheo de la Mare xij. libras quas debet Aaron filio Abraham, Judeo London'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse et eas predicto Judeo in debito quod regi debet allocari faciant et munimenta ipsius Mathei que idem Judeus penes se inde habet ei restituant. Teste rege apud Burdeg', j. die Augusti.

De bissis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo de Vescy iij. byssas in foresta de Galtrix de dono regis. Teste ut supra.

Pro quibusdam hominibus comitis Flandr'.—Quia rex rogatus fuit ex parte Th. comitis Flandr' et Hann', quod quedam catalla quorundam mercatorum de terra sua que arestata sunt in Anglia deliberari faceret et rex ei respondidit quod si catalla illa sint hominum de terra sua et carcata in terra sua rex ea libenter deliberabit, et si sint hominum ipsius comitis et carcata in terra inimicorum regis, nullam rex ei inde faciet relaxacionem, quia rex non vult quod res et mercandise carcate in terra inimicorum regis sub velamento hominum ipsius comitis defendantur. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod, congnita super hoc veritate, juxta premissam condicionem predicta catalla deliberari vel teneri faciant. Teste rege apud Burdeg', iij. die Septembris.

Scutagium comitis de Insula.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod faciat habere B. comiti de Insula, in quindena Sancti Michaelis scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite, scilicet de scuto iij. marcas pro exercitu regis Pictav' in quo fuit per preceptum regis. Teste rege apud Burdeg', iiij. die Septembris.

Pro H. comite Hereford et Essex'.—Rex venerabili patri W. Eboracensi archiepiscopo, et W. de Cantilupo, salutem. Quia bene recolimus quod commisimus H. comiti Hereford' et Essex', comitatum nostrum Kanc' in forma qua Bertramus de Cryoyl' illum tenuit et idem comes asserit quod idem Bertramus inde percepit per annum xl. libras, vobis mandamus quod per inspeccionem rotulorum nostrorum de Scaccario inquiri faciatis si ita sit; et, si inveneritis quod predictus Bertramus percepit per annum xl. libras sicut predictum est, tunc eidem comiti tantum allocari faciatis singulis annis pro custodia predicta de tempore quo habuit custodiam predictam. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si ita est, tunc ei allocari faciant. Teste ut supra.

1242.

De perdonacione [*pro*] *Simone de Muntuit.*—Rex [concessit *erased*] perdonavit Simoni de Muntuit scutagium feodi dimidii militis quod tenet de Johanne de Abbernun in capite qui est in custodia Johannis de Gatesden' quod quidem feodum est de feodo Johannis de Warenn' filii et heredis W. comitis Warenn'. Mandatum est eidem Johanni de Gatesden' quod scutagium illud ei remittat. Teste rege apud Burd', iiij. die Septembris.

Mandatum est custodi terre Johannis de Warenn' in Sussex' quod [feod' *erased*] de scutagio illo eum quietum esse permittat. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod scutagium illud computari faciant predicto custodi. Teste ut supra.

De mutuo facto domino regi.—Rex majori et probis hominibus de Oleron', salutem. Sciatis quod de abbate Malleacens' accepimus quindecim milia solidorum mutuo usque ad quindena Pasche anno regni nostri xxvij. et de predicta pecunia tunc ei fideliter solvenda litteras nostras fieri fecimus patentes; et ei promisimus quod, si dictam pecuniam ad terminum prenominatum non solvamus, vos eam ei reddetis et inde ei prestabitis securitatem. Et ideo vos rogamus attente quatinus si contingat quod nos ipsam pecuniam prenominato termino non solverimus vos ei securitatem faciatis de pecunia predicta ei reddenda et nos vobis redditus nostros provenientes de insula Oleronis obligabimus donec inde vobis fuerit satisfactum et inde vobis mittimus litteras nostras patentes. Teste rege apud Burd', v. die Septembris.

De quodam promisso recipiendo ad opus domini regis.—Rex preposito de Oleron', salutem. Rogavimus priorem Sancti Gregorii (*sic*) de Oleron' quod id quod nobis promisit vobis habere faciat ad opus nostrum. Et ideo vobis mandamus quod illud ab eo recipiatis et cum idem receperitis ad nos illud mittatis. Teste rege ut supra.

Rogavit dominus rex ipsum priorem quod id preposito de Oleron' habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est preposito Oleron' quod, cum receperint (*sic*) id quod prior Sancti Georgii de Oleron' ei liberaverit ad opus regis, illud regi mittat per Wiganum, servientem suum. Teste ut supra.
[*Cancelled*] *Quia in rotulo Patentium.*

Supra perdonatur tam de rotulo finium quam de rotulo clausarum m. quater xx. et vij. libras vj. solidos et viij. denarios.

De pannis et gingebreto emendis.—Rogavit dominus rex Gailardum Colum quod emi faciat ad opus domini regis apud Montem Pessulanum xx. pannos sericos et quatuor pannos de scarletta et tres curdas de gyngibratto et eos domino regi mittat et de denariis quos ad hoc posuerit dominus rex satisfaciet ei cum ad ipsum venerit. Teste rege apud Burdeg', vij. die Septembris.

De perdonacione pro H. de Vivon'.—Rex perdonavit Hugoni de Vivon' trescentas libras de debitis in quibus regi tenetur; et

1242.

mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter in rotulo Clausarum anni xxvij.*

Hybernia.—Rex concessit Radulfo filio Radulfi filii Nicholai ad instanciam ipsius Radulfi patris sui totum servicium de Uriel et de Mide per quadraginta dies in auxilium firmandi castrum suum de Dulameym'; et mandatum est justiciario Hybernie quod illud ei habere faciat. Teste ut supra.

De respectu.—Rex concessit Ricardo de Burgo quod habeat respectum de omnimodis debitis que regi debet quamdiu fuerit in servicio regis in partibus cismarinis; et mandatum est M. filio Geroldi justiciario Hybernie quod de omnibus debitis predictis respectum illum ei habere permittat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur thesaurario et baronibus de Scaccario Dublin' pro Ricardo de Burgo.

Consimiles litteras habet Stephanus le Arcediacne. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Divis' quod faciat habere Hereberto filio Mathei vj. quercus in foresta de Melkesham et vj. quercus in foresta de Chipenham ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege apud Burd', x. die Septembris.

Hybernia.—G. de Turvill', archidiaconus Dublinensis, assignatus est ad recipiendum aurum regine quod ad eam pertinet de finibus Hybern'; et mandatum est eidem Galfrido quod illud recipiat custodiendum ad opus ipsius regine. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciario Hybernie quod illud ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Coventrensis et Lichfeldensis episcopi.—Rex Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil', salutem. Veniens ad nos frater Andreas, prior de Derlegh', ex parte executorum testamenti H. quondam Coventrensis et Lichfeldensis episcopi, nobis supplicavit quod blada que idem episcopus, dum viveret, seminari fecit in terris predicti episcopatus eis dimitteremus ad testamentum predictum exequendum; et securitatem nobis optulit quod de debitis que idem episcopus nobis debuit, nobis satisfacerent, et insuper nobis promisit ex parte eorundem executorum quinque marcas auri ad feretrum Sancti Edwardi. Quia vero ex parte vestra nichil nobis detulit de eodem negocio ipsum ad vos duximus remittendum discrecioni vestre relinquentes ut inde fieri faciatis quod tam utilitati quam honori nostro videritis expedire. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter in rotulo Patentium.*

De perdonacione pro J. de Burgo.—Rex perdonavit Johanni de Burgo c. libras quas mutuo recepit a rege ad Scaccarium contra transfretacionem regis in Pictaviam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdeg', xij. die Septembris.

1242.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere Rogero de Ros', scissori, octo robora in foresta de Hatfeld' ad focum suum, de dono regis. Teste rege ibidem, xiiij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est eidem Ricardo quod faciat habere eidem Rogero iiij. damas in foresta de Essex', de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione.—Rex perdonavit Th. capellano, cancellario Hereford', x. libras quas regi debet de prestito et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdeg', xv. die Septembris.

Pro Hugone de Cornevill', hostiario regis.—Rex concessit Hugoni [le Porter *erased*] de Cornevill', hostiario suo, id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Nicholai de Sunnigewell' qui fugit pro morte fratris sui quem interfecit, ut dicitur. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod de predicta terra eidem Hugoni plenam seisinam habere faciant; et si quid inde ceperint, id ei reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Henrico filio regis. A.—Rex perdonavit Henrico filio regis scutagium feodorum sex militum que tenet in dotem Eve uxoris sue de honore de Glouc' de com' Devon'. Et mandatum est custodi ejusdem honoris quod predictum Henricum non distringat ad predictum scutagium reddendum; et, si predictum scutagium receperit et illud habeat, illud eidem Henrico vel ballivis suis reddat. Teste rege apud Burdeg', xvj. die Septembris.

De perdonacione pro Roberto Russel'.—Rex justiciariis ad custodiam ad custodiam (*sic*) Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod perdonavimus Roberto Russel' decem libras quas debet Aaron de Eboraco, Judeo, et ei solvisse debuit ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxvj; et ideo vobis mandamus quod de predictis decem libris ipsum quietum esse et eas eidem Judeo in debitis que nobis debet allocari; de usuris eciam que idem Judeus exigit ab eodem Roberto post predictum festum Sancti Johannis Baptiste ipsum Robertum quietum esse et munimenta que idem Judeus habet a predicto Roberto de debito predicto ei reddi faciatis. Teste ut supra.

Pro Henrico filio regis. A.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Henricum filium regis quietum esse faciant de scutagio feodorum sex militum que tenet in dotem Eve uxoris sue de honore Glouc'. Teste ut supra.

De perdonacione pro Rollando de Axsted'.—Rex perdonavit Rollando de Axsted decem marcas quas regi debet pro relevio suo et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Burdegal', xvij. die Septembris.
[*Cancelled*]—*Quia non habuit.*

1242.

[m. 6.] *Hybernia.*—Rex G. de Turvill', thesaurario suo Hybernie, salutem. De bono et laudabili servicio vestro nobis hactenus impenso grates vobis referimus copiosas, rogantes quatinus more solito circa ea que ad nos pertinent exactam adhibeatis diligenciam. Mandamus eciam vobis quod fenestras vitreas capelle castri nostri Dublinii fieri faciatis et opus ceptum de aula nostra perfici. Provideatis eciam quod duo capellani singulis diebus celebrent divina in predicta capella, unus scilicet de Sancto Edwardo et alius de Beata Virgine; et singulis diebus [festivis solempnibus *erased*] Sabatorum fiat solempnitas missarum cum quindecim cereis in eadem capella, et ceteris diebus cum quatuor cereis; in hiis et aliis agendis nostris et in denariis perquirendis ad opus nostrum taliter vos habentes quod fidem et diligenciam vestram digna respicere debeamus remuneracione. Teste rege apud Burdeg', ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est Petro de Wakerinke, custodi manerii de Tanton', quod faciat habere Johanni filio Galfridi octo matrices bremias in vivario de Tanton', de dono regis; et eas liberari faciat nuncio ipsius Johannis ad opus suum. Teste rege apud Burdeg', xix. die Septembris.

Pro Johanne Talebot', de perdonacione.—Rex perdonavit Johanni Talebot' centum et quinquaginta solidos quos debuit Abraham filio Muriell' et Leoni de Milkstret', Judeis Lond', videlicet uni eorum centum solidos et alteri eorum quinquaginta solidos. Et mandatum est justiciariis Judeorum quod ipsum Johannem de predictis centum solidis et quinquaginta solidis simul cum usuris inde provenientibus quietum esse faciant; et eos predictis Judeis in debito quod regi debent allocari et vadia que ipsi Judei penes se habent pro dicto debito et usuris eidem Johanni reddi faciant. Teste ut supra.

Dupplicantur brevia propter periculum viarum.

Pro Margeria de Lacy.—Rex mandavit Waltero de Godarvill quod bene vult quod Margeria de Lacy habeat terciam partem bonorum et catallorum que fuerunt Walteri de Lacy, quondam viri sui, adeo plene sicut et rex duas partes quas rex retinuit in partem solucionis debitorum que idem Walterus regi debuit, et eodem modo et ad eosdem terminos ei inde respondeatur sicut et regi et non aliter: rex eciam vult quod idem Walterus de exitibus ballive sue plenarie respondeat de cetero ad Scaccarium Dublinii: et hoc significatum est justiciario Hybernie ut id fieri faciat. Teste ut supra.

Pro Magistro Ricardo, scissore regine.—Rex concessit Magistro Ricardo, scissori regine, terram illam cum pertinenciis in Barewe et alibi in comitatu Norhampton' quam Magister Galfridus, cocus ejusdem regine, tenuit de dono regis ad vitam suam, ut dicitur, et ad ipsum Magistrum Ricardum sustentandum quamdiu vixerit [nisi forte rex concesserit eidem Galfrido et heredibus suis terram illam in feodo per cartam suam *erased*]: et mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod [inspectis rotulis de cancellaria videri faciant si idem Galfridus cartam regis habuisset de terra illa tenenda in feodo

1242.

et si invenerint quod cartam regis non habuerit tunc *erased*] eidem Magistro Ricardo de predicta terra cum pertinenciis plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Munemuth' quod faciat habere abbati de Bello Loco [sex *erased*] viij. quercus in Nova Foresta ad stalla conversorum ejusdem domus facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Quia volumus et regie majestati convenit quod pax nostra per terram nostram Hybernie firmiter observetur, vobis mandamus, firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus passum de Cumsy inter Fithered' et marchiam de Ossoryey, scilicet in bosco Thome de Sancto Albino ubi melius et utilius ad pacis nostre conservacionem fieri possit preseidi faciatis ita quod mercatoribus et aliis viatoribus per boscum illum transeuntibus transitus pateat securus, in quo, sicut audivimus, hactenus multi sunt fraudulenter in pace nostra transeuntes occisi et alii bonis suis spoliati, taliter vos habentes in hac parte quod pax nostra loco predicto decetero non infringatur. Teste rege apud Burdeg', xix. die Septembris.

De perdonacione pro Petro de Bedinton'.—Rex perdonavit Petro de Bedinton x. libras quas regi debet de prestito ei facto; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De conpoto Johannis de Gatesden' audiendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audiant conpotum Johannis de Gatesden' de tempore quo fuit custos garderobe domine regine. Teste ut supra.

Pro Simone de Norf'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod nisi Simon de Norf' finem fecerit cum Amyot Lumbard et Moss' fratre ejus, Judeis de Notingham, de debito quod eis debet citra Purificacionem Beate Marie anno etc. xxvij°, debitum predictum in respectum poni faciant usque ad adventum regis in Angliam, et interim non currant usure super debito predicto, et si prius cum eisdem Judeis finem fecerit ipsum ad hoc juvent justiciarii predicti ita quod finem terminos habeat racionabiles. Teste rege apud Burd', xx. die Septembris.

Pro Mabilia, nepte Ricardi de Burgo.—Quia Ricardus de Burgo intimavit domino regi quod cum Johannes de Marisco qui duxit in uxorem Mabiliam, neptem ipsius Ricardi, captus fuit et disseisitus de terra sua per preceptum regis, ipsa Mabilia similiter disseisita fuit de villa de Brunry que est maritagium suum pro quo, necessitate ducta, cum pueris suis se transtulit ad quandam domum prefati Ricardi ad cujus expensas ibidem adhuc exhibetur. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod, si ita est, ipsi Ricardo de villa predicta de Brunry cum pertinenciis ad sustentandum predictam Mabiliam et pueros suos plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1242.

HIC RECEPIT JOHANNES MAUNSELL' SIGILLUM REGIS.

De quercubus datis.—Mandatum est Enger' de Preaus quod faciat habere Magistro Ricardo coco sex quercus in foresta de la Bere ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Burdeg', xxiiij. die Septembris.

De vinis datis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario regis London', quod faciat habere fratri Johanni elemosinario de vinis regis de prisa ij^o dolia vini, unum ex parte regis, de dono suo, et aliud ex parte regine. Teste ut supra.

De falconibus regis volandis.—[Rex Herberto filio *erased*] Mandatum est Johanni de Frethorn' quod, cum [W.] de Cantil' ei scire fecerit, exponat ei aucipitres regis; quia mandatum est eidem Willelmo quod eos oportuno tempore volare faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Hauvill'.

Et mandatum est Willelmo de Cantil' quod omnes avos regis, tam gyrofalcones quam aucipitres et falcones ardeareos, tempore oportuno volare faciat.

Pro abbate Westm'.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod seisinam habere faciant abbati Westm' de quadam venella in parochia de Baremannechurche quam rex ei concessit ante recessum regis de Anglia. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod, nisi id fecerint, seisinam illam ei habere faciant. Teste ut supra.

De negociis domini regis in Anglia expediendis.—Mandatum est Bernardo de Sabaud' quod de castro et foresta de Windles' et agendis regis que ei incumbunt curam adhibeat . . . . et capellam de Windles' paveare et depingi optimis coloribus faciat et in summitate Novum Testamentum et Vetus fieri, ita quod . . . . imagines . . . similes sint imaginibus depictis apud Wulveseye, ad quod faciendum perquirat optimum pictorem, et in capella illa pulcherrima sedes regis fieri faciat inter cancellum et navem capelle et capellam regine depingi et lambruscari faciat et inter alias picturas depingi faciat quinque virgines sapientes et quinque fatuas. Teste rege apud Burd', xxv. die Septembris.

Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod ad hoc perficiendum faciant ei habere denarios usque ad summam xl. marcarum: [Teste ut supra *erased*] et mandatum est eis quod thesaurum regis quem ad ipsum contra festum Sancti Michaelis misisse debuerant sub festinacione ad regem venire faciant, sicut alias eis mandatum fuit, et de alia pecunia regi perquirenda et adunanda modis quibus poterint se intromittant. Et de bona gente similiter, videlicet de centum militibus et centum servientibus et de quatuor milibus Walensium quos ad denarios nostros vel alio modo ad melius quod poterint regi perquirant, ita quod tam pecuniam quam gentem illam ad regem mittere possint circa festum Purificacionis Beate Marie quamcito sine periculo poterunt se mari committere, quia dominus rex proposuit partibus transmarinis hyemare; propter quod necesse

1242.

habet quod omni qua poterint sollicitudine de bona gente et pecunia regi sufficienter mittenda sibi provideant. Mandatum est eciam eis quod denarios habere faciant fratri Johanni elemosinario ad elemosinas regis faciendas, et provideant quod operacio feretri Sancti Edwardi non remaneat quia non est aliquis qui sine indignacione regis elemosinas et operacionem possit impedire, et quod emi faciant allec ad elemosinas faciendas de consilio ipsius fratris Johannis quantum emi consuevit aliis annis precedentibus; ad hoc mandatum est ipsis archiepiscopo et Willelmo quod omnes denarios quos salvo ad regem mittere poterunt de Scaccario Sancti Michaelis faciant regi habere ante festum Sancti Martini quoquomodo fieri poterit. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod circa denarios perquirendos diligenter se intromittat, ita quod pecunia illa mitti possit circa predictum terminum, sicut ipsis archiepiscopo et W. de Cantil' mandatum est, et quod idem Willelmus faciat habere fratri Johanni elemosinario denarios ad elemosinas suas perficiendas; alia eciam fieri precepit dominus rex per predictos archiepiscopum et Willelmum; ad que facienda ad mandatum eorum denarios eis liberari faciat et negociis Scaccarii diligenter intendat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros' quod faciat habere Radulfo filio Nicholai vj. damas in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod faciat habere Rogero de Sumery duas bissas vivas in foresta de Kannoc' ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est custodibus archiepiscopatus Cantuar' quod faciant habere Uriano de Sancto Petro iiij. fusta in bosco de Cruenden' ad opus Johannis filii Galfridi, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex concessit Radulfo filio Nicholai quod terras de Linford' et Crawmers quas Galfridus de Marisco tenuit in dotem Alicie uxoris sue et que sunt de feodo Radulfi filii prefati Radulfi et Alicie, uxoris ejus, et eis decendere debent tanquam jus et hereditas ipsius Alicie post mortem prefate Alicie uxoris prefati Galfridi habeat et teneat de rege quamdiu predicte terre de jure esse debeant in manu regis, reddendo inde regi singulis annis ad Scaccarium quantum per annum valeant. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo quod predictas terras extendi faciat et, si predicte terre sint de feodo prefati Radulfi et Alicie, uxoris ejus, et eis decendere debeant ut jus et hereditas ipsius Alicie post mortem prefate Alicie, avie sue, tunc eidem Radulfo seisinam earundem terrarum habere faciat, proviso tamen quod concessio predicta regi non cedat ad dampnum. Teste ut supra.

[m. 7.] *De perdonacione pro H. comite Essex' et Hereford'.*—Rex perdonavit H. de Bohun, comiti Essex' et Hereford', ccc. marcas de debito

1242.

quod regi debet pro Eva de Brahus' vel de debitis suis propriis pro voluntate ipsius comitis: et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum comitem de predictis ccc. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Burd', xxvj. Septembris.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Philippo Wycher ij^as^ quercus cum pertinenciis in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod habere faciat Nicholao [de *erased*] Lupo iiij^or^ quercus cum pertinenciis in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Rogeri Wastehus'.—Mandatum est vicecomiti Kanc' quod non impediat aut impediri permittat executores testamenti Rogeri Wastehus' quominus libere disponere possint de quadam custodia quam habuit de dono regis et de bonis et catallis que fuerunt ipsius Rogeri in balliva sua ad testamentum ipsius Rogeri exequendum. Teste ut supra.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Mandamus vobis quod id quod perdonavimus Johanni filio Galfridi de diversis debitis que nobis debet ad Scaccarium nostrum ei allocari et terminos quos ei concessimus de residuo debitorum predictorum ei teneri faciatis secundum quod alias per litteras nostras vobis dedimus in mandatis; ita quod perdonum illud ei allocetur tam in debitis que nobis debet de arreragiis comitatuum et maneriorum et firmarum quam aliis quibuscumque debitis, et quod terminos predictos habeat similiter de arreragiis firmarum comitatuum et maneriorum et de quibuscumque debitis que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii nostri: et plurimum admiramur quod ita difficiles vos exhibetis in exequendis preceptis nostris vobis factis pro fidelibus nostris nobis laudabiliter obsequentibus. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter proximo inferius.*

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod id quod rex perdonavit Johanni filio Galfridi de diversis debitis que regi debet ad Scaccarium ei allocari faciant tam in arreragiis firmarum quam in aliis quibuscumque debitis pro opcione ipsius Johannis et terminos quos rex ei concessit de residuo debitorum illorum ei habere faciant, sicut per alias litteras regis eis mandatum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere W. Marescallo, comiti Penbrok', viij. damas in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Henrico de Hasting' ij^as^ damas in foresta de Wauberg', de dono regis. Teste rege apud Burd', xxvij. die Septembris.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Kilpek' quod faciat habere Johanni de Turbervill' x. fusta in haia de Hereford' ad cheverones, de dono regis. Teste ut supra.

1242.

De prestito faciendo illis qui sunt cum W. Lungesp'.—Rex Willelmo Lung'sp', salutem. Mittimus vobis centum et quater xx. marcas ad distribuendum inter milites et servientes qui vobiscum sunt in servicio nostro ad solidos nostros, vobis mandantes quod de consilio Hugonis de Vivon' et Nicholai de Mol' pecuniam illam distribuatis inter predictos milites et servientes secundum quod vos et ipsi videritis expedire de prestito super stipendia eorum. Teste ut supra.

De perdonacione pro Petro Chaceporc'.—Rex perdonavit Petro Chaceporc l. marcas quas debet Aaron de Eboraco et xv. marcas quas debet Mosse filio Jacobi Crespin et xiij. marcas quas debet Aaron filio Abraham et v. marcas quas debet Josceo de Oxon' et xx. marcas quas debet Leoni de Eboraco, Judeis: et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant et denarios predictos predictis Judeis in debito quod regi debent allocari et munimenta que iidem Judei habent a Ricardo de Clifford' pro predicto Petro nuncio predicti Petri liberari faciant. Teste ut supra.

HIC ITERATO RECEPIT JOHANNES DE LEXINT' SIGILLUM REGIS.

De denariis liberandis Franco de Brene.—Mandatum est Petro de Abbetot quod xxx. solidos sterlingorum et xxx. solidos Burdegalenses qui penes eum remanserunt de ultima liberacione solidorum quam fecit servientibus regis apud Taunay liberet Franco de Bren' ad faciendum inde quod rex inju[n]xit. Teste rege apud Burdeg', xxviij. die Septembris.

Pro Ricardo de Burgo, de duabus feriis.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod per cartam nostram concessimus Ricardo de Burgo quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Kilfecle singulis annis per octo dies, scilicet in vigilia et in die Sancti Bartholomei et per sex dies sequentes, et quod habeant similiter unam feriam apud manerium suum de de Cummele singulis annis duraturam per octo dies, videlicet in vigilia et in die Sancte Marie Magdalene et per sex dies sequentes que prius ibidem teneri solebat singulis annis in vigilia et in die Omnium Sanctorum et per sex dies sequentes, nisi ferie ille sint ad nocumentum etc. Et ideo vobis mandamus quod predictas ferias per loca ubi videritis expedire clamari et teneri faciatis, sicut predictum est. Teste rege ibidem, xxx. die Septembris.

Pro Roberto de Stopham'.—Rex M. comitisse Warenn', salutem. Mandamus vobis quod de firma terrarum que fuerunt W. quondam comitis Warenn', que sunt in custodia vestra, faciatis habere Roberto de Stoppham' decem libras quas predictus comes ei concessit singulis annis precipiendas in festo Sancti Michaelis quosque ei provideret in decem libratis terre pro rumoribus quos ei detulit de nativitate Eadwardi filii nostri; et nos illas decem libras vobis ad Scaccarium nostrum per breve nostrum de Conputate, quod vobis mittimus, faciemus allocari. Teste rege apud Burd', vj. die Octobris.

1242.

Pro Philippo Haket.—Rex concessit Philippo Haket, vadletto de butelaria sua, ij. denarios in die de elemosina constituta quos Johannes de Sandon', cocus regis, qui mortuus est percipere consuevit per manum vicecomitis Glouc'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos ij. denarios in die decetero eidem Philippo habere faciant, sicut predictus Johannes illos percipere consuevit. Teste rege apud Burd', vij. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod illos ei habere faciat. Teste ut supra.

De denariis et aliis regi mittendis.—Rex Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil', salutem. Mandamus vobis quod sub quanta poteritis festinacione nobis mitti faciatis usque Burdeg' tria milia quarteriorum frumenti et tria milia quarteriorum avene tam de archiepiscopatu Cantuar' quam de episcopatu Winton' secundum quod videritis expedire et secundum quod major copia fuerit in uno loco et in alio de hujusmodi blado. Denarios eciam quotquot poteritis ad opus nostrum perquiratis [et il]los ad nos similiter sub festinacione mittatis. Teste ut supra.

Mandatum eisdem et eciam Karleolensi episcopo quod mittant circa Mediam Quadragesimam anno etc. xxvij. triginta milia marcarum et quod provideant regi de ccc. militibus et d. servientibus in universo cum illis quos prius ad regem mitti mandaverat promptis et paratis equis et armis ad veniendum in servicium regis citra Pascha anno predicto. Teste ut supra. Cum adjectione istius clausule. Nec vos latere volumus quod bene sumus experti postquam egimus in partibus remotis quod refriguit in vobis affectio quam erga nos gerere consuevistis et quod in absencia nostra de nobis cura minor habetur.

Pro rege Navar'.—Dominus rex concedit regi de Navar' conductum transeundi per terram regis in eundo versus partes suas dummodo ad dictum comitisse Byarr' et ad dictum R. comitis Tholos', securitatem regi prestet, quod neque per ipsum regem Navar' neque per aliquos de suis regi aut alicui de potestate regis dampnum aliquod eveniet, nec idem rex Navar' procurabit quod regi aut terre sue dampnum aliquod inferatur ex transitu suo versus partes suas. Teste rege apud Burdeg', viij. die Octobris.

Et mandatum est comiti Tholos' quod super eo consilium et voluntatem suam domino regi significet. Teste ut supra.

Hybernia.—Quia dominus rex habet in proposito moram continuare in partibus transmarinis et plurimum indigeat potenti auxilio bone gentis et pecunia, mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod perquirat de Hybernia centum milites et ducentos servientes equites et mille servientes pedites et ipsos ad regem mittat citra Pascha anno etc. xxvij. bene paratos equis et armis, simul cum tota pecunia quam ad opus regis perquirere poterit. Teste ut supra.

De herede Neschac' de Beusadon'.—Mandatum est Namaneo de Bocch' quod filiam et heredem Neschac' de Besaudon' ad regem ducat

1242.

vel salvo mittat, quia dominus rex plurimum admiratur quod ad primum mandatum regis id non fecit. Teste rege apud Burdeg', ix. die Octobris.

De prioratu Sancti Andree.—Significatum est vicecomiti de Frunzak' quod rex dedit in mandatis A. de Blankeford' quod prioratum Sancti Andree liberet cuidam servienti regis qui prioratum illum de precepto regis liberabit abbati de Silva, cui mandatum est quod prioratum illum ita custodiat quod malum aut dampnum ipsi vicecomiti aut predicto A. aut alicui alii de fidelibus regis per prioratum illum non eveniat. Teste ut supra.

De negociis regis in Anglia expediendis.—Rex Eboracensi archiepiscopo et W. Karleolensi episcopo, et W. de Cantil', salutem. Super laudabili diligencia quam apponitis et apposuistis circa negocia regni expedienda plurimum vos habemus commendatos, vobis significantes quod thesaurum nostrum quem ad nos misistis per abbatem Evesham' et P. Peyvr' recepimus apud Burd' die Dominica in vigilia Sancti Edwardi. Cum autem pecunia nostra nobis transmissa ad debita nostra quibus obligamur non sufficiat acquietanda, vobis mandamus quatinus omnes denarios receptos ad Scaccarium Sancti Michaelis et quos aliunde perquirere poteritis ad primum ventum oportunum nobis mittatis, nichilominus providentes quod denarios quos de Scaccario Sancti Hyllarii recepturi estis et medio tempore, circa festum Purificationis Beate Marie nobis mittere non differatis. Teste rege apud Burd', xiij. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave quod faciat habere priori de Sancto Ivone x. quercus ad maeremium in foresta de Wauberg' ad unam garderobam faciendam in prioratu suo ad pannos et alias res regi emptas in nundinis ibidem responendas. Teste ut supra.

De perdonacione pro N. de Bolevill'.—Rex perdonavit Nicholao de Bolevill' scutagium feodorum x. militum que tenet de heredibus Willelmi de Torenton' qui tenent de rege in capite: et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Nicholaum simul et heredes predictos quietos inde esse faciant. Teste rege ibidem, xiiij. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Devon' quod predicto Nicholao simul et heredibus predictis pacem inde habere permittat; et si quid inde ceperit, id eis reddi faciat. Teste ut supra.

HIC RECEPIT DOMINUS ABBAS DE EVESHAM SIGILLUM DOMINI REGIS.

De denariis et aliis regi mittendis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod quamcito denarii de Scaccario Sancti Michaelis regi fuerint missuri mille bacones et ccc. karcoys' bohum regi mittant simul cum iii^{bus} milibus quarteriorum frumenti et iij^{bus} milibus quarteriorum avene tam de archiepiscopatu Cantuar quam de episcopatu Winton' secundum quod major copia fuerit in uno loco et in alio, sicut alias rex eis injuxit. Teste rege apud Burd', xv. die Octobris.

1242.

De perdonacione pro Matheo de Verny.—Rex perdonavit Matheo de Verni vj. marcas quas debet Josceo filio Florie, Judeo Lond', et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant et eas eidem Judeo in debito quod regi debet allocari et instrumenta que idem Judeus inde habet eidem Matheo restitui faciat.

[m. 8.] *Pro Gilberto de Mubray.*—Rex concessit Gilberto de Mubray illos iij. obolos de elemosina regis constituta quos Robertus le Blund, quondam nuncius noster, percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Glouc'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos iij. obolos eidem Gilberto habere faciant, simul cum arreragiis que restant a tempore obitus predicti Roberti. Teste rege apud Burd', xvj. die Octobris.

Pro Reginaldo Ruffo et Hugone, hostiario regis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod quamdiu Reginaldus Ruffus et Hugo hostiarius regis, quos rex mittit in Angliam pro negociis suis ibidem moram fecerint et in veniendo ad regem expensas eis racionabiliter habere faciant. Teste ut supra.

De perdonacione pro Johanne de Gray.—Rex perdonavit Johanni de Gray quater xx. marcas quas regi debet de prestito ei facto quando transfretavit in Wasconiam; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Et hoc significatum Eboracensi archiepiscopo et W. Karleolensi episcopo, et W. de Cantil', quia ipsi prestitum illud ex parte domini regis ei fecerunt. Teste ut supra.

De perdonacione pro Galfrido de Childwik'.—Rex perdonavit Galfrido de Childwik' lxx. marcas quas debet Aaron filio Abraham, Judeo London'; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant et eas eidem Judeo in debito quod regi debet allocari et [instrumenta] que idem Judeus inde habet eidem Galfrido restitui faciant. Teste ut supra.

Hybernia.—Cum dominus rex [pecunia indigeat plurimum] pro negociis suis expediendis in partibus trans marinis, [mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod totam pecuniam quam perquirere poterit regi mittat quamcito ventum ad hoc habuerit oportunum . . . . taliter ad hoc laboret circa pecuniam ad opus regis perquirendam quod ipsum merito debeat commendare. Teste rege apud Burd', xvj. die Octobris. Per ipsum regem.]

Eodem modo scribitur G. de Turevill'.

De damis datis.—Mandatum est Gilberto de Segrave, justiciario foreste, quod permittat B. comitem de Insula, capere in Nova Foresta xxiiij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

De j. austurco dato.—Mandatum est Johanni de Frethorn quod faciat habere B. comiti Devon', unum de bonis austurcis regis, de dono regis. Teste ut supra per ipsum regem.

1242.

Pro decano et capitulo Linc'.—Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Ad noticiam nostram pervenit quod, cum ante transfretacionem nostram W. Wigorn' episcopo, et conjudicibus suis, a domino papa delegatis ad litem motam inter R. Linc' episcopum, et decanum et capitulum Linc' super quibusdam visitacionibus, procuracionibus et aliis contencionibus decidendam, prohiberemus ne in causa illa procederent in curia Christianitatis eo quod dignitatem regiam et coronam nostram contingebat et sine injuria nostra et juris nostri prejudicio in curia predicta non potuit ventillari, judices ipsi nichilominus in causa illa procedere et dictus episcopus eandem prosequi presumpserunt, propter quod secundum legem et consuetudinem regni nostri fuerunt postea, ut dicitur, attachiati; et ideo vobis mandamus quod secundum quod loquela dicte prohibicionis coram vobis deducta est et secundum legem et consuetudinem regni nostri placitum illud terminetis et quod justum fuerit inde fieri faciatis. Teste ut supra.

Pro comite Arundell'.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod, cum H. comes Arundell', miserit ad regem quinque milites ad servicium quod regi debet pro eo faciendum, scutagium suum de omnibus feodis militum que de rege tenet in capite ei, sicut aliis fidelibus regis qui servicium suum regi fecerunt, habere faciant. Teste rege apud Burd', xvij. die Octobris.

De perdonacione pro Roberto Tregoz.—Dominus rex perdonavit Roberto Tresgoz xx. marcas quas archiepiscopus Eboracensis, episcopus Karleolensis et W. de Cantilupo ei concesserunt de thesauro regis quando fuit in procinctu veniendi ad regem ad partes transmarinas; et mandatum est eis quod litteras regis directas b[aroni]bus de Scaccario de qui[etancia earum irrotulari] faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Cuset.—Mandatum est Drogoni de Barentin' quod, si terram Willelmi Cuset in insula de Gernere, qui fuit in servicio [regis], propter absenciam suam, eo quod credebatur ipsum esse cum rege Franc' in manum regis seisivit, tunc ei eam reddi faciat. Teste ut supra.

De jocalibus emendis.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. Karleolensi episcopo, et W. de Cantil' quod ab aurifabris London' accipiant mutuo ad opus regis quingentas marcatas jocalium, scilicet anulorum et firmaculorum aureorum et zonarum argentearum; et eas regi mittant ad primum passagium circa festum Omnium Sanctorum. Teste ut supra.

Pro Reginaldo Devoniensi.—Rex Eboracensi archiepiscopo, W. Karleolensi episcopo, et W. de Cantil,' salutem. Mandamus vobis quod, non obstante aliqua concessione nostra quam fecimus Willelmo filio Henrici de custodia terre que fuit Roberti filii Alvredi de la Berton qui terram suam, ut dicitur, de nobis tenuit in socagium, et de maritagio Dionisie, filie et heredis ipsius, ita plenam et celerem justiciam exhibeatis Reginaldo Devoniensi de custodia et maritagio predicto, qui in eis jus sibi vendicat, quod si concessio nostra, si sine injuria

1242.

alterius fieri possit, ei non noceat et quod non oporteat ipsum pro defectu vestri ad nos habere recursum. Teste ut supra [*sic*].

Hybernia.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod Mauricio Harang' et Ricardo de Wildemersh' faciat habere vj. marcas de Scaccario Dublin', scilicet utrique eorum xl. solidos quos rex eis debet de arreragiis stipendiorum suorum pro eo quod milites regi duxerunt ab Anglia in Wasconiam. Teste rege apud Burd', xix. die Octobris.

Pro Willelmo Lung'sp'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus Willelmo Lung'spee pro nobis et heredibus nostris quod ipse et heredes sui percipiant singulis annis imperpetuum de comitatu Wilt' xl. marcas in feodo et hereditate, si contingat quod per judicium curie nostre amittat clamium quod ponit in eodem comitatu et in castro Sar' et inde fuerit abjudicatus, videlicet ad Pascha xx. marcas et ad festum Sancti Michaelis xx. marcas: et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari et predictas xl. marcas de exitibus comitatus predicti ad eosdem terminos quousque predictum judicium ei reddatur ei habere faciatis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Munfichet.—Rex concessit Ricardo de Munfichet qui misit in servicium regis duos milites pro se scutagium de feodis militum que de rege tenet in capite, scilicet de scuto iij. marcas. Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod litteras de scutagio singulis vicecomitibus in quorum ballivis terras habet ei habere faciant. Teste ut supra.

De pecunia regi perquirenda.—Rex eisdem, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatinus sicut nos et honorem nostrum diligitis omnem quam poteritis dilige[ntiam] apponatis ad omnem quam poteritis pecuniam ad opus nostrum perquirendam, scilicet de mutuo accipiendo a quocunque et aliunde tam de redditibus finibus quam omnibus aliis adquisitis, et eam sub festinacione qua fieri potest coadunetis et nobis mittatis, ita quod habeamus usque ad summam quinquaginta milium marcarum si quo modo fieri potest ad negocia nostra expedienda, ita quod diligentiam vestram ad hoc apposit[am] merito commendare debeamus. Teste ut supra.

Pro Andr' Peverel.—Rex concessit Andree Peverel qui misit unum militem pro se ad partes transmarinas in servicium regis scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite scilicet, de scuto iij. marcas: et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod litteras regis de scutagio singulis vicecomitibus in quibus feoda predicta sunt, ei habere faciant. Teste rege apud Burd', xx. die Octobris.

Eodem modo scribitur eisdem pro Ricardo de Harecurt qui habuit unum militem etc. ut supra.

Pro Nicholao de Secheford'.—Nicholaus de Secheford' ducendo super equum suum ab uno loco ad alium quandam filiam suum vix

1242.

de etate sex septimanarum contigit quod idem puer per infortunium suffocatus in itinere subito expiravit ; quod cum comperisset, metu ductus ne occasione predicta caperetur, ad ecclesiam confugit et in ea se tenuit quousque regnum regis abjuravit. Et quia domino regi supplicavit quod cum eo misericorditer ageret, mandatum est eisdem quod diligentem de morte predicta fieri faciant inquisitionem et inquisitionem illam regi mittant et breve per quod facta fuerit. Teste ut supra.

Pro Ricardo le Harpur.—Mandatum est Hugoni Giffard' quod retineat Ricardum le Harpur ad solacium puerorum et ei necessaria sua inveniat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Odding'seles.—Rex concessit Willelmo de Odding'seles scutagium feodi unius militis et dimidii in comitatu Warr' et scutagium feodi unius militis et dimidii in comitatibus Hertford' et Essex et scutagium iiij^{e} partis feodi unius militis in comitatu Norf' et scutagium feodi dimidii militis in comitatu Oxon' que tenet de Gerardo de Lindes' et idem Gerardus de nobis in capite. Et mandatum est Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod litteras de quietancia tam ipso Willelmo quam predicto Gerardo habere faciant. Teste ut supra.

[*Cancelled*] *Quia aliter in anno xxvij.*

De Roberto Elye distringendo.—Rex B. de Cryoyl', salutem. Quia datum est nobis intelligi quod Robertus Elye educens quandam navem que vocatur Buzard ad gravandum inimicos nostros et nos de lucris ejus participare debuimus usque ad partem mediam et ipse fere totum lucrum nobis subtraxit, vobis mandamus quatinus omnia catalla ipsius Roberti arestari faciatis, quousque medietatem lucri predicti nobis reddiderit. Teste ut supra.

De perdonacione pro Petro Braunch'.—Rex perdonavit Petro Braunch' viij. marcas quas debet Aaron de Colecestr', Judeo; et mandatum est justiciariis ad [cust]odiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant et eas eidem Judeo in debito quod regi debet allocari et instrumenta que idem Judeus inde habet eidem Petro restitui faciatis. Teste rege apud Silvam, xxij. die Octobris.

Rex perdonavit eidem Petro [x] libras quas Eboracensis archiepiscopus et Karleolensis episcopus et W. de Cantil' ei concesserunt de prestito quando fuit in procinctu itineris veniendi ad regem ad partes transmarinas ; et mandatum est eisdem quod litteras regis de quietancia baronibus de Scaccario directas earum habere faciant. Teste ut supra.

[*De*] *pignore comitisse Byern' dando.*—Mandatum est Johanni Maunsel et Rogero de Ros' quod per visum Johannis Silvestr' liberari faciant comitisse Biern' de capis, casulis et aliis ornamentis capelle regis, retentis duabus capis preciosioribus quas per eundem regi mittant ; et quod liberent eidem comitisse de pannis regis de H. na si necesse fuerit, ita quod de predictis ornamentis et pannis sufficiens pignus habeat pro [trescentis vel quadringentis, *erased*] quingentis

1242.

marcis quas [ei debemus, *erased*] rex ei debet. Mandatum est eciam ei s[i]dem quod ipsi rogent eandem comitissam quod ea que receperit deponi faciat Burd' ut rex ea acquietare possit quando voluerit. Teste rege apud Silvam, xxiiij. die Octobris.

Mandatum est eciam eidem comitisse quod ea que receperit deponi faciat Burd' in aliquo loco tuto ut rex ea acquietare possit quando voluerit. Teste ut supra.

De allece regi mittendo.—Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et Karleolensi episcopo et W. de Cantil' quod in prima navi que ventura est ad regem regi mitta[n]t xv. lesta boni allecis. Teste ut supra.

De perdonacione pro Johanne de Grey.—Rex perdonavit Johanni de Grey usque ad summam xv. librarum de arreragiis compoti sui [si tantam regi debeat ad Scaccarium, *erased*] de tempore quo fuit vicecomes Bed' et Buk'; et mandatum est barronibus de Scaccario quod ipsum inde [si tantam debeat, *erased*] quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Mares.—Rex concessit Johanni de Mares quod de xxxvij. marcis quas reddere debuit Aaron filio Abraham in festo Omnium Sanctorum anno etc. xxvij. et de x. libris quas tenetur reddere Abraham filio predicti Aaron ad Pascha anno eodem habeat respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno eodem, ita quod [totum debitum, *erased*] de toto debito reddat predictis Judeis ad idem festum Sancti Michaelis xxvj. marcas et ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxvij. xxvj. marcas. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum [illos, *erased*] illum et terminos illos ei habere faciant. Teste ut supra.

[*De*] *duabus galeis exkippandis.*—Mandatum est J. Maunsel quod ij^{as} galeas regis apud Burd' exkippari faciat bonis marinellis, videlicet unam earum l. marinellis et alteram xl. et utramque muniri x. balistariis peditibus, et singulis predictorum marinellorum et balistariorum faciat habere liberaciones suas a die Lune in vigilia Apostolorum Simonis et Jude usque in crastinum Sancti Martini anno etc. xxvij., videlicet singulis eorum iij. denarios in die; et quod faciat habere E . . . Bau . . singulis diebus per pred . . . et Eudoni de Shelfhangr', clerico, xij. denarios in die et Alano Burnel xij. denarios in die . . . inimicos regis gravandos. Teste [u]t supra.

[m. 1*d*.] Rex dilecto et fideli suo Selebruno de Lessparr', salutem. Mandamus vobis rogantes attencius quatinus sicut nos et honorem nostrum pariter et vestrum diligitis non omittatis quin sitis ad nos apud Pontem die Jovis proxima post diem Pentecostes, te quinto militum, ita sufficienter parati equis et armis quod de aventu vestro imperpetuum vobis grates scire debeamus. Teste rege apud Pontem, xxv. die Maii.

1242.

Consimiles litteras habent omnes subscripti:—

Poncius de Castillon - - - - -	se v°
Amaneus de Noilla - - - - -	se v°
Bertramus de Pozenzak - - - - -	se iij°
Willelmus Sigin de Ryuns - - - -	se v°
Neresandus de Coumun - - - - -	se v°
Gaston' de Byarn' - - - - - -	se l°
Willelmus Ferion' - - - - - -	se v°
Arnaldus Willelmi de Mersan - - - -	se v°
Vicecomes de Syule - - - - -	se v°
Elyas de Bleynak' - - - - - -	se iij°
Petrus de Gaverad - - - - -	se iij°
Bernard' de Bevill' de Sumenzac - - -	se v°
Elyas Rydel senior - - - - -	se x°
Elyas Rydel junior - - - - -	se v°
Reymundus Willelmi de Simillac - - -	se iij°
Willelmus Bernardi de Ornum - - -	se altero
Bernardus frater ejus - - - - -	se altero
Galfridus de Mauritannia - - - -	se x°
Ricardus Rygaud de Mauritannia - - -	se iij°
Petrus Reymund' de Chaleis - - - -	se v°
Audoenus de Berbezi - - - - -	se v°
Willelmus de Monte Leun - - - -	se v°
Poncius de Mirebel - - - - -	se x°
Gerardus de Blavia - - - - -	se v°
Amauvinus de Bareys - - - - -	se iij°
Bernardus de Scuzan - - - - -	se iij°
Arnaldus de Maremaund' - - - -	se iij°
Hugo de Ruvinon - - - - - -	se iij°
Nermannus de Monte Pesat - - - -	se altero
Hecelinus Andronis de Burgo - - -	se v°
Bertramus de Cheyllak - - - - -	se iij°
Elyas de Cheyllac - - - - - -	se altero
Willelmus de Sancto Quintino - - -	se iij°
Petrus Ernaldi de Sauz - - - - -	se iij°
Reymundus Gumbaud de Vayres - - -	se iij°
Petrus de Arzac - - - - - -	se altero
Poncius de Chauntemerle - - - -	se altero
Arnaldus de Moteluin - - - - -	se iij°
Emericus de Castillon - - - - -	se iij°
B. comes de Bygor - - - - -	se xxv°
Not de Casabon - - - - - -	se iij°
B. comes de Erminak - - - - -	se xx°
Johannes de Sunevill' - - - - -	se v°
Iterus de Berbezill' - - - - - -	—
Willelmus de Aspremund - - - -	se iij°
Johannes de Burgo - - - - -	se iij°
Gailardus de Mota - - - - -	se altero
Bernardus Gaveret de Boevill' - - -	se vij°
Willelmus Reimund' le Tort - - - -	se vij°
Willelmus Reimund' le Orc - - - -	se iij°
Arnaldus de Mersan - - - - -	se v°

1242.

Reymundus Garsye de Nouailles - - -	se x°
Vicecomes de Tartas - - - - -	se xx°
Vicecomes de Orto - - - - - - -	se v°
Fucard Furmentin - - - - - -	se iij°
Elyas Gumbaud de Coynak' - - - -	se vij°
Gailard' de Burdeg' - - - - -	se iij°
Petrus de Burdeg' - - - - - -	se v°
Arnaldus de [Gyraud, *erased*] Gyrund' - -	se iij°
Galfridus de Taunay - - - - -	se x°
Reimundus de Monte Alto - - - -	se v°
Willelmus Amauvin de Burgo - - - -	se iij°
Willelmus de Monte Rovelli - - - -	se iij°
Arnaldus de Boevill' de Duraz - - -	se v°
Elyas de Talemund - - - - -	se iij°
Willelmus de Rupe - - - - -	se v°
Sycardus de Muntgwyun- - - - -	se iij°
Willelmus Eudra de la Ramad' - - -	se iij°
Galfridus Rydel junior - - - - -	se v°
Vicecomes de Frunzac - - - - -	se xx°
Vicecomes de Castillon - - - - -	se v°
Amaneus de le Bret - - - - -	se xxx°
Gaston de Guntaud - - - - -	se v°
Petrus de Monte Pesat - - - - -	se altero
Gailardus de la Roche - - - - -	se altero
Galbertus de Mairak - - - - -	se altero
Nermannus de Maugesir - - - -	se iij°
Vicecomes de Maremne - - - - -	se iij°
Ernaldus Willelmi de Egremund - - -	se v°
Reimundus Furt - - - - - -	se iij°
Petrus de Rocher - - - - - -	se altero
Gailardus de Roke - - - - -	se iij°
Willelmus Segur - - - - - -	solus.
Johannes de Cambra - - - - -	se iij°
Ebulus de Podio Willelmi - - - -	se iij°
Bertramus de Podio Willelmi - - -	se iij°
Galfridus de la Launde - - - - -	se iij°

Rex majori et commune Burdeg', salutem. Mandamus vobis rogantes attencius quatinus, sicut nos et honorem nostrum pariter et vestrum diligitis, non omittatis quin sitis apud Roianum die Jovis proxima post diem Pentecostes ita sufficienter parati equis et armis ire in servicium nostrum, quod imperpetuum grates vobis scire debeamus. Teste.

Eodem modo scribitur majori et commune Baionie et de Sancto Milione et consilio et probis hominibus de Regula, de Langun et de Sancto Makario et probis hominibus civitatis Vasatensis.

Mandatum est Harengratto, balistario regis, quod omnes balistarios quos necessarios ad servicium regis perquirere poterit perquirat et una cum ipsis bene munitis quamcicius poterit ad regem veniat. Ita quod pro servicio suo; rex eos bene respicere debeat. Teste rege apud Pontem, xxxj. die Maii.

1242.

Mandatum est similiter senescallo Wasconie quod omnes balistarios quos perquirere poterit regi mittat. Teste ut supra.

Mandatum est militibus subscriptis quod statim, visis litteris, veniant ad regem parati equis et armis ire in servicium regis videlicet videlicet (*sic*) :—

Galfrido de la Launde - - -	se iiij° militum
Elye de Campania - - - -	se altero
Petro Viger de Aubertere - - -	se v°
Armando de Maugesyr - - -	se iij°
Ranulfo Viger - - - - -	se iiij°
Ricardo Rigaud - - - -	se iiij°
Archemendro de Burgo - - -	se v°
Willelmo Amauvyn - - - -	se iij°
Fulconi Salomonis de Moreton' -	se altero
Galfrido Viger de Fay - - -	se iiij°

Rex Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantilupo, salutem. Veniens ad nos Brumannus filius Eadithe usque Pontem conquerendo nobis monstravit quod, cum jam biennio elapso impetrasset a nobis iiij^or milites ad quandam assisam nove disseisine capiendam in comitatu Dorset' versus Oliverum Stake, Willelmum de Bromden' et quosdam alios de tenemento in Kingeswik, assisa illa nichilominus hucusque remansit capienda per dilaciones et subterfugia que predictus Oliverus procuravit in curia nostra sibi concedi. Nolentes igitur quod justicia communis eidem Brunmanno ulterius denegetur ob favorem ipsius Oliveri, vobis mandamus quod secundum legem et consuetudinem regni nostri super assisa predicta capienda coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu predicto vel coram aliquo de justiciariis nostris de Banco per partes illas transitum faciente vel coram vobis si per partes illas transitum feceritis celerem ei justiciam faciatis exhiberi. Dum tamen contra priorem Sancti Switini Winton' in capcione illius assise maturanda nulla ei fiat alia gratia specialis. Teste rege apud Pontem, iiij. die Maii.

[m. 2*d*.] Rex Vitali Engayne, salutem. Cum faciente injuria regis Franc' treugam ei observare non debeamus et sic guerram ei movere nos oporteat, quod quidem in transfretacione nostra non credebamus accidisse et minus sufficienter muniti simus bona gente et potissime gente regni nostri Anglie de qua specialius confidimus ad ipsum impugnandum, vobis mandamus quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, sub quanta poteritis festinacione ad nos veniatis ita parati equis et armis quod per auxilium vestrum et aliorum fidelium nostrorum quibus idem mandavimus ad presens honorem recuperasse gaudeamus et ad perpetuas inde vobis teneamur graciarum actiones, scituri quod, nisi per vos et alios fideles nostros nobis fuerit potenter subventum, obprobrium incurrere timemus imperpetuum et jacturam, quod absit, irreparabile. Teste rege apud Xancton', xv. die Junii.

1212.

Consimiliter scribitur omnibus militibus subscriptis :—
Ricardo de Grey.
Johanni de Grey.
Willelmo de Cantilupo, juniori.
Willelmo Bardolf.
Petro de Munford'.
Willelmo Maudut.
Alano la Zuche.
Willelmo la Zuche.
Roberto Tregoz.
Petro Braunche.
Arnaldo de Munteny.
Arnaldo de Bosco.
Thome Gresley.
Roberto de Eyville.
Thome de Berkeley, quod mittat filium suum pro se, se tercio, et finis quem fecit cum domino rege relaxabitur ei.
Gilberto de Saunford'.
Johanni Mautravers.
Ricardo Munfichet.
Herberto filio Petri.
Ricardo Maudut.
Radulfo de Mortuo Mari.
Willelmo de Albiniaco.
Johanni de Nevill'.
Matheo de Luveyn'.
Philippo Basset.
Vitali Engayne.
Thome filio Willelmi.
Willelmo de Lancastr', et relaxabitur finis.
Roberto de Quency.
Henrico de Baylloyl.
Rogero de Merlay.
Johanni de Baiocis.
Egidio de Argentein.
Willelmo de Percy.
Andree Luterel, et relaxabitur finis.
Radulfo Russel.
Roberto de Pun del Arche.
Johanni de Balun.
Reginaldo de Valle Torta.
Johanni de Manesbrug'.
Radulfo de Cheindut.
Andree Peverel.
Petro de Maune.
David Cumyn.
Radulfo Basset.
Comiti Arundell'.
Philippo Basset.
Thome de Pavely.
Thurstano Dispenser.
Philippo de Columbar'.

1242.

Memorandum quod die Sabati proxima ante Nativitatem Sancti Johannis Baptiste erat abbas de Warda Dei expeditus apud Xancton'; qui eodem die iter suum arripuit eundo in nuncium regis usque reges Aragund' et de Castell' et usque comitem Tholos'. Teste.

Rex Engelardo de Cygony, salutem. Mandamus vobis quod non impediatis aut impediri permittatis Galfridum de Baton', cocum nostrum, quin de terris quas ei per cartam nostram concessimus in manerio de Odiham comodum suum facere possit sine vasto et quod terras illas meliorare possit sine alterius injuria, tam imfra (*sic*) clausum nostrum quam alibi, ut de pratis et aliis ad terras illas spectantibus. Et, si de hiis que ad ipsum pertinent de jure in eodem manerio fuerit injuriatum, id ei faciatis secundum justiciam emendari. Teste rege apud Xancton', vj. die Julii.

[m. 3*d*.] Mandatum est probis hominibus de Maressin quod mittant domino regi centum balistarios ad veniendum in servicium suum. Teste rege apud Xancton', vj. die Julii.

Eodem modo scribitur probis hominibus de Gosse.

Mandatum est Eboracensi archiepiscopo et W. de Cantil' quod, si viderint quod rex Franc' et sui gravari possent per magnam galiam regis de Bristoll' et per galiam minorem de eadem villa quam Johannes cum Barba ducit in costeris Normannie, Britannie et Bolon', tunc predictas galias exkippari faciant ad partes illas, modis quibus poterunt, gravandas. Teste rege apud Xancton', vij. die Julii.

Mandatum est justiciario Hybernie quod omnes galyas regis exkippari et bona gente muniri faciat et eas mittat usque costeras Pictavie, Normannie, Britannie et Bolon' ad regem Franc' et alios inimicos regis gravandos. Teste ut supra.

Mandatum est eciam majori et probis hominibus Dublun' quod omnes galias et naves suas mittant ad partes predictas etc., sicut predictum est.

Eodem modo scribitur probis hominibus de Waterford' de navibus suis ad partes predictas mittendis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni Maunsel quod Petro Alardi, militi, quem rex retinuit in servicium suum, faciat habere stipendia sua sicut alii de militibus regis. Teste ut supra.

Mandatum est majori et juratis commune Burdeg' quod regi mittant ccc. balistarios et omnes bonas balistas communitatis sue, et eciam quod omnes galias suas mittant usque pontem de Taunay ad pontem illum muniendum.

Rex B. regine Castel', salutem. Cum pro octo equis emendis ad opus nostrum mittamus Bernardum Willelmi de Baneres ad partes vestras, amiciam vestram rogamus attencius quatinus eidem Bernardo equos predictos ducenti per potestatem vestram salvum et securum conductum vestrum concedere velitis. Teste rege apud Xancton', xij. die Julii.

Consimiles litteras habet Johannes Elye directas regi de Castell', quem rex mittit ad partes illas pro quatuor equis emendis.

1242.

Rex Galfrido de la Launde, salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, sub quanta poteritis festinacione ad nos veniatis usque Pontem, ita parati equis et armis quod de adventu vestro imperpetuum grates vobis scire debeamus. Teste rege apud Xancton,' xxj. die Julii.

Eodem modo scribitur Sicardo de Monte Gwidonis et Willelmo de Monte Leonis.

Mandatum est justiciario Hybernie quod non implacitet nec implacitari permittat Willelmum de la Lund' de terris suis quas habet in Hybernia, quamdiu fuerit in servicio regis in partibus Wasconie. Teste rege apud Burd', xj. die Septembris.

[m. 5*d*.] Mandatum est Arnaldo de Blankeford' quod nullum dampnum inferat aut a suis inferri permittat vicecomiti de Frunzak vel matri sue vel eciam militibus de terra predicti vicecomitis, quia dominus rex vult ipsos vicecomitem et matrem suam et milites de terra ipsius vicecomitis sub protectione sua tueri. [Mandatum est eidem Arnaldo quod hac instanti die Jovis veniat usque Burdeg' ad loquendum cum domino rege, *erased*.] Teste rege apud Burd', xv. die Septembris.

Mandatum est Gyrardo de Bleyve quod expectet apud Blaviam quosdam milites quos rex ibidem mittet; et idem Gyrardus una cum ipsis militibus eat usque Brigerak ad Willelmum Lungespeye et socios suos. Teste ut supra.

Domino imperatori rex salutem et prosperos semper ad vota successus. Cupientes serenitatem vestram super hiis que penes nos aguntur et de processu eventuum vestrorum effici certiorem, vobis intimamus quod cum sub fiducia quarundam pactionum et confederacionum initarum inter nos et H. comitem March' et Engolismi et I. regine Anglie, uxoris sue, matris nostre, de eorum mandato et consilio et quorundam aliorum nobilium de Pictavia quos in fidelitate nostra stabiles esse credebamus cum paucis de gente nostra Angl' venissemus in Pictaviam et commorantes aliquamdiu apud Pontem tractatum haberemus cum predicto comite March' et aliis nobis tunc assistentibus qualiter contra regem Franc' qui contra treugam inter nos initam intercepciones non modicas, tam nobis quam quibusdam imprisiis nostris, fecerat per se et imprisios suos procedere debeamus, tandem de eorum consilio semel et iterum rogari fecimus prefatum regem per nuncios nostros solempnes quos ad eum destinavimus ut intercepciones illas faceret emendari: licet autem idem rex nunciis nostris satis curialiter responderet quod libenter nobis et nostris faceret emendari quiquid (*sic*) per se et suos nobis et nostris fuit interceptum, dum idem sibi et suis faceremus, et ad duos vel tres dies datos ad hoc mitteremus de fidelibus nostris pro emendis faciendis et recipiendis de intercepcionibus predictis, nuncii ejusdem regis Franc' ad unum diem convenientes et cum nostris diu tractantes infecto negocio recesserunt. Ad alium quidem diem certo loco ad hoc dato nostris illuc venientibus et paratis facere quod jus dictaret, non comparuerunt, unde postea visum fuit nobis et consilio nostro quod deinde treugam eidem regi servare non tenebamur, ex quo per eum stetit quominus fuerat de intercepcionibus illis hinc inde

1242.

satisfactum et idem postea dicto regi intimavimus et sic per ipsius defectum, treuga deficiente, de consilio omnium fidelium nostrorum incepimus ei guerram movere, et certi sumus quod in expedicione nostra prospere nobis contigisset, cooperante gracia divina, si dictus comes March' et alii imprisii nostri de Pictavia fideliter nos juvassent et nobis firmiter adhesissent, set res est versa in contrarium, sicut ex subsequentibus liquebit manifeste. Procedentes igitur de Ponte usque Xanctoniam, ubi moram fecimus per aliquot dies, postea venimus usque Taunay super Charente, ubi nostri ingressum habuerunt ad ipsum regem gravandum, qui castra predicti comitis et suorum obsedit et pro voluntate sua occupavit, nec mirum eo quod comes ipse castra illa et alia dereliquit destituta bona gente et alia garnisione non munita. Nobis quidem commorantibus in castris apud Taunay tractatum fuit inter nos et Galfridum de Rauncon', dominum de Taylleburg', quod ad servicium et fidem nostram redire debuit et sub spe tali treugam ei concessimus quod ipsum non gravaremus, verumptamen cum toto exercitu nostro coram villa de Tailleburg' venimus et in pratis ibidem tentoria nostra fiximus et potuimus tunc vel villam illam cum castro, si fluvium de Charente transissemus apud Taunay, cepisse, vel commorantes coram Taylleburg' pontem ejusdem ville confregisse, ita quod non haberet rex Franc' qui fuit ex altera parte fluvii transitus versus nos, nisi ad dolosam machinacionem predicti comitis March' et Reginaldi de Ponte dicto Galfrido de Rauncon' detulissemus. Confidentes igitur quod idem G. ad fidem nostram rediret, sicut inde nobis spem dederat, reversi sumus usque Xancton' set dum ibidem moram faceremus, tanquam infidelis et promissionis sue inmemor contra nos dicto regi Franc' firmiter adhesit. Nos tamen cum audierimus ipsum regem ex altera parte dicti fluvii versus Taylleburg' apropi[nqu]are illuc accessimus ut transitum fluvii ei precluderemus. Quod quidem cum facere non possemus, eo quod paucos de gente nostra Angl' bellatores nobiscum adduximus et propter potenciam ipsius regis quam viribus nostris vidimus longe majorem, de consilio omnium fidelium nostrorum inde recessimus usque Xancton'. Die vero Sancte Marie Magdalene postquam idem rex pontem de Taylleburg' transierat gens ipsius, credens villam Xancton' ubi fueramus, dum nostri essent in mensa vel dormientes, occupasse, illuc in manu forti cum multitudine impetuosa advenit set nostri, benedictus Deus, licet improvisi et incauti genti predicte obviam exierunt et in facie eis viriliter restiterunt, congressique gravem et fortissimum inter se conflictum habuerunt, in quo plures de excercitu regis Franc' interfecti sunt, plures vulnerati et plures detenti, de nostris similiter aliquibus captis et aliquibus vulneratis, et tandem cum sentiret gens nobis adversa quod contra nos prevalere non posset, ad tentoria sua tanquam confusi sunt reversi. Nos quidem adhuc in crastino commorantes apud Xancton' de consilio nostro inde recessimus versus Pontem, comite March' villam et castrum Xancton' sine gente et alia municione omnino deserente, ita quod rex Franc' post recessum nostrum ea tanquam derelicta et indefensa statim est ingressus. Cumque vidissemus nos apud Pontem minus tute commorari propter accessum ipsius regis, iter arripuimus versus Berbizillum, in villa de Ponte bonam et sufficientem dimittentes municionem, set

1242.

incontinenti et statim ex quo villam exivimus Reginaldus de Ponte, Vale, nobis dicens, et dato nobis osculo Jude, fraudem quam cogitaverat opere manifestavit, et comes March' similiter regi Franc' adherens, ita quod nisi sedicionem eorum et maliciam excogitatam caucius declinassemus tota nocte et toto die itinerando cum excercitu nostro versus Blaviam in manus dicti regis, sicut in animo nequissime ceperant, nos et omnes nostros tradidissent tanquam fame sue prodigi et fidelitatis sue et pactionum inter nos initarum contemptores. Nos igitur, cum sine periculo persone nostre et omnium nobiscum existentium inter gentem illam Pictavie perfidam et inverecundam moram ulterius facere non possemus, ad partes Wasconie nos transtulimus, in quibus cum dilecto consanguineo nostro R. comite Tholos', march' Provinc', qui ad nos personaliter accessit, tractatum habuimus de status nostri reformacione et de consilio agendis nostris apponendo, verum postquam aquam Gyrunde transivimus, dimissa bona municione apud Blaviam, moram fecimus ex opposito ejusdem ville, quia idem rex Franc' venerat cum excercitu suo pro villa illa obsidenda, set, cum duobus miliariis a villa ipsa fere per quindecim dies moram faceret in castris, non ausus est propius accedere, licet sui interim cum municione nostra fortes habuissent conflictus, et sic demum reversus est idem rex ad partes suas. Super hiis autem imperialem magnificenciam duximus certificandam, rogantes attencius quatinus si quid aliud in fame nostre lesionem de processu nostro ex alicujus emuli nostri figmento auribus vestris insonuerit, illud pro frivolo ac veritati contrario reputare velitis. Ad hec serenitati vestre cupimus innotescere quod in partibus Burgund' plures benivolos et amicos potentes habere possemus, qui viriliter in necessitate nostra nos juvarent, si comitatus Burgund' in manu alterius quam ducis Burgund' extitisset, de quo, si placet, utilitati nostre quam honoris vestri reputare potestis incrementum prospicere velitis. Teste rege apud Burdeg', xix. die Septembris.

[m. 7*d.*] Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Mandamus vobis quod, si loquela que summonita fuit coram vobis inter nos, petentes, et priorem de Preterwell', deforciantem, de advocacione ecclesie de Kanewedon' remansit occasione mortis Eudonis, fratris nostri, quem assignavimus ad loquelam illam prosequendam loco nostro vel aliqua alia occasione, tunc loquelam illam coram vobis resummoneri faciatis, ita quod sit in eodem statu in quo fuit quando remansit qualicumque occasione [predicta *erased*] et sive loquela illa remansit sive non, Egidium de Cancello et Willelmum de Marteny vel alterum eorum, si ambo interesse non possint, admittatis loco nostro ad loquelam illam coram vobis prosequendam. Teste.

[m. 8*d.*] *Pro Alano la Zuche.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non distringant aut distringi permittant Alanum la Zuch' pro aliquo debito quod regi debeat, quamdiu fuerit in servicio regis in partibus transmarinis. Teste etc.

Littere directe in Angliam pro rege.—Rex Eboracensi archiepiscopo, salutem. Licet recenter per fratrem Hamonem, conversum de Bello Loco, et postea per servientes nostros Hugonem le Porter et Reginaldum le Rus vobis significaverimus statum nostrum et defectum

1242.

pecunie quem habemus in partibus transmarinis, et ex mandatis nostris precedentibus de voluntate nostra vobis constare debeat, quia vero desideranti nichil satis festinatur, dilectum nobis fratrem Walterum le Butiler, elemosinarium nostrum, ad vos adhuc duximus transmittendum ut ex frequencia nunciorum necessitatis nostre magnitudinem attendatis, vobis mandantes quatinus totam pecuniam quam promptam habetis sub omni festinacione ad nos mittatis et eam quam perquirere poteritis ad nos successive venire faciatis et maxime id quod ad Scaccarium nostrum venerit ad terminum Sancti Hyllarii, quia nichil aliud nobis obstare credimus quin honorem de hereditate nostra recuperemus nisi defectum pecunie; vos igitur una cum aliis fidelibus nostris, collegis vestris custodie regni nostri deputatis, ea sollicitudine intendatis pecunie ad opus nostram perquirende et ad nos, quociens fieri poterit, mittende quod vobis imputare non debeamus, si pro defectu pecunie de expedicione nostra comodum non reportemus et honorem. Teste rege apud Silvam, xxv. die Octobris.

Eodem modo scribitur Willelmo de Cantil'.

Eodem modo scribitur Karleolensi episcopo, cum hac clausa; Nec vos latere volumus quod vobis specialiter inputabimus et quantumcumque personam vestram dilexerimus gravius erga vos movebimur quam erga aliquem alium, nisi super pecunia nobis uberius mittenda juxta mandatum nostrum nobis fuerit satisfactum. Teste ut supra.

Pro Gwidone de Rocheford'.—Mandatum est R. de Solar', senescallo Wasconie, quod, de cc. marcis quas dominus rex ei mandavit mutuo accipere ad opus regis super vadia regis argentea que ei liberabit Johannes Maunsel, habere faciat Gwidoni de Rocheford' l. marcas quas rex ad presens ei dat. Teste ut supra.

Pro J. de Lessint'.—Rex vicecomiti Ebor' salutem. Precipimus tibi quod per probos et legales homines de visneto de Roderham, per [quos] rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiri facias quantum terre Matillis que fuit uxor Galfridi de Sausemar' teneat in dotem in Roderham de dono primi viri sui et quantum terra illa valeat per annum, et si terra illa post mortem predicte Matillidis debeat esse escaeta nostra tanquam terra Normannorum eo quod primus vir ejusdem Matillidis qui terram illam tenuit et de cujus dono dotata est Normannus fuit, ut dicitur. Et inquisitionem inde factam sub sigillo tuo regi etc. Teste ut supra.

De perdonacione pro Philippo Basset.—Rex perdonavit Philippo Basset lx. marcas quas Eboracensis archiepiscopus, Karleolensis archiepiscopus et W. de Cantil' ei concesserunt de prestito quando fuit in procinctu itineris veniendi ad regem ad partes transmarinas. Et mandatum est eisdem quod litteras regis de quietancia baronibus de Scaccario directas ei inde habere faciant. Teste rege apud Silvam, xxvj. die Octobris.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum habere permittant Herberto filio Mathei de debitis que regi debet et que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, quamdiu fuerit in servicio regis in partibus transmarinis. Teste ut supra.

GENERAL INDEX.

GENERAL INDEX.

Names of Irish places appear under the heading IRELAND, of Jews under the heading JEWS.

A

B

C

D

E

F

H

I

L

M

N

P

Q

R

S

T

U

W

CATALOGUE

(Revised to 1st March, 1911)

OF

ENGLISH, SCOTTISH, AND IRISH RECORD PUBLICATIONS,

REPORTS OF THE HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION,

AND

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPERS OF THE PUBLIC RECORDS, ENGLAND AND IRELAND,

Printed for

HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,

And to be purchased,

Either directly or through any Bookseller, from

WYMAN AND SONS, LTD., FETTER LANE, E.C.,
and 32, ABINGDON STREET, WESTMINSTER, S.W.; or

OLIVER AND BOYD, TWEEDDALE COURT, EDINBURGH; or

E. PONSONBY, LTD., 116, GRAFTON STREET, DUBLIN.

CONTENTS.

CALENDARS OF STATE PAPERS, &c.

[IMPERIAL 8vo., cloth. *Price* 15*s.* each Volume or Part, except where otherwise stated.]

Subsequent to recommendations of Committees of the House of Commons in 1800 and 1836, the Master of the Rolls, in 1865, stated to the Lords of the Treasury that although "the Records, State Papers, "and Documents in his charge constitute the most complete and "perfect series of their kind in the civilized world, and although "they are of the greatest value in a historical and constitutional point "of view, yet they are comparatively useless to the public from the "want of proper Calendars and Indexes." Whereupon their Lordships assented to the necessity of having Calendars prepared, and empowered the Master of the Rolls to take such steps as might be necessary for this purpose.

The following Works have been already published in this Series:—

CALENDARIUM GENEALOGICUM; for the reigns of Henry III. and Edward I. *Edited by* C. ROBERTS. 2 Vols. 1865.

SYLLABUS, IN ENGLISH OF RYMER'S FŒDERA. *By* Sir T. D. HARDY, D.C.L. 1869-1885. Vol. I.—1066-1377. (*Out of Print.*) Vol. II.—1377-1654. Vol. III., Appendix and Index.

DESCRIPTIVE CATALOGUE OF ANCIENT DEEDS, preserved in the Public Record Office. 1890-1906. Vols. I., II., III., IV. and V.

CALENDAR OF THE PATENT ROLLS. 1891-1911.

HENRY III.
- Vol. I. (*Latin text*).—1216-1225.
- Vol. II. (*Latin text*).—1225-1232
- Vol. III.—1232-1247.
- Vol. IV.—1247-1258.
- Vol. V.—1258-1266.

EDWARD I.
- Vol. I.—1272-1281.
- Vol. II.—1281-1292.
- Vol. III.—1292-1301
- Vol. IV.—1301-1307.

EDWARD II
- Vol. I.—1307-1313.
- Vol. II.—1313-1317.
- Vol. III.—1317-1321.
- Vol. IV.—1321-1324.
- Vol. V.—1324-1327.

EDWARD III.
- Vol. I.—1327-1330.
- Vol. II.—1330-1334.
- Vol. III.—1334-1338.
- Vol. IV.—1338-1340.
- Vol. V.—1340-1343.
- Vol. VI.—1343-1345.
- Vol. VII.—1345-1348
- Vol. VIII.—1348-1350.
- Vol. IX.—1350-1354.
- Vol. X.—1354-1358.

RICHARD II.
- Vol. I.—1377-1381.
- Vol. II.—1381-1385.
- Vol. III.—1385-1389.
- Vol. IV.—1388-1392.
- Vol. V.—1391-1396.
- Vol. VI.—1396-1399.

HENRY IV.
- Vol. I.—1399-1401.
- Vol. II.—1401-1405.
- Vol. III.—1405-1408.
- Vol. IV.—1408-1413.

HENRY V.
- Vol. I.—1413-1416.

HENRY VI.
- Vol. I.—1422-1429.
- Vol. II.—1429-1436.
- Vol. III.—1436-1441.
- Vol. IV.—1441-1446.
- Vol. V.—1446-1452.
- Vol. VI.—1452-1461.

EDWARD IV.—1461-1467.

EDWARD IV., HENRY VI.—1467-1477.

EDWARD IV., EDWARD V., RICHARD III., 1476-1485.

Wt. 118.—1125.—3/11.—H.T. Ltd.

CALENDAR OF THE CLOSE ROLLS. 1892-1910.

HENRY III. (*Latin text*).

Vol. I.—1227-1231.
Vol. II.—1231-1234.
Vol. III.—1234-1237.

EDWARD I.

Vol. I.—1272-1279.
Vol. II.—1279-1288.
Vol. III.—1288-1296.
Vol. IV.—1296-1302.
Vol. V.—1302-1307.

EDWARD II.

Vol. I.—1307-1313.
Vol. II.—1313-1318.
Vol. III.—1318-1323.
Vol. IV.—1323-1327.

EDWARD III.

Vol. I.—1327-1330.
Vol. II.—1330-1333.
Vol. III.—1333-1337.
Vol. IV.—1337-1339.
Vol. V.—1339-1341.
Vol. VI.—1341-1343.
Vol. VII.—1343-1346.
Vol. VIII.—1346-1349.
Vol. IX.—1349-1354.
Vol. X.—1354-1360.
Vol. XI.—1360-1364.
Vol. XII.—1364-1368.

CALENDAR OF THE CHARTER ROLLS. 1903-1908.

Vol. I.—1226-1257.
Vol. II.—1257-1300.
Vol. III.—1300-1326.

CALENDAR OF INQUISITIONS POST MORTEM and other analogous documents. 1898-1911.

Vol. I.—HENRY III.
Vol. II.—1-19 EDWARD I.
Vol. V.—1-9 EDWARD II.
Vol. VI.—10-20 EDWARD II.
Vol. VII.—1-9 EDWARD III.

SECOND SERIES—

HENRY VII.—Vol. I.

INQUISITIONS AND ASSESSMENTS relating to FEUDAL AIDS, etc. 1284-1431. Vol. I. Bedford to Devon. 1899. Vol. II. Dorset to Huntingdon. 1900. Vol. III. Kent to Norfolk. 1904. Vol. IV. Northampton to Somerset. 1906. Vol. V. Stafford to Worcester. 1909.

CALENDAR OF LETTERS AND PAPERS, FOREIGN AND DOMESTIC, OF THE REIGN OF HENRY VIII., preserved in the Public Record Office, the British Museum, and elsewhere in England. *Edited by* J. S. BREWER, M.A. (Vols. I.-IV.); *by* J. GAIRDNER (Vols. V.-XIII.); *and by* J. GAIRDNER, C.B., and R. H. BRODIE (Vols. XIV.-XXI.). 1862-1910.

Vol. I.—1509-1514.) *Out of print.*)
Vol. II. (in two parts)—1515-1518. (*Part II. out of print.*)
Vol. III. (in two parts)—1519-1523.
Vol. IV.—Introduction.
Vol. IV., Part I.—1524-1526.
Vol. IV., Part II.—1526-1528. (*Out of print.*)
Vol. IV., Part III.—1529-1530.
Vol. V.—1531-1532.
Vol. VI.—1533.
Vol. VII.—1534.
Vol. VIII.—1535, Jan. to July.
Vol. IX.—1535, Aug. to Dec. (*Out of print.*)
Vol. X.—1536, Jan. to June. (*Out of print.*)
Vol. XI.—1536, July to Dec.
Vol. XII., Part I.—1537, Jan. to May.
Vol. XII., Part II.—1537, June to Dec.
Vol. XIII., Part I.—1538, Jan. to July.
Vol. XIII., Part II.—1538, Aug. to Dec.
Vol. XIV., Part I.—1539, Jan. to July.
Vol. XIV., Part II.—1539, Aug. to Dec.
Vol. XV.—1540, Jan. to Aug.
Vol. XVI.—1540, Sept. to 1541, Dec.
Vol. XVII.—1542.
Vol. XVIII., Part I.—1543, Jan. to July.
Vol. XVIII., Part II.—1543, Aug. to Dec.
Vol. XIX., Part I.—1544, Jan. to July.
Vol. XIX., Part II.—1544, Aug. to Dec.
Vol. XX., Part I.—1545, Jan. to July.
Vol. XX., Part II.—1545, Aug. to Dec.
Vol. XXI., Part I.—1546, Jan. to Aug.
Vol. XXI., Part II.—1546, Sept. to 1547, Jan.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGNS OF EDWARD VI., MARY, ELIZABETH, and JAMES I. *Edited by* R. LEMON (Vols. I. and II.) *and by* MARY ANNE EVERETT GREEN (Vols. III.-XII.). 1856-1872.

Vol. I.—1547-1580.
Vol. II.—1581-1590. (*Out of print.*)
Vol. III.—1591-1594. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1595-1597. (*Out of print.*)
Vol. V.—1598-1601. (*Out of print.*)
Vol. VI.—1601-1603, with Addenda, 1547-1565. (*Out of print.*)
Vol. VII.—Addenda, 1566-1579. (*Out of print.*)
Vol. VIII.—1603-1610.
Vol. IX.—1611-1618.
Vol. X.—1619-1623.
Vol. XI.—1623-1625, with Addenda, 1603-1625.
Vol. XII.—Addenda, 1580-1625. (*Out of print.*)

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF CHARLES I. Edited by J. BRUCE (Vols. I.-XII.); by J. BRUCE and W. D. HAMILTON (Vol. XIII.); *by* W. D. HAMILTON (Vols. XIV.-XXII.); *by* W. D. HAMILTON *and* SOPHIE C. LOMAS (Vol. XXIII.). 1858-1897.

Vol. I.—1625-1626.
Vol. II.—1627-1628.
Vol. III.—1628-1629.
Vol. IV.—1629-1631.
Vol. V.—1631-1633.
Vol. VI.—1633-1634. (*Out of print.*)
Vol. VII.—1634-1635. (*Out of print.*)
Vol. VIII.—1635. (*Out of print.*)
Vol. IX.—1635-1636. (*Out of print.*)
Vol. X.—1636-1637. (*Out of print.*)
Vol. XI.—1637.
Vol. XII.—1637-1638. (*Out of print.*)
Vol. XIII.—1638-1639.
Vol. XIV.—1639. (*Out of print.*)
Vol. XV.—1639-1640.
Vol. XVI.—1640.
Vol. XVII.—1640-1641.
Vol. XVIII.—1641-1643.
Vol. XIX.—1644.
Vol. XX.—1644-1645.
Vol. XXI.—1645-1647.
Vol. XXII.—1648-1649.
Vol. XXIII.—Addenda, 1625-1649.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, DURING THE COMMONWEALTH. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. 1875-1886.

Vol. I.—1649-1650.
Vol. II.—1650.
Vol. III.—1651. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1651-1652. (*Out of print.*)
Vol. V.—1652-1653.
Vol. VI.—1653-1654.
Vol. VII.—1654.
Vol. VIII.—1655.
Vol. IX.—1655-1656.
Vol. X.—1656-1657. (*Out of print.*)
Vol. XI.—1657-1658.
Vol. XII.—1658-1659.
Vol. XIII.—1659-1660.

CALENDAR OF STATE PAPERS. COMMITTEE FOR THE ADVANCE OF MONEY. 1642-1656. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. Parts I.-III. 1888.

CALENDAR OF STATE PAPERS. COMMITTEE FOR COMPOUNDING, &c. 1643-1660. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN. Parts I.-V. 1889-1892.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF CHARLES II. *Edited by* MARY ANNE EVERETT GREEN (Vol. I.-X.); *and by* F. H. B. DANIELL (Vols. XI.-XVIII.). 1860-1909.

Vol. I.—1660-1661.
Vol. II.—1661-1662. (*Out of print.*)
Vol. III.—1663-1664. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1664-1665. (*Out of print.*)
Vol. V.—1665-1666. (*Out of print.*)
Vol. VI.—1666-1667. (*Out of print.*)
Vol. VII.—1667. (*Out of print.*)
Vol. VIII.—1667-1668.
Vol. IX.—1668-1669.
Vol. X.—1670, and Addenda, 1660-1670.
Vol. XI.—1671.
Vol. XII.—1671-1672.
Vol. XIII.—1672.
Vol. XIV.—1672-1673.
Vol. XV.—1673.
Vol. XVI.—1673-1675.
Vol. XVII.—1675-1676.
Vol. XVIII.—1676-1677.

CALENDAR OF STATE PAPERS, DOMESTIC SERIES, OF THE REIGN OF WILLIAM III. *Edited by* W. J. HARDY. 1895-1908.

Vol. I.—1689-1690.
Vol. II.—1690-1691.
Vol. III.—1691-1692.
Vol. IV.—1693.
Vol. V.—1694-1695.
Vol. VI.—1695, July to Dec.; and Addenda, 1689-1695.

CALENDAR OF HOME OFFICE PAPERS OF THE REIGN OF GEORGE III. Vols. I. and II. *Edited by* J. REDINGTON. 1878-1879. Vols. III. and IV. *Edited by* R. A. ROBERTS. 1881-1899

Vol. I.—1760 (25 Oct.)-1765.
Vol. II.—1766-1769.
Vol. III.—1770-1772.
Vol. IV.—1773-1775.

CALENDAR OF TREASURY BOOKS. *Edited by* W. A. SHAW, Litt. D. 1904-1909.

Vol. I.—1660-1667.
Vol. II.—1667-1668.
Vol. III.—1669-1672. Part I.
Vol. III.—1669-1672. Part II.
Vol. IV.—1672-1675.

CALENDAR OF TREASURY PAPERS. *Edited by* J. REDINGTON. 1868-1889.

Vol. I.—1557-1696. (*Out of print.*)
Vol. II.—1697-1702.
Vol. III.—1702-1707.
Vol. IV.—1708-1714.
Vol. V.—1714-1719.
Vol. VI.—1720-1728.

CALENDAR OF TREASURY BOOKS AND PAPERS. *Edited by* W. A. SHAW, Litt. D. 1897-1903.

Vol. I.—1729-1730.
Vol. II.—1731-1734.
Vol. III.—1735-1738.
Vol. IV.—1739-1741.
Vol. V.—1742-1745.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to SCOTLAND. *Edited by* M. J. THORPE. 1858.

Vol. I.—1509-1589.
Vol. II.—1589-1603; an Appendix, 1543-1592; and State Papers relating to Mary Queen of Scots, 1568-1587.

CALENDAR OF DOCUMENTS relating to IRELAND, in the Public Record Office, London. *Edited by* H. S. SWEETMAN, B.A. (Vols. I.-IV.); *and by* H. S. SWEETMAN *and* G. F. HANDCOCK (Vol. V.). 1875-1886.

Vol. I.—1171-1251.
Vol. II.—1252-1284.
Vol. III.—1285-1292.
Vol. IV.—1293-1301.
Vol. V.—1302-1307.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to IRELAND, HENRY VIII.—ELIZABETH. *Edited by* H. C. HAMILTON (Vols. I.-V.); *and by* E. G. ATKINSON (Vols. VI.-X.). 1860-1905.

Vol. I.—1509-1573.
Vol. II.—1574-1585. (*Out of print.*)
Vol. III.—1586-1588.
Vol. IV.—1588-1592.
Vol. V.—1592-1596.
Vol. VI.—1596-1597.
Vol. VII.—1598-1599.
Vol. VIII.—1599-1600.
Vol. IX.—1600.
Vol. X.—1600-1601.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to IRELAND, JAMES I., preserved in the Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* the Rev. C. W. RUSSELL, DD., and J. P. PRENDERGAST. 1872-1880.

Vol. I.—1603-1606. (*Out of print.*)
Vol. II.—1606-1608.
Vol. III.—1608-1610.
Vol. IV.—1611-1614.
Vol. V.—1615-1625.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to IRELAND, CHARLES I. and COMMONWEALTH. *Edited by* R. P. MAHAFFY, B.A. 1900-1903.

Vol. I.—1625-1632.
Vol. II.—1633-1647.
Vol. III.—1647-1660, with Addenda, 1625-1660.
Vol. IV.—Adventurers for Land, 1642-1659.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to IRELAND, CHARLES II. *Edited by* R. P. MAHAFFY, B.A., 1905-1911.

Vol. I.—1660-1662.
Vol. II.—1663-1665.
Vol. III.—1666-1669.
Vol. IV.—1669-1670, with Addenda, 1625-1670.

CALENDAR OF THE CAREW PAPERS, preserved in the Lambeth Library. *Edited by* J. S. BREWER, M.A., *and* W. BULLEN. 1867-1873.

Vol. I.—1515-1574.
Vol. II.—1575-1588.
Vol. III.—1589-1600. (*Out of print.*)
Vol. IV.—1601-1603.
Vol. V.—Book of Howth Miscellaneous.
Vol. VI.—1603-1624.

CALENDAR OF STATE PAPERS, COLONIAL SERIES. *Edited by* W. N. SAINSBURY (Vols. I.-IX.); *by* W. N. SAINSBURY *and* the Hon. J. W. FORTESCUE (Vol. X.); *by* the Hon. J. W. FORTESCUE (Vols. XI.-XVI.); *and by* C. HEADLAM, M.A. (Vols. XVII. and XVIII.) 1860-1910.

Vol. I.—America and West Indies, 1574-1660.
Vol. II.—East Indies, China, and Japan, 1513-1616. (*Out of print.*)
Vol. III.— „ „ „ 1617-1621. (*Out of print.*)
Vol. IV.— „ „ „ 1622-1624. (*Out of print.*)
Vol. V.—America and West Indies, 1661-1668. (*Out of print.*)
Vol. VI.—East Indies, China, and Persia, 1625-1629.
Vol. VII.—America and West Indies, 1669-1674.
Vol. VIII.—East Indies and Persia, 1630-1634.
Vol. IX.—America and West Indies, 1675-1676, and Addenda, 1574-1674.
Vol. X.—America and West Indies, 1677-1680.
Vol. XI.— „ „ 1681-1685.
Vol. XII.— „ „ 1685-1688.
Vol. XIII.— „ „ 1689-1692.
Vol. XIV.— „ „ 1693-1696.
Vol. XV.— „ „ 1696-1697.
Vol. XVI.— „ „ 1697-1698.
Vol. XVII.— „ „ 1699; with Addenda, 1621-1698.
Vol. XVIII.— „ „ 1700.

CALENDAR OF STATE PAPERS, FOREIGN SERIES, preserved in the Public Record Office. *Edited by* W. B. TURNBULL. 1861.

EDWARD VI., 1547-1553. | MARY, 1553-1558.

CALENDAR OF STATE PAPERS, FOREIGN SERIES, OF THE REIGN OF ELIZABETH, preserved in the Public Record Office, &c. *Edited by* the Rev. J. STEVENSON, M.A. (Vols. I.-VII.); *by* A. J. CROSBY, M.A. (Vols. VIII.-XI.); *and by* A. J. BUTLER, M.A. (Vols. XII.-XVI.). 1863-1909.

Vol. I.—1558-1559.
Vol. II.—1559-1560.
Vol. III.—1560-1561.
Vol. IV.—1561-1562.
Vol. V.—1562.
Vol. VI.—1563.
Vol. VII.—1564-1565.
Vol. VIII.—1566-1568.
Vol. IX.—1569-1571.
Vol. X.—1572-1574 (*Out of print.*)
Vol. XI.—1575-1577.
Vol. XII.—1577-1578.
Vol. XIII.—1578-1579.
Vol. XIV.—1579-1580.
Vol. XV.—1591-1582.
Vol. XVI.—1582.

CALENDAR OF DOCUMENTS IN FRANCE, illustrative of the History of Great Britain and Ireland. Vol. I. 918-1206. *Edited by* J. H. ROUND, M.A. 1899.

CALENDAR OF LETTERS, DESPATCHES, AND STATE PAPERS, relating to the Negotiations between England and Spain, preserved at Simancas and elsewhere. *Edited by* G. A. BERGENROTH (Vols. I. and II.); *by* DON PASCUAL DE GAYANGOS (Vols. III. to VI.); *by* DON PASCUAL DE GAYANGOS and M. A. S. HUME (Vol. VII.); and by M. A. S. HUME (Vol. VIII.). 1862-1904.

Vol. I.—1485-1509. (*Out of print.*)
Vol. II.—1509-1525.
Supplement to Vol. I. and Vol. II.
Vol. III. Part I.—1525-1526.
Vol. III. Part II.—1527-1529.
Vol. IV. Part I.—1529-1530.
Vol. IV. Part II.—1531-1533. (*Out of print.*)
Vol. IV. Part II.—1531-1533. *continued.*
Vol. V. Part I.—1534-1535.
Vol. V. Part II.—1536-1538.
Vol. VI. Part I.—1538-1542.
Vol. VI. Part II.—1542-1543.
Vol. VII.—1544.
Vol. VIII.—1545-1546.

CALENDAR OF LETTERS AND STATE PAPERS, relating to ENGLISH AFFAIRS, preserved principally in the Archives of Simancas. *Edited by* M. A. S. HUME. 1892-1899.

Vol. I.—1558-1567.
Vol. II.—1568-1579.
Vol. III.—1580-1586.
Vol. IV.—1587-1603.

CALENDAR OF STATE PAPERS AND MANUSCRIPTS, relating to ENGLISH AFFAIRS, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* R. BROWN (Vols. I.-VI.); *by* R. BROWN and the Right Hon. G. CAVENDISH-BENTINCK (Vol. VII.); *by* H. F. BROWN (Vols. VIII.-XII.); *and by* A. B. HINDS, M.A. (Vols. XIII.-XVI.). 1864-1911.

Vol. I.—1202-1509. (*Out of print.*)
Vol. II.—1509-1519.
Vol. III.—1520-1526.
Vol. IV.—1527-1533.
Vol. V.—1534-1554.
Vol. VI.—Part I.—1555-1556.
Vol. VI.—Part II.—1556-1557.
Vol. VI.—Part III.—1557-1558.
Vol. VII.—1558-1580.
Vol. VIII.—1581-1591
Vol. IX.—1592-1603.
Vol. X.—1603-1607.
Vol. XI.—1607-1610.
Vol. XII.—1610-1613.
Vol. XIII.—1613-1615.
Vol. XIV.—1615-1617.
Vol. XV.—1617-1619.
Vol. XVI.—1619-1621.

CALENDAR of entries in the PAPAL REGISTERS, illustrating the History of Great Britain and Ireland. *Edited by* W. H. BLISS (Vols. I. and II.); *by* W. H. BLISS and C. JOHNSON, M.A. (Vol. III.); *by* W. H. BLISS and J. A. TWEMLOW, B.A. (Vols. IV and V.); *and by* J. A. TWEMLOW, B.A. (Vols. VI.-VIII.).

PAPAL LETTERS. 1893-1909.

Vol. I.—1198-1304.
Vol. II.—1305-1342.
Vol. III.—1342-1362.
Vol. IV.—1362-1404.
Vol. V.—1396-1404.
Vol. VI.—1404-1415.
Vol. VII.—1417-1431.
Vol. VIII.—1427-1447.

PETITIONS TO THE POPE. 1896.

Vol. I.—1342-1419.

GUIDE TO THE VARIOUS CLASSES OF DOCUMENTS IN THE PUBLIC RECORD OFFICE. *By* S. R. SCARGILL-BIRD. *Third Edition.* 1908. *Price* 7*s*.

ACTS OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND, New Series. *Edited by* J. R. DASENT, M.A. 1890-1907. *Price* 10*s*. *each*.

Vol. I.—1542-1547.
Vol. II.—1547-1550.
Vol. III.—1550-1552.
Vol. IV.—1552-1554.
Vol. V.—1554-1556.
Vol. VI.—1556-1558.
Vol. VII.—1558-1570.
Vol. VIII.—1571-1575.
Vol. IX.—1575-1577.
Vol. X.—1577-1578.
Vol. XI.—1578-1580.
Vol. XII.—1580-1581.
Vol. XIII.—1581-1582.
Vol. XIV.—1586-1587.
Vol. XV.—1587-1588.
Vol. XVI.—1588.
Vol. XVII.—1588-1589.
Vol. XVIII.—1589-1590.
Vol. XIX.—1590.
Vol. XX.—1590-1591.
Vol. XXI.—1591.
Vol. XXII.—1591-1592.
Vol. XXIII.—1592.
Vol. XXIV.—1592-1593.
Vol. XXV.—1595-1596.
Vol. XXVI.—1596-1597.
Vol. XXVII.—1597.
Vol. XXVIII.—1597-1598.
Vol. XXIX.—1598-1599.
Vol. XXX.—1599-1600.
Vol. XXXI.—1600-1601.
Vol. XXXII.—1601-1604.

ACTS OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. COLONIAL SERIES. *Edited by* W. L. GRANT, M.A., *and* J. MUNRO, M.A. 1909-1910. *Price* 10*s*. *each*.

Vol. I.—1613-1680.
Vol. II.—1680-1720.
Vol. III.—1720-1745.

CATALOGUE OF MANUSCRIPTS and other objects in the MUSEUM of the PUBLIC RECORD OFFICE. *By* SIR H. C. MAXWELL LYTE, K.C.B. *Sixth Edition.* 1909. *Price* 6*d*.

In the Press.

Close Rolls of the reign of Henry III. (*Latin Text.*) Vol. IV.

Calendar of the Close Rolls, Supplementary, Welsh Rolls and Liberate Rolls.

Calendar of the Close Rolls of the reign of Edward III. Vol. XIII.

Calendar of the Fine Rolls of the reign of Edward I. Vols. I. and II.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry III. Vol. VI.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Edward III. Vols. XI. and XII.

Calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry V. Vol. II.

Calendar of the Charter Rolls. Vols. IV. and V.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Vol. III., Edward I. Vol. VIII., Edward III.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Second Series. Henry VII. Vol. II.

Calendar of State Papers in the Archives at Rome illustrating the History of Great Britain and Ireland. Vol. I.

Calendar of State Papers, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. Vols. XVII. and XVIII.

Calendar of entries in the Papal Registers, illustrating the History of Great Britain and Ireland. Papal Letters. Vols. IX. and X.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of William III. Vol. VII.

Calendar of Treasury Books. Vols. V. and VI.

Calendar of State Papers, Foreign Series, Elizabeth. Vol. XVII.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the reign of Charles II. Vols. XIX. and XX.

Calendar of State Papers, Ireland, Henry VIII.—Elizabeth. Vol. XI.

Calendar of State Papers, Colonial Series. Vols. XIX. and XX.

Catalogue of Ancient Deeds. Vol. VI.

Calendar of Letters, Despatches, and State Papers, relating to the Negotiations between England and Spain. Vol. IX.

Inquisitions and Assessments relating to Feudal Aids. Vol. VI.

Calendar of Miscellaneous Inquisitions (Chancery). Henry III.

Acts of the Privy Council of England. Colonial Series. Vol. IV.

In Progress.

Calendar of Inquisitions Post Mortem. Edward I. and Edward III.

PUBLIC RECORD OFFICE.

LISTS AND INDEXES.

The object of these publications is to make the contents of the Public Record Office more easily available. In conjunction with the Calendars, they will, in course of time, form a catalogue of the National Archives, as explained in the Fifty-first Report of the Deputy Keeper of the Records (page 10).

No. I. Index of ANCIENT PETITIONS of the Chancery and the Exchequer. 1892. 9*s*. 6*d*.

No. II. List and Index of DECLARED ACCOUNTS from the Pipe Office and the Audit Office. 1893. 15*s*.

No. III. List of volumes of STATE PAPERS (Great Britain and Ireland). Part I. 1547-1760. 1894. 6*s*. 6*d*.

No. IV. List of PLEA ROLLS. *New and revised Edition.* 1910. 7*s*.

No. V. List of MINISTERS' ACCOUNTS preserved in the Public Record Office. Part I. 1894. 16*s*.

No. VI. List and Index of COURT ROLLS preserved in the Public Record Office. Part I. 1896. 15*s*. (*Out of print.*)

No. VII. Index of CHANCERY PROCEEDINGS, Series II. Vol. I. 1558-1579. 1896. 14*s*.

No. VIII. List of MINISTERS' ACCOUNTS. Appendix, Corrigenda, and Index to Part I. 1897. 3*s*.

No. IX. List of SHERIFFS from the earliest times to A.D. 1831. 1898. 9*s*.

No. X. List of proceedings with regard to CHARITABLE USES. 1899. 5*s*.

No. XI. List of FOREIGN ACCOUNTS enrolled on the Great Rolls of the Exchequer. 1900. 10*s*.

No. XII. List of EARLY CHANCERY PROCEEDINGS. Vol. I. 1901. 12*s*.

No. XIII. List of STAR-CHAMBER PROCEEDINGS. Vol. I. 1485-1558. 1901. 10*s*.

No. XIV. List of Records of the DUCHY OF LANCASTER. 1901. 5*s*.

No. XV. List of ANCIENT CORRESPONDENCE of the Chancery and Exchequer. 1902. 12*s*.

No. XVI. List of EARLY CHANCERY PROCEEDINGS. Vol. II. 1903. 17*s*.

No. XVII. List of INQUISITIONS AD QUOD DAMNUM. Part I. 1904. 13*s*.

No. XVIII. List of ADMIRALTY RECORDS. Vol. I. 1904. 8*s*.

No. XIX. List of STATE PAPERS, FOREIGN, 1577-1581. 1904. 4*s*.

No. XX. List of EARLY CHANCERY PROCEEDINGS. Vol. III. 1906. 15*s*.

No. XXI. List of Proceedings in the COURT OF REQUESTS. Vol. I. 1906. 15*s*.

No. XXII. List of INQUISITIONS AD QUOD DAMNUM. Part II. 1906. 14*s*.

No. XXIII. Index of INQUISITIONS. Vol. I. HENRY VIII. to PHILIP AND MARY. 1907. 10*s*.

No. XXIV. Index of CHANCERY PROCEEDINGS. Series II. Vol. II. 1579-1621. 1908. 10*s*.

No. XXV. List of RENTALS AND SURVEYS, and other Analogous Documents. 1908. 14*s*.

No. XXVI. Index of INQUISITIONS. Vol. II. ELIZABETH. 1908. 12*s*.

No. XXVII. List of CHANCERY ROLLS. 1908. 10*s*.

No. XXVIII. List of WAR OFFICE RECORDS. Vol. I. 1908. 8*s*. 6*d*.

No. XXIX. List of EARLY CHANCERY PROCEEDINGS. Vol. IV. 1908. 15*s*.

No. XXX. Index of CHANCERY PROCEEDINGS. Series II. Vol. III. 1621-1660. 1909. 12*s*.

No. XXXI. Index of INQUISITIONS. Vol. III. JAMES I. 1909. 12*s*.

No. XXXII. Index of PLACITA DE BANCO (Plea Rolls, Common Pleas), 1327-1328:—

Part I. Bedford to Norfolk. 1909. 15*s*.

Part II. Northampton to York, Divers Counties, and Miscellaneous. 1909. 11*s*. 6*d*.

No. XXXIII. Index of INQUISITIONS. Vol. IV. CHARLES I. and later. With Appendices. 1909. 14*s*.

No. XXXIV. List of MINISTERS' ACCOUNTS. Part II. 1910. 10*s*.

In the Press.

EARLY CHANCERY PROCEEDINGS. Vol. V.

EXCHEQUER ACCOUNTS.

COLONIAL OFFICE RECORDS.

PALATINATE OF CHESTER.

In Progress.

List of ANCIENT ACCOUNTS.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND DURING THE MIDDLE AGES.

Royal 8vo. *Price* 10s. each Volume or Part.

1. The Chronicle of England, by John Capgrave. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A. 1858.

2. Chronicon Monasterii de Abingdon. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. J. Stephenson, M.A. 1858.

3. Lives of Edward the Confessor. I.—La Estoire de Seint Aedward le Rei. II.—Vita Beati Edvardi Regis et Confessoris. III.—Vita Æduuardi Regis qui apud Westmonasterium requiescit. *Edited by* H. R. Luard, M.A. 1858.

4. Monumenta Franciscana.

   Vol. I.—Thomas de Eccleston de Adventu Fratrum Minorum in Angliam. Adæ de Marisco Epistolæ. Registrum Fratrum Minorum Londoniæ. *Edited by* J. S. Brewer, M.A. 1858.

   Vol. II.—De Adventu Minorum; re-edited with additions. Chronicle of the Grey Friars. The ancient English version of the Rule of St. Francis. Abbreviatio Statutorum, 1451, &c. *Edited by* R. Howlett. 1882.

5. Fasciculi Zizaniorum Magistri Johannis Wyclif cum Tritico. Ascribed to Thomas Netter, of Walden, Provincial of the Carmelite Order in England, and Confessor to King Henry the Fifth. *Edited by* the Rev. W. W. Shirley, M.A. 1858.

6. The Buik of the Croniclis of Scotland; or, a Metrical Version of the History of Hector Boece; by William Stewart. Vols. I.-III. *Edited by* W. B. Turnbull. 1858.

7. Johannis Capgrave Liber de Illustribus Henricis. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A. 1858.

8. Historia Monasterii S. Augustini Cantuariensis, by Thomas of Elmham, formerly Monk and Treasurer of that Foundation. *Edited by* C. Hardwick, M.A. 1858.

9. Eulogium (Historiarum sive Temporis): Chronicon ab Orbe condito usque ad Annum Domini 1366; a monacho quodam Malmesbiriensi exaratum. Vols. I.-III. *Edited by* F. S. Haydon, B.A. 1858-1863.

10. Memorials of Henry the Seventh; Bernardi Andreæ Tholosatis Vita Regis Henrici Septimi; necnon alia quædam ad eundem Regem Spectantia. *Edited by* J. Gairdner. 1858.

11. Memorials of Henry the Fifth. I.—Vita Henrici Quinti, Roberto Redmanno auctore. II.—Versus Rhythmici in laudem Regis Henrici Quinti. III.—Elmhami Liber Metricus de Henrico V. *Edited by* C. A. Cole. 1858.

12. MUNIMENTA GILDHALLÆ LONDONIENSIS ; Liber Albus, Liber Custumarum, et Liber Horn, in archivis Gildhallæ asservati. *Edited by* H. T. RILEY, M.A. 1859-1862.

Vol. I., Liber Albus.

Vol. II. (in Two Parts), Liber Custumarum.

Vol. III., Translation of the Anglo-Norman Passages in Liber Albus, Glossaries, Appendices, and Index.

13. CHRONICA JOHANNIS DE OXENEDES. *Edited by* Sir H. ELLIS, K.H. 1859.

14. A COLLECTION OF POLITICAL POEMS AND SONGS RELATING TO ENGLISH HISTORY, FROM THE ACCESSION OF EDWARD III. TO THE REIGN OF HENRY VIII. Vols. I. and II. *Edited by* T. WRIGHT, M.A. 1859-1861.

15. The "OPUS TERTIUM," "OPUS MINUS," &c. of ROGER BACON. *Edited by* J. S. BREWER, M.A. 1859.

16. BARTHOLOMÆI DE COTTON, MONACHI NORWICENSIS, HISTORIA ANGLICANA, 449-1298 ; necnon ejusdem Liber de Archiepiscopis et Episcopis Angliæ. *Edited by* H. R. LUARD, M.A. 1859.

17. BRUT Y TYWYSOGION ; or, The Chronicle of the Princes of Wales. *Edited by* the Rev. J. WILLIAMS AB ITHEL, M.A. 1860.

18. A COLLECTION OF ROYAL AND HISTORICAL LETTERS DURING THE REIGN OF HENRY IV. Vol. I. 1399-1404. *Edited by* the Rev. F. C. HINGESTON, M.A. 1860.

19. THE REPRESSOR OF OVER MUCH BLAMING OF THE CLERGY. By REGINALD PECOCK, sometime Bishop of Chichester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. C. BABINGTON, B.D. 1860.

20. ANNALES CAMBRIÆ. *Edited by* the Rev. J. WILLIAMS AB ITHEL, M.A. 1860.

21. THE WORKS OF GIRALDUS CAMBRENSIS. Vols. I.-IV. *Edited by* the Rev. J. S. BREWER, M.A. ; Vols. V.-VII. (Vol. V. *out of print*). *Edited by* the Rev. J. F. DIMOCK, M.A. ; Vol. VIII. *Edited by* G. F. WARNER, M.A. 1861-1891.

22. LETTERS AND PAPERS ILLUSTRATIVE OF THE WARS OF THE ENGLISH IN FRANCE DURING THE REIGN OF HENRY THE SIXTH, KING OF ENGLAND. Vol. I., and Vol. II. (in Two Parts). *Edited by* the Rev. J. STEVENSON, M.A. 1861-1864.

23. THE ANGLO-SAXON CHRONICLE, ACCORDING TO THE SEVERAL ORIGINAL AUTHORITIES. Vol. I., Original Texts. Vol. II., Translation. *Edited and translated by* B. THORPE. 1861.

24. LETTERS AND PAPERS ILLUSTRATIVE OF THE REIGNS OF RICHARD III. AND HENRY VII. Vols. I. and II. *Edited by* J. GAIRDNER. 1861-1863.

25. LETTERS OF BISHOP GROSSETESTE. *Edited by* the Rev. H. R. LUARD, M.A. 1861.

26. DESCRIPTIVE CATALOGUE OF MANUSCRIPTS RELATING TO THE HISTORY OF GREAT BRITAIN AND IRELAND. Vol. I. (in Two Parts), Anterior to the Norman Invasion ; Vol. II., 1066-1200 ; Vol. III., 1200-1327. *Edited by* Sir T. D. HARDY, D.C.L. 1862-1871.

27. Royal and other Historical Letters illustrative of the reign of Henry III. Vol. I. 1216-1235. Vol. II. 1236-1272. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, D.D 1862-1866

28. Chronica Monasterii S. Albani. *Edited by* H. T. Riley, M.A. 1863-1876.

   1. Thomæ Walsingham Historia Anglicana. Vol. I., 1272-1381 ; Vol. II., 1381-1422.

   2. Willelmi Rishanger Chronica et Annales, 1259-1307.

   3. Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales 1259-1296 ; 1307-1324 ; 1392-1406.

   4. Gesta Abbatum Monasterii S. Albani, a Thoma Walsingham, regnante Ricardo Secundo, ejusdem Ecclesiæ Præcentore, compilata. Vol. I., 793-1290 ; Vol. II., 1290-1349 ; Vol. III., 1349-1411.

   5. Johannis Amundesham, monachi Monasterii S. Albani, ut videtur, Annales ; Vols. I. and II.

   6. Registra quorundam Abbatum Monasterii S. Albani, qui Sæculo xv^{mo} Floruere. Vol. I., Registrum Abbatiæ Johannis Whethamstede, Abbatis Monasterii Sancti Albani, iterum susceptæ ; Roberto Blakeney, capellano, quondam adscriptum. Vol. II., Registra Johannis Whethamstede, Willelmi Albon, et Willelmi Walingforde, Abbatum Monasterii Sancti Albani, cum Appendice continente quasdam epistolas a Johanne Whethamstede conscriptas.

   7. Ypodigma Neustriæ a Thoma Walsingham, quondam monacho Monasterii S. Albani, conscriptum.

29. Chronicon Abbatiæ de Evesham, auctoribus Dominico Priore Eveshamiæ et Thoma de Marleberge Abbate, a fundatione ad annum 1213, una cum continuatione ad annum 1418. *Edited by* the Rev. W. D. Macray. 1863.

30. Ricardi de Cirencestria Speculum Historiale de Gestis Regum Angliæ. Vol. I., 447-871. Vol. II., 872-1066. *Edited by* J. E. B. Mayor, M.A. 1863-1869.

31. Year Books of the reigns of Edward the First and Edward the Third. Years 20-21, 21-22 (*Out of Print*), 30-31, 32-33, and 33-35 Edw. I. ; and 11-12 Edw. III. *Edited and translated by* A. J. Horwood. Years 12-13, 13-14, 14, 14-15, 15, 16 (*in two parts*), 17, 17-18, 18, 18-19, 19, and 20 (First Part), Edward III. *Edited and translated by* L. O. Pike, M.A. 1863-1908.

32. Narratives of the Expulsion of the English from Normandy, 1449-1450.—Robertus Blondelli de Reductione Normanniæ : Le Recouvrement de Normendie, par Berry, Hérault du Roy : Conferences between the Ambassadors of France and England. *Edited by* the Rev. J. Stevenson, M.A. 1863.

33. Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vols. I.-III. *Edited by* W. H. Hart. 1863-1867.

34. Alexandri Neckam de Naturis Rerum libri duo ; with Neckam's Poem, De Laudibus Divinæ Sapientiæ. *Edited by* T. Wright, M.A. 1863.

35. Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vols. I.-III. (Vol. III. *Out of print.*) *Collected and edited by* the Rev. O. Cockayne, M.A. 1864-1866.

36. Annales Monastici. *Edited by* the Rev. H. R. Luard, M.A. 1864-1869.

Vol. I. Annales de Margan, 1066-1232; Annales de Theokesberia, 1066-1263; Annales de Burton, 1004-1263.

Vol. II. Annales Monasterii de Wintonia, 519-1277; Annales Monasterii de Waverleia, 1-1291.

Vol. III. Annales Prioratus de Dunstaplia, 1-1297. Annales Monasterii de Bermundeseia, 1042-1432.

Vol. IV. Annales Monasterii de Oseneia, 1016-1347; Chronicon vulgo dictum Chronicon Thomæ Wykes, 1066-1289; Annales Prioratus de Wigornia, 1-1377. (*Out of print.*)

Vol. V. Index and Glossary.

37. Magna Vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis. *Edited by* the Rev. J. F. Dimock, M.A. 1864.

38. Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First. *Edited by* the Rev. W. Stubbs, M.A. 1864-1865.
Vol. I. Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi.
Vol. II. Epistolæ Cantuarienses; the Letters of the Prior and Convent of Christ Church, Canterbury; 1187 to 1199.

39. Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399-1422. Vol. III., 1422-1431. *Edited by* W. Hardy. 1864-1879; Vol. IV., 1431-1447. Vol. V., 1447-1471. *Edited by* Sir W. Hardy and E. L. C. P. Hardy. 1884-1891.

40. A Collection of the Chronicles and Ancient Histories of Great Britain, now called England, by John de Waurin. Vol. I., Albina to 688. Vol. II., 1399-1422. Vol. III., 1422-1431. (Translations of the preceding Vols. I., II., and III. *Edited and translated by* Sir W. Hardy and E. L. C. P. Hardy. 1864-1891.

41. Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. C. Babington, B.D.; Vols. III.-IX. *Edited by* the Rev. J. R. Lumby, D.D. 1865-1886.

42. Le Livere de Reis de Brittanie e Le Livere de Reis de Engletere. *Edited by* the Rev. J. Glover, M.A. 1865.

43. Chronica Monasterii de Melsa ab anno 1150 usque ad annum 1406. Vols. I.-III. *Edited by* E. A. Bond. 1866-1868.

44. Matthæi Parisiensis Historia Anglorum, sive ut vulgo dicitur Historia Minor. Vols. I.-III. 1067-1253. *Edited by* Sir F. Madden. 1866-1869.

45. Liber Monasterii de Hyda: a Chronicle and Chartulary of Hyde Abbey, Winchester, 455-1023. *Edited by* E. Edwards. 1866.

46. CHRONICON SCOTORUM. A CHRONICLE OF IRISH AFFAIRS, from the earliest times to 1135; and SUPPLEMENT, containing the events from 1141 to 1150. *Edited, with Translation, by* W. M. HENNESSY. 1866.

47. THE CHRONICLE OF PIERRE DE LANGTOFT IN FRENCH VERSE, FROM THE EARLIEST PERIOD TO THE DEATH OF EDWARD I. Vols. I. and II. *Edited by* T. WRIGHT, M.A. 1866-1868.

48. THE WAR OF THE GAEDHIL WITH THE GAILL, or THE INVASIONS OF IRELAND BY THE DANES AND OTHER NORSEMEN. *Edited, with a Translation, by* the Rev. J. H. TODD, D.D. 1867.

49. GESTA REGIS HENRICI SECUNDI BENEDICTI ABBATIS. CHRONICLE OF THE REIGNS OF HENRY II. AND RICHARD I., 1169-1192, known under the name of BENEDICT OF PETERBOROUGH. Vols. I. and II. (Vol. II. *Out of print.*) *Edited by* the Rev. W. STUBBS, M.A. 1867.

50. MUNIMENTA ACADEMICA, OR DOCUMENTS ILLUSTRATIVE OF ACADEMICAL LIFE AND STUDIES AT OXFORD (in Two Parts). *Edited by* the Rev. H. ANSTEY, M.A. 1868.

51. CHRONICA MAGISTRI ROGERI DE HOUEDENE. Vols. I.-IV. *Edited by* the Rev. W. STUBBS, M.A. 1868-1871.

52. WILLELMI MALMESBIRIENSIS MONACHI DE GESTIS PONTIFICUM ANGLORUM LIBRI QUINQUE. *Edited by* N. E. S. A. HAMILTON. 1870.

53. HISTORIC AND MUNICIPAL DOCUMENTS OF IRELAND, FROM THE ARCHIVES OF THE CITY OF DUBLIN, &c. 1172-1320. *Edited by* J. T. GILBERT. 1870.

54. THE ANNALS OF LOCH CÉ. A CHRONICLE OF IRISH AFFAIRS, 1014-1590. Vols. I. and II. *Edited, with a Translation, by* W. M. HENNESSY. 1871. (*Out of print.*)

55. MONUMENTA JURIDICA. THE BLACK BOOK OF THE ADMIRALTY, WITH APPENDICES. Vols. I.-IV. (Vols. I. and IV. *Out of print.*) *Edited by* Sir T. TWISS, Q.C., D.C.L. 1871-1876.

56. MEMORIALS OF THE REIGN OF HENRY VI.:—OFFICIAL CORRESPONDENCE OF THOMAS BEKYNTON, SECRETARY TO HENRY VI., AND BISHOP OF BATH AND WELLS. *Edited by* the Rev. G. WILLIAMS, B.D. Vols. I. and II. 1872.

57. MATTHÆI PARISIENSIS, MONACHI SANCTI ALBANI, CHRONICA MAJORA Vol. I. The Creation to A.D. 1066. Vol. II. 1067 to 1216. Vol. III. 1216 to 1239. (*Out of print.*) Vol. IV. 1240 to 1247. Vol. V. 1248 to 1259. (*Out of print.*) Vol. VI. Additamenta. Vol. VII. Index. *Edited by* the Rev. H. R. LUARD, D.D. 1872-1884.

58. MEMORIALE FRATRIS WALTERI DE COVENTRIA.—THE HISTORICAL COLLECTIONS OF WALTER OF COVENTRY. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. STUBBS, M.A. 1872-1873.

59. THE ANGLO-LATIN SATIRICAL POETS AND EPIGRAMMATISTS OF THE TWELFTH CENTURY. Vols. I. and II. *Collected and edited by* T. WRIGHT, M.A. 1872. (Vol. II. *Out of print.*)

60. Materials for a History of the Reign of Henry VII., from original Documents preserved in the Public Record Office. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. Campbell, M.A. 1873-1877.

61. Historical Papers and Letters from the Northern Registers. *Edited by* the Rev. J. Raine, M.A. 1873.

62. Registrum Palatinum Dunelmense. The Register of Richard de Kellawe, Lord Palatine and Bishop of Durham; 1311-1316. Vols. I.-IV. *Edited by* Sir T. D. Hardy, D.C.L. 1873-1878.

63. Memorials of St. Dunstan, Archbishop of Canterbury. *Edited by* the Rev. W. Stubbs, M.A. 1874. (*Out of print.*)

64. Chronicon Angliæ, ab anno domini 1328 usque ad annum 1388, Auctore Monacho quodam Sancti Albani. *Edited by* E. M. Thompson. 1874.

65. Thomas Saga Erkibyskups. A Life of Archbishop Thomas Becket, in Icelandic. Vols. I. and II. *Edited, with English Translation, Notes, and Glossary, by* M. Eirikr Magnusson, M.A. 1875-1883.

66. Radulphi de Coggeshall Chronicon Anglicanum. *Edited by* the Rev. J. Stevenson, M.A. 1875.

67. Materials for the History of Thomas Becket, Archbishop of Canterbury. Vols. I.-VI. *Edited by* the Rev. J. C. Robertson, M.A. 1875-1883; Vol. VII. *Edited by* J. B. Sheppard, LL.D. 1885.

68. Radulfi de Diceto, Decani Lundoniensis, Opera Historica. The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. Stubbs, M.A. 1876.

69. Roll of the Proceedings of the King's Council in Ireland, for a portion of the 16th year of the reign of Richard II. 1392-93. *Edited by* the Rev. J. Graves, B.A. 1877.

70. Henrici de Bracton de Legibus et Consuetudinibus Angliæ Libri Quinque in varios tractatus distincti. Vols. I.-VI. (Vols. II.-IV. *Out of print.*) *Edited by* Sir T. Twiss, Q.C., D.C.L. 1878-1883.

71. The Historians of the Church of York and its Archbishops. Vols. I.-III. *Edited by* the Rev. J. Raine, M.A. 1879-1894.

72. Registrum Malmesburiense. The Register of Malmesbury Abbey, preserved in the Public Record Office. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. J. S. Brewer, M.A., *and* C. T. Martin, B.A. 1879-1880.

73. Historical works of Gervase of Canterbury. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. Stubbs, D.D. 1879-1880.

74. Henrici Archidiaconi Huntendunensis Historia Anglorum. The History of the English, by Henry, Archdeacon of Huntingdon, from A.D. 55 to A.D. 1154, in Eight Books. *Edited by* T. Arnold, M.A. 1879.

75. The Historical Works of Symeon of Durham. Vols. I. and II. *Edited by* T. Arnold, M.A. 1882-1885.

76. Chronicle of the Reigns of Edward I. and Edward II. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. Stubbs, D.D. 1882-1883.

77. Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis. Vols. I.-III. *Edited by* C. T. Martin, B.A. 1882-1886.

78. Register of S. Osmund. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. W. H. Rich Jones, M.A. 1883-1884.

79. Chartulary of the Abbey of Ramsey. Vols. I.-III. *Edited by* W. H. Hart, *and* the Rev. P. A. Lyons. 1884-1893.

80. Chartularies of St. Mary's Abbey, Dublin, with the Register of its house at Dunbrody, county of Wexford, and Annals of Ireland, 1162-1370. Vols. I. and II. *Edited by* J. T. Gilbert. 1884-1885.

81. Eadmeri Historia Novorum in Anglia et opuscula duo de vita Sancti Anselmi et quibusdam miraculis ejus. *Edited by* the Rev. M. Rule, M.A. 1884.

82. Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II., and Richard I. Vols. I.-IV. *Edited by* R. Howlett. 1884-1889.

83. Chronicle of the Abbey of Ramsey. *Edited by* the Rev. W. D. Macray, M.A. 1886.

84. Chronica Rogeri de Wendover, sive Flores Historiarum. Vols. I.-III. *Edited by* H. G. Hewlett. 1886-1889.

85. The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury. Vols. I.-III. *Edited by* the Rev. J. B. Sheppard, LL.D. 1887-1889.

86. The Metrical Chronicle of Robert of Gloucester. *Edited by* W. A. Wright, M.A. Parts I. and II. 1887.

87. Chronicle of Robert of Brunne. *Edited by* F. J. Furnivall, M.A. Parts I. and II. 1887.

88. Icelandic Sagas and other Historical Documents relating to the Settlements and Descents of the Northmen on the British Isles. Vol. I. Orkneyinga Saga, and Magnus Saga. Vol. II. Hakonar Saga, and Magnus Saga. *Edited by* Gudbrand Vigfusson, M.A. 1887. Vols. III. and IV. Translations of the above by Sir G. W. Dasent, D.C.L. 1894.

89. The Tripartite Life of Patrick, with other documents relating to that Saint. *Edited by* W. Stokes, LL.D., D.C.L. Parts I. and II. 1887.

90. Willelmi Malmesbiriensis Monachi de Gestis Regum Anglorum libri V.; et Historiæ Novellæ, libri III. *Edited by* W. Stubbs, D.D., Bishop of Oxford. Vols. I. and II. 1887-1889.

91. Lestorie des Engles solum Geffrei Gaimar. *Edited by* Sir T. D. Hardy, D.C.L.; *continued and translated by* C. T. Martin, B.A. Vols. I. and II. 1888-1889.

92. Chronicle of Henry Knighton, Canon of Leicester. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. J. R. Lumby, D.D. 1889-1895.

93. Chronicle of Adam Murimuth, with the Chronicle of Robert of Avesbury. *Edited by* E. M. Thompson, LL.D. 1889.

94. Register of the Abbey of St. Thomas the Martyr, Dublin. *Edited by* J. T. Gilbert. 1889.

95. Flores Historiarum. *Edited by* the Rev. H. R. Luard, D.D. Vol. I. The Creaton to A.D. 1066. Vol. II. 1067-1264. Vol. III. 1265-1326. 1890.

96. Memorials of St. Edmund's Abbey. *Edited by* T. Arnold, M.A. Vols. I.-III. 1890-1896.

97. Charters and Documents illustrating the history of the Cathedral and City of Sarum, 1100-1300; forming an Appendix to the Register of S. Osmund. *Selected by* the Rev. W. H. Rich Jones, M.A., *and edited by* the Rev. W. D. Macray, M.A. 1891.

98. Memoranda de Parliamento, 33 Edward I. 1305. *Edited by* F. W. Maitland, M.A. 1893.

99. The Red Book of the Exchequer. *Edited by* H. Hall. Parts I.-III. 1896.

PUBLICATIONS OF THE RECORD COMMISSIONERS, &c.

In boards or cloth. Volumes not mentioned in this list are out of print.

ROTULORUM ORIGINALIUM IN CURIA SCACCARII ABBREVIATIO. Henry III.—Edw. III. *Edited by* H. PLAYFORD (1805–1810). 2 Vols. folio. 12*s*. 6*d*. each.

CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM SIVE ESCAETARUM. *Edited by* J. CALEY and J. BAYLEY (1806–1828). Folio. Vols. 1, 2, 3, 21*s*. each; Vol. 4, 24*s*.

NONARIUM INQUISITIONES IN CURIA SCACCARII. *Edited by* G. VANDERZEE (1807). Folio. 18*s*.

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECÆ HARLEIANÆ CATALOGUS. 4 Vols. *Edited by* the Rev. T. H. HORNE (1812). Folio. 18*s*. each.

ABBREVIATIO PLACITORUM. Richard I.—Edward II. *Edited by* the Right Hon. G. ROSE and W. ILLINGWORTH (1811). Folio. 18*s*.

LIBER CENSUALIS vocati DOMESDAY-BOOK. Folio. Vols. 1 and 2 (1783), 25*s*. each. Vol. 3, Indices, and Vol. 4, Additamenta ex Codic. Antiquiss (1816). *Edited by* SIR H. ELLIS. 21*s*. each.

STATUTES OF THE REALM. *Edited by* Sir T. E. TOMLINS, J. RAITHBY, J. CALEY and W. ELLIOTT (1824–1828). Folio. Vols. 2, 3, 4 (Part II), and 5 to 9, 31*s*. 6*d*. each; Vols. 10 and 11, Indices. 30*s*. each.

VALOR ECCLESIASTICUS, temp. Hen. VIII., Auctoritate Regia institutus. *Edited by* J. CALEY and the Rev. J. HUNTER (1825–1834). Vols 1 to 6, folio. 25*s*. each. The Introduction, separately, 8vo. 2*s*. 6*d*.

ROTULI SCOTIÆ IN TURRI LONDINENSI ET IN DOMO CAPITULARI WESTMONASTERIENSI ASSERVATI, 19 Edw. I.—Hen. VIII. *Edited by* D. MACPHERSON, J. CALEY, W. ILLINGWORTH, and the Rev. T. H. HORNE (1814–1818). 2 Vols. folio. 42*s*.

FŒDERA, CONVENTIONES, LITTERÆ, &c.; or RYMER'S FŒDERA. New Edition. Folio. *Edited by* J. CALEY and F. HOLBROOKE (1869). Vol. 3, Part II., 1361–1377, 21*s*.; Vol. 4, 1377–1383, 6*s*.

DUCATUS LANCASTRIÆ CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM, &c., Edw. I.—Car. I. *Edited by* R. J. HARPER, J. CALEY, and W. MINCHIN (1827–1834). Folio. Vols. 1 and 2, 31*s*. 6*d*. each; Vol. 3, 21*s*.

CALENDARS OF THE PROCEEDINGS IN CHANCERY, ELIZABETH; with Examples of Proceedings from Ric. II. *Edited by* J. BAYLEY (1832). 3 Vols. folio. 21*s*. each.

PARLIAMENTARY WRITS AND WRITS OF MILITARY SUMMONS, with Records and Muniments relating to Suit and Service to Parliament, etc. Edw. II. *Edited by* SIR F. PALGRAVE (1830–1834). Folio. Vol. 1, 21*s*.; Vol. 2, Divisions, 1, 2, 21*s*. each, and 3, 42*s*.

ROTULI LITTERARUM CLAUSARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 2 Vols. folio. *Edited by* T. D. HARDY (1833–1844). Vol. 1, 1204–1224, 63*s*.; Vol. 2, 1224–1227, 18*s*.

PROCEEDINGS AND ORDINANCES OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. 10 Ric. II.—33 Hen. VIII. *Edited by* Sir N. H. NICOLAS (1834–1837). 7 Vols. 8vo. 14*s*. each. (*Vols.* 1–3 *out of print.*)

ROTULI LITTERARUM PATENTIUM IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1201–1216. *Edited by* T. D. HARDY (1835). 1 Vol. folio, 31*s*. 6*d*. (*Out of print.*) The Introduction, separately, 8vo. 9*s*.

ROTULI NORMANNIÆ IN TURRI LOND. ASSERVATI. 1200–1205; 1417–1418. *Edited by* T. D. HARDY (1835). 8vo. 12*s*. 6*d*.

ROTULI DE OBLATIS ET FINIBUS IN TURRI LOND. ASSERVATI, temp. Regis Johannis. *Edited by* T. D. HARDY (1835). 8vo. 18*s*.

EXCERPTA E ROTULIS FINIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. Henry III. 1216–1272. *Edited by* C. ROBERTS (1835–1836). 8vo. Vol. 1, 14*s*. Vol. 2, 18*s*.

FINES, SIVE PEDES FINIUM: SIVE FINALES CONCORDIÆ IN CURIA DOMINI REGIS. 7 Richard I.—16 John, 1195–1214. *Edited by* the Rev. J. HUNTER (1835–1844). In Counties. 8vo. Vol. 1, 8*s*. 6*d*., Vol. 2, 2*s*. 6*d*.

ANCIENT KALENDARS AND INVENTORIES OF THE TREASURY OF HIS MAJESTY'S EXCHEQUER; with Documents illustrating its History. *Edited by* Sir F. PALGRAVE (1836). 3 Vols. 8vo. 42*s*.

DOCUMENTS AND RECORDS illustrating the History of Scotland, and Transactions between Scotland and England; preserved in the Treasury of Her Majesty's Exchequer. *Edited by* Sir F. PALGRAVE (1837). 8vo. 18*s*.

Rotuli Chartarum in Turri Londinensi asservati. 1199–1216. *Edited by* T. D. Hardy (1837). Folio. 30*s.*

Report of the Proceedings of the Record Commissioners, 1831–1837. Folio (1837). 8*s.*

Ancient Laws and Institutes of England; comprising Laws enacted under the Anglo-Saxon Kings, with translation of the Saxon; the Laws called Edward the Confessor's; the Laws of William the Conqueror, and those ascribed to Henry I.; Monumenta Ecclesiastica Anglicana, from 7th to 10th century; and Ancient Latin Version of the Anglo-Saxon Laws. *Edited by* B. Thorpe. 1 Vol. folio, 40*s.* 2 Vols. 8vo., 30*s.* (*Vol.* 1 *is out of print.*)

Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising Laws supposed to be enacted by Howel the Good, modified by Regulations prior to the Conquest by Edward I.; and anomalous Laws, principally of Institutions which continued in force. With translation. Also, Latin Transcripts, containing Digests of Laws, principally of the Dimetian Code. *Edited by* Aneurin Owen (1841). 1 Vol. folio. 44*s.* 2 Vols. 8vo., 36*s.*

Rotuli de Liberate ac de Misis et Præstitis, Regnante Johanne. *Edited by* T. D. Hardy (1844). 8vo. 6*s.*

Documents Illustrative of English History in the 13th and 14th centuries, from the Records of the Queen's Remembrancer in the Exchequer. *Edited by* H. Cole (1844). Folio. 45*s.* 6*d.*

Modus Tenendi Parliamentum. An Ancient Treatise on the Mode of holding the Parliament in England. *Edited by* T. D. Hardy (1846). 8vo. 2*s.* 6*d.*

Registrum Magni Sigilli Regum Scotorum in Archivis Publicis asservatum. Vol. I. 1306–1424. (*For continuation see page* 35.) *Edited by* T. Thomson (1814). Folio. 10*s.* 6*d.*

Acts of the Parliaments of Scotland. *Edited by* T. Thomson and C. Innes (1814–1875). Folio. Vol. 1, 42*s.*; Vols. 2, 3, and 4, 10*s.* 6*d.* each; Vols. 5 and 6 (in three Parts), 21*s.* each Part; Vols. 7, 8, 9, 10, and 11, 10*s.* 6*d.* each; Vol. 12 (Index), 63*s.* Or, 12 Vols. in 13, 12*l.* 12*s.* (*A Revised Edition of the* Acts of the Parliaments of Scotland, 1424–1707, *was published in* 1908 *for the* Statute Law Committee. 1 Vol. 10*s.*)

Acts of the Lords Auditors of Causes and Complaints (Acta Dominorum Auditorum). 1466–1494. *Edited by* T. Thomson (1839). Folio. 10*s.* 6*d.*

Acts of the Lords of Council in Civil Causes (Acta Dominorum Concilii). 1478–1495. *Edited by* T. Thomson (1839). Folio. 10*s.* 6*d.*

Issue Roll of Thomas de Brantingham, Bishop of Exeter, Lord High Treasurer, containing Payments out of the Revenue, 44 Edw. III., 1370. *Edited by* F. Devon. 8vo., 25*s.*

Issues of the Exchequer, Henry III.—Henry VI.; from the Pell Records. *Edited by* F. Devon. 4to., 40*s.* Or, 8vo. 30*s.*

Issues of the Exchequer, James I.; from the Pell Records. *Edited by* F. Devon (1836). 4to., 30*s.* Or, 8vo. 21*s.*

Handbook to the Public Records. *By* F. S. Thomas (1853). 8vo. 12*s.*

Historical Notes relative to the History of England. Henry VIII.—Anne, 1509–1714. A Book of Reference for ascertaining the Dates of Events. *By* F. S. Thomas (1856). 3 Vols. 8vo. 40*s.*

State Papers, during the reign of Henry the Eighth: with Indices of Persons and Places. 11 Vols. 4to. (1830–1852). 10*s.* 6*d.* each.

Vol. I.—Domestic Correspondence.
Vols. II. and III.—Correspondence relating to Ireland.
Vols. IV. and V.—Correspondence relating to Scotland.
Vols. VI. to XI.—Correspondence between England and Foreign Courts.

Monumenta Historica Britannica. *Edited by* H. Petrie, the Rev. J. Sharpe, and T. D. Hardy (1848). Folio. 42*s.*

REPORTS ON THE UTRECHT PSALTER.

The Athanasian Creed in Connexion with the Utrecht Psalter; being a Report to the Right Honourable Lord Romilly, Master of the Rolls, on a Manuscript in the University of Utrecht, by Sir T. D. Hardy, D.C.L. 1872. 4to. 2 facsimiles. 20*s.*

Further Report on the Utrecht Psalter; in answer to the Eighth Report made to the Trustees of the British Museum, and edited by the Dean of Westminster. By Sir T. D. Hardy, D.C.L. 1874. 4to. 10*s.*

WORKS PUBLISHED IN PHOTOZINCOGRAPHY.

DOMESDAY BOOK, or the GREAT SURVEY OF ENGLAND OF WILLIAM THE CONQUEROR, 1086; fac-simile of the Part relating to each county, separately (with a few exceptions of double counties). Photozincographed at the Ordnance Survey Office, Southampton.

Domesday Book was printed *verbatim et literatim* during the 18th century, in consequence of an address of the House of Lords to King George III. in 1767. It was not, however, commenced until 1773, and was completed early in 1783. In 1860, Her Majesty's Government, with the concurrence of the Master of the Rolls, determined to apply the art of photozincography in the production of a fac-simile of Domesday Book.

In Great Domesday Book.	*Price.*
Bedfordshire	8/0
Berkshire	8/0
Buckingham	8/0
Cambridge	10/0
Cheshire and Lancashire	8/0
Cornwall	8/0
Derbyshire	8/0
Devonshire	10/0
Dorsetshire	8/0
Gloucestershire (*out of print*)	
Hampshire	10/0
Herefordshire	8/0
Hertfordshire	10/0
Huntingdonshire	8/0
Kent (*out of print*)	
Lancashire (*see* Cheshire and Lancashire)	
Leicestershire and Rutlandshire	8/0
Lincolnshire	21/0
Middlesex	8/0
Northamptonshire	8/0
Nottinghamshire	10/0
Oxfordshire	8/0
Rutlandshire (*see* Leicestershire)	
Shropshire (*out of print*)	
Somersetshire (*out of print*)	
Staffordshire (*out of print*)	
Surrey	8/0
Sussex	10/0
Warwickshire (*out of print*)	
Wiltshire	10/0
Worcestershire	8/0
Yorkshire (*out of print*)	
In Little Domesday Book.	
Essex	16/0
Norfolk	23/0
Suffolk	22/0

TRANSLATION OF THE DOMESDAY BOOK:—Cornwall, 5/0.

FAC-SIMILES OF NATIONAL MANUSCRIPTS, from WILLIAM THE CONQUEROR to QUEEN ANNE, selected under the direction of the Master of the Rolls and Photozincographed by the ORDNANCE SURVEY, and edited by W. BASEVI SANDERS. *Price*, each Part, with translations and notes, 16*s*.

Part I. (William the Conqueror to Henry VII.). 1865. (*Out of print.*)

Part II. (Henry VII. and Edward VI.). 1866.

Part III. (Mary and Elizabeth). 1867.

Part IV. (James I. to Anne). 1868.

The first Part extends from William the Conqueror to Henry VII., and contains autographs of the kings of England, as well as of many other illustrious personages famous in history, and some interesting charters, letters patent, and state papers. The second Part, for the reigns of Henry VIII. and Edward VI., consists principally of holograph letters, and autographs of kings, princes, statesmen, and other persons of great historical interest, who lived during those reigns. The third Part contains similar documents for the reigns of Mary and Elizabeth, including a signed bill of Lady Jane Grey. The fourth Part concludes the series, and comprises a number of documents taken from the originals belonging to the Constable of the Tower of London; also several records illustrative of the Gunpowder Plot, and a woodcut containing portraits of Mary Queen of Scots and James VI., circulated by their adherents in England, 1580–3.

FAC-SIMILES OF ANGLO-SAXON MANUSCRIPTS. Photozincographed by the ORDNANCE SURVEY, and edited by W. BASEVI SANDERS. Part I. *Price* 2*l.* 10*s.*

The Ango-Saxon MSS. represented in this volume form the earlier portions of the collection of archives belonging to the Dean and Chapter of Canterbury, and consist of a series of 25 charters, deeds, and wills, commencing with a record of proceedings at the first Synodal Council of Clovesho in 742, and terminating with the first part of a tripartite chirograph of the sixth year of the reign of Edward the Confessor.

Part II. *Price* 3*l.* 10*s.*

(Also separately. Edward the Confessor's Charter. *Price* 2*s.*)

The originals of the fac-similes contained in this volume belong to the Deans and Chapters of Westminster, Exeter, Wells, Winchester, and Worcester; the Marquis of Bath, the Earl of Ilchester, Winchester College, Her Majesty's Public Record Office, Bodleian Library, Somersetshire Archæological and National History Society's Museum in Taunton Castle, and William Salt Library at Stafford. They consist of charters and other documents granted by, or during the reigns of, Baldred, Æthelred, Offa, and Burgred, Kings of Mercia; Uhtred of the Huiccas, Caedwalla and Ini of Wessex; Æthelwulf, Eadward the Elder, Æthelstan, Eadmund the First, Eadred, Eadwig, Eadgar, Eadward the Second, Æthelred the Second, Cnut, Eadward the Confessor, and William the Conqueror, embracing altogether a period of nearly four hundred years.

Part III. *Price* 6*l.* 6*s.*

This volume contains fac-similes of the Ashburnham Collection of Anglo-Saxon Charters, &c., including King Alfred's will. The MSS. represented in it range from A.D. 697 to A.D. 1161, being charters, wills, deeds, and reports of Synodal transactions during the reigns of Kings Wihtred of Kent, Offa, Eardwulf, Coenwulf, Cuthred, Beornwulf, Æthelwulf, Ælfred, Eadward the Elder, Eadmund, Eadred, Queen Eadgifu, and Kings Eadgar, Æthelred the Second, Cnut, Henry the First, and Henry the Second. In addition to these are two belonging to the Marquis of Anglesey, one of them being the Foundation Charter of Burton Abbey by Æthelred the Second, with the testament of its great benefactor Wulfric.

HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION.

REPORTS OF THE ROYAL COMMISSIONERS APPOINTED TO INQUIRE WHAT PAPERS AND MANUSCRIPTS BELONGING TO PRIVATE FAMILIES AND INSTITUTIONS ARE EXTANT WHICH WOULD BE OF UTILITY IN THE ILLUSTRATION OF HISTORY, CONSTITUTIONAL LAW, SCIENCE, AND GENERAL LITERATURE.

(*Size, to Ninth Report, Part III., inclusive, F'cap; after that, 8vo.*)

(Dates in parentheses show years of Reprints.)

Date.	——	No. of Paper.	Price. s. d.
1870 (1874)	FIRST REPORT, WITH APPENDIX .. .. ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Abingdon, and other Corporations, &c. SCOTLAND. Advocates' Library, Glasgow Corporation, &c. IRELAND. Dublin, Cork, and other Corporations, &c.	C. 55	1 6
1871	SECOND REPORT, WITH APPENDIX, AND INDEX TO THE FIRST AND SECOND REPORTS .. .. ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Oxford Colleges; Monastery of Dominican Friars at Woodchester, Duke of Bedford, Earl Spencer, &c. SCOTLAND. Aberdeen and St. Andrew's Universities, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde; Dr. Lyons, &c.	C. 441	3 10
1872 (1895)	THIRD REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX ENGLAND. House of Lords; Cambridge Colleges; Stonyhurst College; Bridgwater and other Corporations; Duke of Northumberland, Marquis of Lansdowne, Marquis of Bath, &c. SCOTLAND. University of Glasgow; Duke of Montrose, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde; Black Book of Limerick, &c.	C. 673	6 0
1873	FOURTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. ENGLAND. House of Lords; Westminster Abbey; Cambridge and Oxford Colleges; Cinque Ports, Hythe, and other Corporations; Marquis of Bath, Earl of Denbigh, &c. SCOTLAND. Duke of Argyll, &c. IRELAND. Trinity College, Dublin; Marquis of Ormonde.	C. 857	6 8
1873	DITTO. PART II. INDEX	C. 857-i	2 6
1876	FIFTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. ENGLAND. House of Lords; Oxford and Cambridge Colleges; Dean and Chapter of Canterbury; Rye, Lydd, and other Corporations; Duke of Sutherland, Marquis of Lansdowne, Reginald Cholmondeley, Esq., &c. SCOTLAND. Earl of Aberdeen, &c.	C. 1432	7 0
1876	DITTO. PART II. INDEX	C. 1432-i	3 6

Date.	——	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1877	SIXTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. ENGLAND. House of Lords ; Oxford and Cambridge Colleges ; Lambeth Palace ; Black Book of the Archdeacon of Canterbury ; Bridport, Wallingford, and other Corporations ; Lord Leconfield, Sir Reginald Graham, Sir Henry Ingilby, &c. SCOTLAND. Duke of Argyll, Earl of Moray, &c. IRELAND. Marquis of Ormonde.	C. 1745	8 6
1878 (1893)	DITTO. PART II. INDEX	C. 2102	1 10
1879 (1895)	SEVENTH REPORT, WITH APPENDIX. PART I. House of Lords ; County of Somerset ; Earl of Egmont, Sir Frederick Graham, Sir Harry Verney, &c.	C. 2340	7 6
1879 (1895)	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX .. Duke of Atholl, Marquis of Ormonde, Sir S. F. Livingstone, &c.	C. 2340-i	3 6
1881	EIGHTH REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX. PART I.	C. 3040	*Out of print.*
	Re-issued, 1907, *as Stationery Office publications*— Report and Appendix, Part I., Section I. Price 6*s*. 8vo :— Duke of Marlborough ; Earl of Portsmouth ; Earl of Jersey ; House of Lords ; Lord Emly ; Ralph Bankes, Esq., Geo. Wingfield Digby, Esq. ; Royal College of Physicians ; Corporation of Trinity House. Report and Appendix, Part I., Section II. 1908. Price 6*s*. 8vo. :— Magdalen College, Oxford ; Corporation of Pontefract ; Lord Braybrooke ; Viscount Arbuthnott ; Earl of Glasgow ; Miss Hamilton of Burns and Cochno ; Alex. C. Stuart, Esq., of Eaglescarnie ; Dean and Chapter of Canterbury ; Corporations of Chester and Leicester ; The O'Conor Don, M.P. ; Lord Talbot de Malahide ; Marquis of Ormonde. Report and Appendix and Index. Part I. Section III. 1909. Price 4*s*. 6*d*. 8vo :— Earl of Denbigh ; Trinity College, Dublin ; Ewelme Almshouse ; Queen Anne's Bounty ; Edw. Hailstone, Esq. ; Church of St. Andrew, Worcester ; Bishop Bubwith's Almshouses, Wells ; Derry Diocesan Library : G. H. Finch, Esq.		
1881	DITTO. PART II. APPENDIX AND INDEX. Duke of Manchester. *Re-issued*, 1910, *as a Stationery Office publication*— Appendix and Index. Part II. Price 3*s*. 6*d*. 8vo. Duke of Manchester.	C. 3040-i	*Out of print.*
1881	DITTO. PART III. APPENDIX AND INDEX. Earl of Ashburnham.	C. 3040 ii	*Out of print.*
1883 (1895)	NINTH REPORT, WITH APPENDIX AND INDEX. PART I. .. .. St. Paul's and Canterbury Cathedrals ; Eton College ; Carlisle, Yarmouth, Canterbury, and Barnstaple Corporations, &c.	C. 3773	5 2

Date.	——	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1884 (1895)	NINTH REPORT. PART II. APPENDIX AND INDEX. ENGLAND. House of Lords; Earl of Leicester; C. Pole Gell, Alfred Morrison, Esqs., &c. SCOTLAND. Lord Elphinstone, H. C. Maxwell Stuart, Esq., &c. IRELAND. Duke of Leinster, Marquis of Drogheda, &c.	C. 3773-i	6 3
1884	DITTO. PART III. APPENDIX AND INDEX .. Mrs. Stopford Sackville [re-issued, 1904, revised and extended, as Vol. I., Cd. 1892. Price 1*s.* 10*d.* 8vo.]	C. 3773-ii	*Out of print.*
	CALENDAR OF THE MANUSCRIPTS OF THE MARQUIS OF SALISBURY, K.G. (or CECIL		
1883	MSS.).		
(1895)	PART I. 1306–1571	C. 3777	3 5
1888	PART II. 1572–1582	C. 5463	3 5
1889	PART III. 1583–1589	C. 5889-v	2 1
1892	PART IV. 1590–1594	C. 6823	2 11
1894	PART V. 1594–1596	C. 7574	2 6
1896	PART VI. 1596	C. 7884	2 8
1899	PART VII. 1597	C. 9246	2 8
1899	PART VIII. 1598	C. 9467	2 8
1902	PART IX. 1599	Cd. 928	2 3
1904	PART X. 1600	Cd. 2052	2 3
1906	PART XI. 1601	Cd. 3134	2 10
1910	PART XII. 1602	Cd. 5291	2 3
1885	TENTH REPORT .. .. (*Re-issued,* 1906, *as a Stationery Office Publication. Price* 6*d.*)	C. 4548	*Out of print.*
	This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:		
1885 (1895)	(1.) Earl of Eglinton, Sir J. S. Maxwell, Bart., and C. S. H. D. Moray, C. F. Weston Underwood, G.W. Digby, Esqs.	C. 4575	3 7
1885	(2.) The Family of Gawdy	C. 4576-iii	1 4
1885	(3.) Wells Cathedral .. .. [Re-issued, 1906, revised and extended, as Cd. 2810. 2*s.* 11*d.* 8vo.]	C. 4576-ii	*Out of print.*
1885	(4.) Earl of Westmorland; Capt. Stewart; Lord Stafford; Sir N. W. Throckmorton; Sir P. T. Mainwaring, Lord Muncaster, M.P., Capt. J. F. Bagot, Earl of Kilmorey, Earl of Powis, and others; the Corporations of Kendal, Wenlock, Bridgnorth, Eye, Plymouth; the County of Essex; and Stonyhurst College. (*Re-issued,* 1906, *as a Stationery Office Publication. Price* 6*s.*)	C. 4576	*Out of print.*
1885 (1895)	(5.) Marquis of Ormonde, Earl of Fingall, Corporations of Galway and Waterford, Sees of Dublin and Ossory, the Jesuits in Ireland.	C. 4576-i	2 10
1887	(6.) Marquis of Abergavenny; Lord Braye; G. F. Luttrell, P. P. Bouverie, W. Bromley Davenport, R.T. Balfour, Esqs.	C. 5242	1 7
1887	ELEVENTH REPORT	C. 5060-vi	0 3
	This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:		
1887	(1.) H. D. Skrine, Esq., Salvetti Correspondence	C. 5060	1 1
1887	(2.) House of Lords, 1678–1688	C. 5060-i	2 0
1887	(3.) Corporations of Southampton and Lynn	C. 5060-ii	1 8

Date.	—	No. of Paper.	Price.
			s. d.
	ELEVENTH REPORT: APPENDICES AND INDEXES—*cont.*		
1887	(4.) Marquess Townshend	C. 5060-iii	2 6
1887	(5.) Earl of Dartmouth	C. 5060-iv	2 8
1887	(6.) Duke of Hamilton	C. 5060-v	1 6
1888	(7.) Duke of Leeds, Marchioness of Waterford, Lord Hothfield, &c.; Bridgwater Trust Office, Reading Corporation, Inner Temple Library.	C. 5612	2 0
1890	TWELFTH REPORT	C. 5889	0 3
	This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:		
1888	(1.) Earl Cowper, K.G. (Coke MSS., at Melbourne Hall, Derby). Vol. I.	C. 5472	2 7
1888	(2.) Ditto. Vol. II.	C. 5613	2 5
1889	(3.) Ditto. Vol. III.	C. 5889-i	1 4
1888	(4.) Duke of Rutland, G.C.B. Vol. I.	C. 5614	*Out of print.*
1891	(5.) Ditto. Vol. II.	C. 5889-ii	2 0
1890	(6.) House of Lords, 1689–1690	C. 5889-iii	2 1½
1890	(7.) S. H. le Fleming, Esq., of Rydal ..	C. 5889-iv	1 11
1891	(8.) Duke of Athole, K.T., Earl of Home	C. 6338	1 0
1891	(9.) Duke of Beaufort, K.G., Earl of Donoughmore; J. H. Gurney, W. W. B. Hulton, R. W. Ketton, G. A. Aitken, P. V. Smith, Esqs.; Bishop of Ely; Cathedrals of Ely, Gloucester, Lincoln and Peterborough; Corporations of Gloucester, Higham Ferrers, and Newark; Southwell Minster; Lincoln District Registry.	C. 6338-i	2 6
1891	(10.) First Earl of Charlemont. Vol. I.	C. 6338-ii	1 11
1892	THIRTEENTH REPORT	C. 6827	0 3
	This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:		
1891	(1.) Duke of Portland. Vol. I.	C. 6474	3 0
1893	(2.) Ditto. Vol. II.	C. 6827-i	2 0
1892	(3.) J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore. Vol. I.	C. 6660	2 7
1892	(4.) Corporations of Rye, Hastings, and Hereford; Captain F. C. Loder-Symonds; E. R. Wodehouse, M.P., J. Dovaston, Esqs.; Sir T. B. Leonard, Bart., Rev. W. D. Macray, and Earl of Dartmouth (Supplementary Report).	C. 6810	2 4
1892	(5.) House of Lords, 1690–1691	C. 6822	2 4
1893	(6.) Sir W. Fitzherbert, Bart.; the Delaval Family, of Seaton Delaval; Earl of Ancaster; General Lyttelton-Annesley.	C. 7166	1 4
1893	(7.) Earl of Lonsdale	C. 7241	1 3
1893	(8.) First Earl of Charlemont. Vol. II.	C. 7424	1 11
1896	FOURTEENTH REPORT	C. 7983	0 3
	This is introductory to the following APPENDICES AND INDEXES:		
1894	(1.) Duke of Rutland, G.C.B. Vol. III.	C. 7476	1 11
1894	(2.) Duke of Portland. Vol. III. ..	C. 7569	2 8
1894	(3.) Duke of Roxburghe; Sir H. H. Campbell, Bart.; Earl of Strathmore; Countess Dowager of Seafield.	C. 7570	1 2
1894	(4.) Lord Kenyon	C. 7571	2 10
1896	(5.) J. B. Fortescue, Esq., of Dropmore. Vol. II.	C. 7572	2 8

Date.	——	No. of Paper.	Price.
			s. d.
	FOURTEENTH REPORT: APPENDICES AND INDEXES—*cont.*		
1895	(6.) House of Lords, 1692–93 .. .. .. (*Manuscripts of the House of Lords, 1693–1695. Vol. I. (New Series). See H. L. No.* (5) *of* 1900. *Price* 2*s.* 2*d.* *Ditto.* 1695–1697. *Vol. II. See H.L. No.* (18) *of* 1903. *Price* 2*s.* 9*d.* *Ditto.* 1697–1699. *Vol. III. See H.L. No.* (175) *of* 1905. *Price* 2*s.*) *Ditto.* 1699–1702. *Vol. IV. See H.L. No.* (7) 1908. *Price* 2*s.* 9*d.* *Ditto.* 1702–1704. *Vol. V. See H.L. No.* (62) 1910. *Price* 2*s.* 8*d.*	C. 7573	1
1895	(7.) Marquis of Ormonde	C. 7678	1 10
1895	(8.) Lincoln, Bury St. Edmunds, Hertford and Great Grimsby Corporations; Dean and Chapter of Worcester, and of Lichfield; Bishop's Registry of Worcester.	C. 7881	1 5
1895	(9.) Earl of Buckinghamshire; Earl of Lindsey; Earl of Onslow; Lord Emly; T. J. Hare, Esq., J. Round, Esq., M.P.	C. 7882	2 6
1895	(10.) Earl of Dartmouth. Vol. II. American Papers.	C. 7883	2 9
1899	FIFTEENTH REPORT .. .. This is introductory to the following	C. 9295	0 4
	APPENDICES AND INDEXES:		
1896	(1.) Earl of Dartmouth. Vol. III. ..	C. 8156	1 5
1897	(2.) J. Eliot Hodgkin, Esq.	C. 8327	1 8
1897	(3.) Charles Haliday, Esq., of Dublin; Acts of the Privy Council in Ireland, 1556–1571; Sir William Ussher's Table to the Council Book; Table to the Red Council Book.	C. 8364	1 4
1897	(4.) Duke of Portland. Vol. IV. ..	C. 8497	2 11
1897	(5.) Right Hon. F. J. Savile Foljambe ..	C. 8550	0 10
1897	(6.) Earl of Carlisle, Castle Howard ..	C. 8551	3 6
1897	(7.) Duke of Somerset; Marquis of Ailesbury; Sir F. G. Puleston, Bart.	C. 8552	1 9
1897	(8.) Duke of Buccleuch and Queensberry, at Drumlanrig. Vol. I.	C. 8553	1 4
1897	(9.) J. J. Hope Johnstone, Esq., of Annandale.	C. 8554	1 0
1899	(10.) Shrewsbury and Coventry Corporations; Sir H. O. Corbet, Bart., Earl of Radnor, P. T. Tillard, J. R. Carr-Ellison, Andrew Kingsmill, Esqs.	C. 9472	1 0
	MANUSCRIPTS IN THE WELSH LANGUAGE:		
1898	Vol. I. Lord Mostyn, at Mostyn Hall ..	C. 8829	1 4
1899	Vol. I. Part II. W. R. M. Wynne, Esq., of Peniarth.	C. 9468	2 11
1905	Vol. I. Part III. Peniarth. Sir T. Williams; John Jones, Robert Vaughan, Esqs.	Cd. 2443	0 8
1902	Vol. II. Part I. Jesus College, Oxford; Free Library, Cardiff; Havod; Wrexham; Llanwrin; Merthyr; Aberdar.	Cd. 1100	1 9
1903	Vol. II. Part II. Plas Llan Stephan; Free Library, Cardiff.	Cd. 1692	1 8
1905	Vol. II. Part III. Panton; Cwrtmawr ..	Cd. 2444	0 8
1910	Vol. II. Part IV. The British Museum.	Cd. 5353	1 0

Date.	——	No of Paper.	Price.
			s. d.
1899	Manuscripts. Duke of Buccleuch and Queensberry, K.G., K.T., at Montagu House, Whitehall. Vol. I.	C. 9244	2 7
1903	Ditto. Ditto. Vol. II. Part I.	Cd. 930	1 10
1903	Ditto. Ditto. Vol. II. Part II.	Cd. 930-i	1 11
1903	Ditto. Ditto. At Drumlanrig Castle. Vol. II.	Cd. 1827	1 1
1899	Ditto. Marquess of Ormonde, K.P., at Kilkenny Castle. Vol. II.	C. 9245	2 0
1909	Ditto. Ditto. Index to Vols. I. and II. ..	C. 4774	0 11½
1902	Ditto. Ditto. New Series. Vol. I. ..	Cd. 929	1 7
1903	Ditto. Ditto. Ditto. Vol. II. ..	Cd. 1691	1 10
1904	Ditto. Ditto. Ditto. Vol. III. ..	Cd. 1963	2 0
1906	Ditto. Ditto. Ditto. Vol. IV. ..	Cd. 3008	3 0
1908	Ditto. Ditto. Ditto. Vol. V. ..	Cd. 4116	2 10
1911	Ditto. Ditto. Ditto. Vol. VI. ..	Cd. 5288	2 6
1904	Ditto. Mrs. Stopford-Sackville. Vol. I. ..	Cd. 1892	1 10
1910	Ditto. Ditto. Vol. II.	Cd. 5038	1 6
1899	Ditto. Duke of Portland, K.G. Vol. V.	C. 9466	2 9
1901	Ditto. Ditto. Vol. VI, with Index to Vols. III.–VI.	Cd. 676	1 9
1901	Ditto. Ditto. Vol. VII.	Cd. 783	2 3
1907	Ditto. Ditto. Vol. VIII.	Cd. 3475	1 10
1899	Ditto. J. M. Heathcote, Esq.	C. 9469	1 3
1899	Ditto. J. B. Fortescue, Esq. Vol. III. ..	C. 9470	3 1
1905	Ditto. Ditto. Vol. IV.	Cd. 2233	2 6
1906	Ditto. Ditto. Vol. V.	Cd. 2811	2 4
1908	Ditto. Ditto. Vol. VI.	Cd. 3670	2 5
1910	Ditto. Ditto. Vol. VII.	Cd. 5290	1 11
1899	Ditto. F. W. Leyborne-Popham, Esq. ..	C. 9471	1 6
1900	Ditto. Mrs. Frankland-Russell-Astley ..	Cd. 282	2 0
1900	Ditto. Lord Montagu of Beaulieu	Cd. 283	1 1
1900	Ditto. Beverley Corporation	Cd. 284	1 0
1901	Ditto. Various Collections. Vol. I. Corporations of Berwick-on-Tweed, Burford and Lostwithiel; Counties of Wilts and Worcester; Bishop of Chichester; Dean and Chapter of Chichester, Canterbury, and Salisbury.	Cd. 784	2 0
1903	Ditto. Ditto. Vol. II. Sir Geo. Wombwell, Duke of Norfolk, Lord Edmund Talbot (the Shrewsbury Papers), Miss Buxton, Mrs. Harford and Mrs. Wentworth of Woolley.	Cd. 932	2 4
1904	Ditto. Ditto. Vol. III. T. B. Clarke-Thornhill, Esq., Sir T. Barrett-Lennard, Bart., Pelham R. Papillon, W. Cleverley Alexander, Esqs.	Cd. 1964	1 6
1907	Ditto. Ditto. Vol. IV. Bishop of Salisbury; Bishop of Exeter; Dean and Chapter of Exeter; Earl of Leicester; Sir W. Clayton, Bart.; Major Money-Kyrle; F. H. T. Jervoise, Esq.; Glemham Hall; Corporations of Salisbury, Orford, and Aldeburgh.	Cd. 3218	1 9
1909	Ditto. Ditto. Vol. V. Colonel Mordaunt Hay of Duns Castle; Sir Archibald Edmonstone of Duntreath; Sir John Graham of Fintry, K.C.M.G.	Cd. 4600	1 4
1909	Ditto. Ditto. Vol. VI. Miss M. Eyre Matcham; Captain H. V. Knox; C. Wykeham-Martin, K. B. Tighe, Esqs., Lord Oranmore and Browne.	Cd. 4382	2 3
1902	Calendar of the Stuart Manuscripts at Windsor Castle, belonging to His Majesty the King. Vol. I.	Cd. 927	2 11

Date.	———	No. of Paper.	Price.
			s. d.
1904	Calendar of the Stuart Manuscripts at Windsor Castle, belonging to His Majesty the King. Vol. II.	Cd. 2189	2 9
1907	Ditto. Vol. III.	Cd. 3430	2 10
1910	Ditto. Vol. IV.	Cd. 5046	2 9
1902	Manuscripts. Colonel David Milne-Home, of Wedderburn Castle, N.B.	Cd. 931	1 4
1904	Ditto. Marquess of Bath, at Longleat, Wiltshire. Vol. I.	Cd. 2048	1 9
1907	Ditto. Ditto. Vol. II.	Cd. 3474	1 0
1908	Ditto. Ditto. Vol. III. (Prior Papers)..	Cd. 3849	2 5
1904	American Manuscripts in the Royal Institution of Great Britain. Vol. I.	Cd. 2201	2 3
1906	Ditto. Vol. II.	Cd. 2897	2 6
1907	Ditto. Vol. III.	Cd. 3669	1 11
1909	Ditto. Vol. IV.	Cd. 4773	2 3
1904	SIXTEENTH REPORT (containing a list of the owners of Manuscripts upon whose collections Reports have been made to July, 1904).	Cd. 2209	0 9
1904	Manuscripts. Earl of Mar and Kellie, at Alloa House, N.B.	Cd. 2190	2 7
1905	Ditto. Lady Du Cane	Cd. 2367	2 6
1905	Ditto. Marquess of Lothian, at Blickling Hall.	Cd. 2319	2 2
1905	Ditto. Earl of Egmont. Vol. I. Part I. ..	Cd. 2318	1 8
1905	Ditto. Ditto. Vol. I. Part II.	Cd. 2570	1 9
	Ditto. Ditto. Vol. II.	Cd. 4599	1 3
1905	Ditto. Duke of Rutland. Vol. IV. ..	Cd. 2606	2 9
1906	Ditto. Earl of Verulam	Cd. 2973	1 4
1906	Ditto. (Franciscan) at the Convent, Merchants' Quay, Dublin.	Cd. 2867	1 4
1907	Ditto. Dean and Chapter of Wells	Cd. 2810	2 11
1907	Ditto. Earl of Ancaster, at Grimsthorpe ..	Cd. 3429	2 7
1907	SEVENTEENTH REPORT (containing a List of the owners of Manuscripts upon whose collections Reports have been made to June, 1907.	Cd. 3737	0 11
1911	Manuscripts. Lord Polwarth. Vol. I. ..	Cd. 5289	2 11

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS.

REPORTS NOS. 1–22, IN FOLIO, PUBLISHED BETWEEN 1840 AND 1861, ARE NO LONGER ON SALE. SUBSEQUENT REPORTS ARE IN OCTAVO.

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1862	23	Proceedings	C. 2970	0 4
1863	24	Ditto	C. 3142	*Out of print.*
1864	25	Calendar of Crown Leases, 33–38 Hen. VIII.—Calendar of Bills and Answers, &c., Hen. VIII.—Ph. and Mary for Cheshire and Flintshire. —List of Lords High Treasurer and Chief Commissioners of the Treasury, from Hen. VII.	C. 3318	*Out of print.*
1865	26	List of Plans annexed to Inclosure Awards, 31 Geo. II.–7 Will. IV.—Calendar of Privy Seals, &c., for Cheshire and Flintshire, Hen. VI.–Eliz.—Calendar of Writs of General Livery, &c., for Cheshire, Eliz.–Charles I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. III. and Edw. I.	C. 3492	*Out of print.*
1866	27	List of Awards of Inclosure Commissioners.—References to Charters in the Cartæ Antiquæ and the Confirmation Rolls of Chancery, Ethelbert of Kent-James I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Edw. II.	C. 3717	*Out of print.*
1867	28	Calendar of Fines, Cheshire and Flintshire, Edw. I.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Edw. III. Table of Law Terms, from the Norman Conquest to 1 Will. IV.	C. 3839	*Out of print.*
1868	29	Calendar of Royal Charters.—Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Richard II.–Henry VII. —Durham Records, Letter and Report.	C. 4012	*Out of print.*
1869	30	Duchy of Lancaster, Records, Inventory—Durham Records, Inventory. —Calendar of Deeds, &c., on the Chester Plea Rolls, Hen. VIII.—Calendar of Decrees of Court of General Surveyors, 34–38 Hen. VIII. —Calendar of Royal Charters.—State Paper Office, Calendar of Documents relating to the History of, to 1800.—Tower of London. Index to Documents in custody of the Constable of.—Calendar of Dockets, &c., for Privy Seals, 1634–1711.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Venetian Ciphers.	C. 4165	*Out of print.*

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1870	31	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Royal Charters.—Durham Records, Calendar of Chancery Enrolments, Cursitor's Records.—List of Officers of Palatinate of Chester, in Cheshire and Flintshire, and North Wales.—List of Sheriffs of England, 13 Hen. I. to 4 Edw. III.	C. 187	*Out of print.*
1871	32	Part I.—Report of the Commissioners on Carte Papers.—Calendarium Genealogicum, 1 & 2 Edw. II. — Durham Records, Calendar of Cursitor's Records. Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.	C. 374	*Out of print.*
1871	—	Part II. — Charities; Calendar of Trust Deeds enrolled on the Close Rolls of Chancery, subsequent to 9 Geo. II.	C. 374-i.	*Out of print.*
1872	33	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Rolls of the Chancery of the County Palatine.—Durham Records, Calendar of the Cursitors' Records, Chancery Enrolments.—Reports on the Shaftesbury Papers.—Venetian Transcripts. — Greek Copies of the Athanasian Creed.	C. 620	*Out of print.*
873	34	Durham Records, Calendar of the Cursitors' Records, Chancery Enrolments.—Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	C. 728	1 9
1874	35	Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Charters or Grants.—Palatinate of Lancaster; Inventory and Lists of Documents transferred to the Public Record Office.—Durham Records, Calendar of Cursitors' Records.—Chancery Enrolments.—Second Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.	C. 1043	*Out of print.*
1875	36	Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Ancient Charters or Grants.—Report upon Documents in French Archives relating to British History.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, to end of reign of Hen. IV.	C. 1301	*Out of print.*
1876	37	Part I.—Durham Records, Calendar of the Cursitor's Records, Chancery Enrolments.—Duchy of Lancaster Records, Calendar of Ancient Rolls of the Chancery of the County Palatine.—List of French Ambassadors, &c. in England, 1509–1714.	C. 1544	*Out of print.*
876	—	Part II.—Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester; Hen. V.—Hen. VII.	C. 1544-i.	*Out of print.*

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1877	38	Exchequer Records, Catalogue of Special Commissions, 1 Eliz. to 10 Vict., Calendar of Depositions taken by Commission, 1 Eliz. to end of James I.—List of Representative Peers for Scotland and Ireland.	C. 1747	*Out of print.*
1878	39	Calendar of Recognizance Rolls of the Palatinate of Chester, 1 Hen. VIII.—11 Geo. IV.—Exchequer Records, Calendar of Depositions taken by Commission, Charles I.—Duchy of Lancaster Records; Calendar of Lancashire Inquisitions post Mortem, &c.—Third Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—List of Despatches of French Ambassadors to England, 1509–1714.	C. 2123	*Out of print.*
1879	40	Calendar of Depositions taken by Commission, Commonwealth — James II. — Miscellaneous Records of Queen's Remembrancer in the Exchequer.—Durham Records, Calendar of the Cursitors' Records, Chancery Enrolments. —Calendar of Duchy of Lancaster Patent Rolls, 5 Ric. II.—21 Hen. VII.	C. 2377	*Out of print.*
1880	41	Calendar of Depositions taken by Commission, William and Mary to George I.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part I.—List of Calendars, Indexes, &c., in the Public Record Office on 31st December, 1879.	C. 2658	4 8
1881	42	Calendar of Depositions taken by Commission, George II.—Calendar of Norman Rolls, Hen. V., Part II. and Glossary.—Calendar of Patent Rolls, 1 Edw. I. Transcripts from Paris.	C. 2972	4 0
1882	43	Calendar of Privy Seals, &c., 1–7 Charles I.—Duchy of Lancaster Records, Inventory of Court Rolls, Hen. III.—Geo. IV. Calendar of Privy Seals, Ric. II.—Calendar of Patent Rolls, 2 Edw. I.—Fourth Supplementary Report on the Shaftesbury Papers.—Transcripts from Paris.—Report on Libraries in Sweden.—Report on Papers relating to English History in the State Archives, Stockholm.—Report on Canadian Archives.	C. 3425	3 10
1883	44	Calendar of Patent Rolls, 3 Edw. I. —Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of French Rolls, 1–10 Hen. V.—Report from Venice. —Transcripts from Paris.—Report from Rome.	C. 3771	3 6

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1884	45	Duchy of Lancaster Records, Inventory of Ministers' and Receivers' Accounts, Edw. I.—Geo. III.—Durham Records, Cursitors' Records, Inquisitions post Mortem, &c.—Calendar of Diplomatic Documents.—Transcripts from Paris.—Reports from Rome and Stockholm.—Report on Archives of Denmark, &c.—Transcripts from Venice.—Calendar of Patent Rolls, 4 Edw. I.	C. 4425	4 3
1885	46	Presentations to Offices on the Patent Rolls, Charles II.—Transcripts from Paris. Reports from Rome.—Second Report on Archives of Denmark, &c.—Calendar of Patent Rolls, 5 Edw. I.—Catalogue of Venetian Manuscripts bequeathed by Mr. Rawdon Brown to the Public Record Office.	C. 4746	2 10
1886	47	Transcripts from Paris—Third Report on Archives of Denmark, &c.—List of Creations of Peers and Baronets, 1483–1646.—Calendar of Patent Rolls, 6 Edw. I.	C. 4888	2 2
1887	48	Calendar of Patent Rolls, 7 Edw. I.—Calendar of French Rolls, Henry VI.—Calendar of Privy Seals, &c., 8–11 Charles I.—Calendar of Diplomatic Documents.—Schedules of Valueless Documents.	C. 5234	3 6
1888	49	Calendar of Patent Rolls, 8 Edw. I.—Index to Leases and Pensions Augmentation Office).—Calendar of Star Chamber Proceedings.	C. 5596	3 3
1889	50	Calendar of Patent Rolls, 9 Edw. I. ..	C. 5847	1 2
1890	51	Proceedings	C. 6108	0 2
1891	52	Ditto	C. 6528	0 1½
1892	53	Ditto	C. 6804	0 2½
1893	54	Ditto	C. 7079	0 1½
1894	55	Ditto	C. 7444	0 1½
1895	56	Ditto	C. 7841	0 1½
1896	57	Ditto. Account of the Rolls Chapel, with eight plates of the Chapel.	C. 8271	1 0
1897	58	Ditto	C. 8543	0 1½
1898	59	Ditto	C. 8906	0 1
1899	60	Ditto	C. 9366	0 1
1900	61	Ditto	Cd. 245	0 1
1901	62	Ditto	Cd. 617	0 1
1902	63	Ditto	Cd. 1141	0 1
1903	64	Ditto	Cd. 1620	0 1
1904	65	Ditto	Cd. 2129	0 1
1905	66	Ditto	Cd. 2536	0 1
1906	67	Ditto	Cd. 2962	0 1
1907	68	Ditto	Cd. 3439	0 1
1908	69	Ditto	Cd. 4062	0 1
1909	70	Ditto	Cd. 4624	0 1
1910	71	Ditto	Cd. 5181	0 1
		Indexes to Printed Reports, viz. :—		
		Reports 1–22 (1840–1861) (bound) .	—	10 0
		„ 23–39 (1862–1878)	—	2 0

SCOTTISH RECORD PUBLICATIONS.

[Other Works relating to Scotland will be found among the Publications of the Record Commissioners, see pp. 20–21.]

1. Chronicles of the Picts and Scots, and other early Memorials of Scottish History. (*Out of print.*)
2. Ledger of Andrew Halyburton, Conservator of the Privileges of the Scotch Nation in the Netherlands (1492–1503); together with the Books of Customs and Valuation of Merchandises in Scotland, 1612. *Edited by* C. Innes. 10*s*.
3. Documents Illustrative of the History of Scotland from the Death of King Alexander the Third to the Accession of Robert Bruce, from original and authentic copies in London, Paris, Brussels, Lille, and Ghent. *Edited by* the Rev. J. Stevenson. 2 Vols. 10*s*. each.
4. Accounts of the Lord High Treasurer of Scotland. Vol. I., 473–1498. *Edited by* T. Dickson; Vol. II., 1500–1504. Vol. III., 1506–1507. Vol. IV., 1507–1513. Vol. V., 1515–1531. Vol. VI., 1531–1538. Vol. VII., 1538–1541. Vol. VIII., 1541–1546. *Edited by* Sir J. B. Paul. 10*s*. *each*.
5. Register of the Privy Council of Scotland. Vol. I., 1545–1569. Vol. II., 1569–1578. *Edited and arranged by* J. H. Burton, LL.D.; Vol. III., 1578–1585. Vol. IV., 1585–1592. (*Out of print.*) Vol. V., 1592–1599. Vol. VI., 1599–1604. Vol. VII., 1604–1607. Vol. VIII., 1607–1610. Vol. IX., 1610-1613. Vol. X., 1613–1616. Vol. XI., 1616–1619. Vol. XII., 1619–1622. Vol. XIII., 1622–1625. Vol. XIV., Addenda, 1545–1625. *Edited by* D. Masson, LL.D. 15*s*. *each*.

5a. Ditto, Second Series. Vol. I., 1625–1627. *Edited by* D. Masson, LL.D.; Vol. II., 1627–1628. Vol. III., 1629–1630. Vol. IV., 1630–1632. Vol. V., 1633–1635. Vol. VI., 1635–1637. Vol. VII., 1638–1643. Vol. VIII., 1544–1660. *Edited by* P. H. Brown, M.A., LL.D. 15*s*. *each*.

5b. Ditto, Third Series. Vol. I., 1661-1664. Vol. II., 1665–1669. Vol. III., 1669–1672. *Edited and abridged by* P. H. Brown, M.A., LL.D. 15*s*. *each*.

6. Rotuli Scaccarii Regum Scotorum. The Exchequer Rolls of Scotland. Vol. I., 1264–1359. Vol. II., 1359–1379. Vol. III., 1379–1406. Vol. IV., 1406–1436. Vol. V., 1437–1454. Vol. VI., 1455–1460. Vol. VII., 1460–1469. Vol. VIII., 1470–1479. Vol. IX., 1480–1487. Addenda, 1437–1487. Vol. X., 1488–1496. Vol. XI., 1497–1501. Vol.XII., 1502-1507. Vol. XIII., 1508–1513. Vol. XIV., 1513–1522. Vol. XV., 1523–1529. Vol. XVI., 1529–1536. Vol. XVII., 1537–1542. Vol. XVIII., 1543–1556. Vol. XIX., 1557–1567. Vol. XX., 1568–1579. Vol. XXI., 1580–1588. Vol. XXII., 1589–1594. Vol. XXIII., 1595–1600. *Edited by* J. Stuart, LL.D. (Vol. I.); G. Burnett (Vols. I. to XII.); G. Burnett and Æ. J. G. Mackay (Vols. XIII. and XIV.); and G. P. McNeil (Vols. XIV. to XXIII.) 10*s*. *each*.
7. Calendar of Documents relating to Scotland, preserved in the Public Record Office. *Edited by* J. Bain. Vol. I., 1108–1272. Vol. II., 1272–1307. Vol. III., 1307–1357. Vol. IV., 1357-1509. 15*s*. *each*.
8. Register of the Great Seal of Scotland. Vol. I., 1306–1424 (*see p.* 21). Vol. II., 1424–1513. Vol. III., 1513–1546. Vol. IV., 1546–1580. Vol. V., 1580–1593. Vol. VI., 1593–1608. Vol. VII., 1609–1620. Vol. VIII., 1620–1633. Vol. IX., 1634–1651. Vol. X., 1652–1659. *Edited by* J. B. Paul (Vol. II.); J. B. Paul and J. M. Thomson (Vol. III.); J. M. Thomson (Vols. IV. to IX.); J. H. Stevenson, M.A., and W. K. Dickson, M.A. (Vol. X.). 15*s*. *each*.
9. The Hamilton Papers. Letters and Papers illustrating the Political Relations of England and Scotland in the XVIth Century. Formerly in the possession of the Dukes of Hamilton, now in the British Museum. *Edited by* J. Bain. Vol. I., 1532–1543; Vol. II., 1543–1590. 15*s*. *each*.
10. Borders of England and Scotland. Calendar of Letters and Papers relating to the Affairs of the. Preserved in Her Majesty's Public Record Office, London. *Edited by* J. Bain. Vol. I., 1560–1594; Vol. II. 1595–1603. 15*s*. *each*.
11. State Papers relating to Scotland and Mary, Queen of Scots. Calendar of, 1547–1603. Vol. I., 1547–1563; Vol. II., 1563–1569. *Edited by* J. Bain; Vol. III., 1569–1571; Vol. IV., 1571–1574; Vol. V., 1574-1581; Vol. VI., 1581–1583. *Edited by* W. K. Boyd. 15*s*. *each*.
12. Guide to the Public Records of Scotland. By M. Livingstone, I.S.O. 1905. 3*s*. 6*d*.
13. Register of the Privy Seal of Scotland. Vol. I, 1488–1529. *Edited by* M. Livingstone, I.S.O. 15*s*.

Fac-similes of the National MSS. of Scotland. Parts I. II., and III. (*Out of print.*)

IRISH RECORD PUBLICATIONS.

1. Calendar of the Patent and Close Rolls of Chancery in Ireland, Henry VIII., Edward VI., Mary and Elizabeth, and for the 1st to the 8th Year of Charles I. *Edited by* J. Morrin. Vols. I. and III. 11*s. each.*
2. Ancient Laws and Institutes of Ireland.
   Vols. I., II., III., Senchus Mor. Vols. IV., V. Brehon Laws. Vol. VI. Glossary. 10*s. each.*
3. Annals of Ulster. Otherwise Annals of Senat, a Chronicle of Irish Affairs from 431-1131, 1155-1541. With Translation and Notes. Vol. I., 431-1056. *Edited by* W. M. Hennessy. Vol. II., 1057-1131, 1155-1378; Vol. III., 1379-1541; Vol. IV., Introduction and Index. *Edited by* B. MacCarthy, D.D. 10*s. each.*
4. Chartæ, Privilegia, et Immunitates, being transcripts of Charters and Privileges to Cities, Towns, Abbeys, and other Bodies Corporate. 18 Henry II. to 18 Richard II. (1171-1395). Printed by the Irish Record Commission, 1829-1830. 5*s.*
5. Justiciary Rolls, or Proceedings in the Court of the Justiciar of Ireland. 23rd to 31st years of Edward I. 1295-1303. *Edited by* J. Mills. 15*s.*
6. Statutes and Ordinances, and Acts of the Parliament of Ireland. King John to Henry V. *Edited by* H. F. Berry, M.A. 10*s. Continued by*
   Statute Rolls of the Parliament of Ireland. Vol. II., Henry VI. 10*s.*

Fac-similes of National Manuscripts of Ireland, from the earliest extant specimens to 1719. *Edited by* J. T. Gilbert. *Part* I. *is out of print*; Parts II. and III. 2*l.* 2*s. each;* Part IV.—1. 5*l.* 5*s.*; Part IV.—2. 4*l.* 10*s.*

This work forms a comprehensive Palæographic Series for Ireland. It furnishes characteristic specimens of the documents which have come down from each of the classes which, in past ages, formed principal elements in the population of Ireland, or exercised an influence in her affairs. With these reproductions are combined fac-similes of writings connected with eminent personages or transactions of importance in the annals of the country to the early part of the eighteenth century.

The specimens have been reproduced as nearly as possible in accordance with the originals, in dimensions, colouring, and general appearance. Characteristic examples of styles of writing and caligraphic ornamentation are, as far as practicable, associated with subjects of historic and linguistic interest. Descriptions of the various manuscripts are given by the Editor in the Introduction. The contents of the specimens are fully elucidated and printed in the original languages, opposite to the Fac-similes—line for line—without contractions—thus facilitating reference and aiding effectively those interested in palæographic studies.

In the work are also printed in full, for the first time, many original and important historical documents.

Part I. commences with the earliest Irish MSS. extant.
Part II. From the Twelfth Century to 1299.
Part III. From 1300 to end of reign of Henry VIII.
Part IV.—1. From reign of Edward VI. to that of James I.
In part IV.—2 the work is carried down to the early part of the eighteenth century, with Index to the entire publication.

Account of Fac-similes of National Manuscripts of Ireland. In one Vol., with Index. 10*s. Or separately:* Parts I. and II. together, 2*s.* 6*d.*; Part II. 1*s.* 6*d.*; Part III. 1*s.*; Part IV.—1. 2*s.*; Part IV.—2. 2*s.* 6*d.*

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPER OF THE PUBLIC RECORDS, IRELAND.

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1869	1	Contents of the Principal Record Repositories of Ireland in 1864.—Notices of Records transferred from Chancery Offices.—Irish State Papers presented by Philadelphia Library Company.	C. 4157	*Out of print.*
1870	2	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Exchequer Offices.—Index to Original Deeds received from Master Litton's Office.	C. 137	*Out of print.*
1871	3	Notices of Records transferred from Queen's Bench, Common Pleas, and Exchequer Offices.—Report on J. F. Furguson's MSS.—Exchequer Indices, &c.	C. 329	*Out of print.*
1872	4	Records of Probate Registries ..	C. 515	*Out of print.*
1873	5	Notices of Records from Queen's Bench Calendar of Fines and Recoveries of the Palatinate of Tipperary, 1664–1715.—Index to Reports to date.	C. 760	0 8
1874	6	Notices of Records transferred from Chancery, Queen's Bench, and Common Pleas Offices.—Report respecting "Facsimiles of National MSS. of Ireland."—List of Chancery Pleadings (1662–1690) and Calendar to Chancery Rolls (1662–1713) of Palatinate of Tipperary.	C. 963	*Out of print.*
1875	7	Notices of Records from Exchequer and Admiralty Offices.—Calendar and Index to Fiants of Henry VIII.	C. 1175	*Out of print.*
1876	8	Calendar and Index to Fiants of Edward VI.	C. 1469	*Out of print.*
1877	9	Index to the Liber Munerum Publicorum Hiberniæ. — Calendar and Index to Fiants of Philip and Mary.	C. 1702	*Out of print.*
1878	10	Index to Deputy Keeper's 6th, 7th, 8th, 9th, and 10th Reports.	C. 2034	*Out of print.*
1879	11	Calendar to Fiants ofElizabeth (1558–1570).	C. 2311	*Out of print.*
1880	12	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1570–1576).	C. 2583	*Out of print.*
1881	13	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1576–1583).	C. 2929	1 5
1882	14	Report of Keeper of State Papers containing Catalogue of Commonwealth Books transferred from Bermingham Tower.	C. 3215	0 6½
1883	15	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1583–1586).—Index to Deputy Keeper's 11th, 12th, 13th, 14th and 15th Reports.	C. 3676	1 0
1884	16	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1586–1595).	C. 4062	1 6

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. d.
1885	17	Report on Iron Chest of Attainders following after 1641 and 1688.—Queen's Bench Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1596–1601).	C. 4487	1 6
1886	18	Calendar to Fiants of Elizabeth, continued (1601–1603). Memorandum on Statements (1702) and Declarons (1713–14) of Huguenot Pensioners.	C. 4755	1 1
1887	19	Notice of Records of Incumbered and Landed Estates Courts.—Report of Keeper of State Papers, containing Table of Abstracts of Decrees of Innocence (1663), with Index.	C. 5185	0 6
1888	20	Calendar to Christ Church Deeds in Novum Registrum, 1174–1684. Index to 16th, 17th, 18th, 19th, and 20th Reports.	C. 5535	0 8½
1889	21	Index to Calendars of Fiants of the reign of Queen Elizabeth. Letters A—C.	C. 5835	1 0
1890	22	Catalogue of Proclamations, 1618–1660.	C. 6180	0 2½
		Index to Fiants of Elizabeth. D—Z.	C. 6180-i.	2 0
1891	23	Catalogue of Proclamations, 1661–1767.—Calendar to Christ Church Deeds, 1177–1462.	C. 6504	1 1
1892	24	Catalogue of Proclamations, 1767–1875. Contents of the Red Book of the Exchequer. Calendar to Christ Church Deeds, 1462–1602.	C. 6765	0 9½
1893	25.	Regulations respecting State Papers. Instructions for Parochial Custodians. Index to 21st to 25th Reports.	C. 7170	0 3
1894	26	Abstract of Antrim Inquisition, 3 James I., Bankruptcy Records, 1857–1872; Early Plea Rolls to 51 Edward III.	C. 7488	0 3½
		Index to the Act or Grant Books, and to Original Wills, of the Diocese of Dublin to the year 1800.	C. 7488-i.	*Out of print.*
1895	27	Records from Courts and Offices transferred to, and deposited at, the Public Record Office in Ireland.	C. 7802	0 2½
1896	—	Index to Calendars of Christ Church Deeds, 1174–1684, contained in Appendices to 20th, 23rd, and 24th Reports.	C. 8080	0 5½
1896	28	(1.) Report on the Early Plea Rolls, continued from 51 Edward III.; (2.) Table showing present Custodies of Parochial Records.	C. 8163	0 5½
1897	29	Copy and Translation of Five Instruments of Record in the Public Record Office of Ireland, written in the Irish Character and Tongue, 1584–1606.	C. 8567	0 3
1898	30	Report on MSS. of Sir T. Phillips' Library; Index to Deputy Keeper's 26th to 30th Reports.	C. 9030	0 3½
1899	31	Report of Proceedings, and Appendix (1.) Corrections to the Addenda to the Dublin Grants Index in Appendix to the 26th Report; (2.) Notes on the Departmental Letters and Official Papers, 1760–1789.	C. 9478	0 5½

Date.	No. of Report	Chief Contents.	No. of Paper.	Price.
				s. *d.*
1900	—	Index to the Act or Grant Book and Original Wills of the Diocese of Dublin from 1800–1858.	Cd. 4	4 7
1900	32	Report of Proceedings and Appendix. —Report on the Records of the Clerks of the Crown and Peace transferred prior to 1900.	Cd. 274	0 6
1901	33	Report of Proceedings and Appendix (1.) Notes on Manuscript Volumes connected with the Irish Revenue, the Court of Trustees of Forfeited Estates, &c., in the possession of Earl Annesley; (2.) Report on the Books of the Treasury and Accounting Departments in Ireland.	Cd. 729	0 5
1902	34	Report of Proceedings and Appendix (1.) List of Maps presented by Commissioners of Woods and Forests; (2.) Report on Register of Irregular Marriages, 1799–1844.	Cd. 1176	0 2½
1903	35	Report on Proceedings and Appendix (1.) Regulations as to access to Military Records; (2.) Records found in former Record Office; (3.) Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of Irish Exchequer, Henry III.	Cd. 1504	0 3
1904	36	Report of Proceedings and Appendix Catalogue of Acounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 1 to 12 Edward I.	Cd. 2234	0 4½
1905	37	Report of Proceedings and Appendix Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 15-22 Edward I.	Cd. 2708	0 3
1906	38	Report of Proceedings and Appendix (1.) Rules for admission to the use of the Records; (2.) Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 25 to 33 Edward I.	Cd. 3162	0 5½
1907	39	Report of Proceedings and Appendix. Catalogue of Accounts in the Pipe Rolls of the Irish Exchequer, 1 to 10 Edward II.	Cd. 3726	0 4
1908	40	Report of Proceedings and Appendix (1.) Report on certain Records transferred from former Land Estates Record Office; (2.) Index to Reports XXXI.–XL.	Cd. 4312	0 2½
1909	41	Report of Proceedings and Appendix (1.) List of Parishes for which Registers of Baptisms are preserved in Record Office. (2.) List of Parishes for which Returns to Visitations supply deficiencies in Parish Registers.	Cd. 4857	0 2